

Bibliothèque numérique

medic@

**Marcellus Empiricus / Janus
Cornarius (éd.). Marcelli viri illustris
de Medicamentis empiricis, physicis,
ac rationabilibus Liber, ante mille ac
ducentos plus minus annos scriptus,
jam primum in lucem emergens, et
suae integritati plersique locis
restitutus, Per Janum Cornarium
Medicum, Physicum Northusenem**

Bâle : Froben, 1536.

Cote : 467



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00467x01>

MARCELLI VIRI IL.

L V S T R I S , D E M E D I C A M E N T I S E M P I R I C I S , P H Y S I C I S , ac rationabilibus Liber , ante mille ac ducentos plus minus annos scri-
ptus, iam primum in lucem emergens, & suæ integratî pletisq; locis resti-
tutus, Per Ianum Cornarium Medicum, Physicum Northusen.

IT B M

S E C L A V D I I G A L E N I L I B R I N O V E M

nunc primum Latini facti, idq; opera eiusdem Iani Cornarij,
quorum argumenta uersa pagina indicabit.

Elenchi in utruncq; opus.




*S. Ramfani
S. M. Remensis.*



BASILEAE ANNO M. D. XXXVI.

Cum privilegio Imperiali in annos quatuor.



CLAVDII GALENI

De causis respirationis.	liber 1.
De utilitate respirationis.	liber 1.
De difficultate respirationis.	libri III.
De uteri dissectione	liber 1.
De foetus formatione,	liber 1.
De semine	libri II.

VIRIS ET PIETATIS

ET LITERARVM PROVEHENDARVM STUDIO CE-

leberrimis, Ioanni Reineke, & Gulielmo Rinco, rei metallicę in il-

lustri comitatu Mansfeldiano praefectis, Janus Corna-

rius Medicus Physicus Northuseñ, S. D.



MNES QVIDEM BONAE ARTES AC DIS-
ciplinæ, Viri celeberrimi, à Græcis utpote acutiss. ho-
minibus, aut inuentæ sunt, aut certe ab alijs quibuscūq; Medicina
græca
gentibus initio dato, per græcam nationem sic excultæ
sunt, ut apud nullas alias prius fuisse uideri possint. Ve-
rum uix ulla est alia quæ & totam se græciæ debeat, &
tota in ipsius lingua adhuc restet, quam Medicina. Ta-
metsi enim nō Medicina
origo con̄stet quando & ubi primum cœperit, & mihi sanè uidea-
tur mox cum ipsis hominibus initium sumpsiisse, ex naturæ instinctu ad
experienda auxilia, contra tot mala ingruentia progressis, non minus utiq; quam alia quædam animantia ad salutaria remedia ex sese agnoscenda ac
usurpanda aptis. Tamen antiquissimi autores Medicinæ Græci celebratūr:
atq; præteritis in præsens, Apolline, Aesculapio, Machaone ac Podalyrio,
ob medicandi gloriam partim ἀποθέωσαι dignis iudicatis, partim nō minus
in diuina Homeri Iliade celebribus, unum summum artis autorem ac scri-
ptorem Hippocratē proferemus, cum quo nemo priorum aut posteriorū Hippocrates
conferri meretur, utpote qui non, uelut illi quos recensui, uni seculo, sed o-
mni posteritati scriptis suis commodauit, & ad eternitatem medicinam pro-
pagauit. Hunc præcesserunt tamē alijs aliquot nō ignobiles medici ac physi-
ci, & in primis Democritus. In sequenti sunt etiā multi, sed maxime clari Dio-
cles, Anaxagoras, Herophilus atq; Erasistratus fuerunt, quorum tamen o-
mnium scripta interciderunt. Hippocratis autem opera haud dubie diuini Hippocratis
numinis beneficentia in hunc usq; diem seruata supersunt, habentur, legun-
tur, & in ipsis adeo conseruata restat nobis uera medicina. Velimus enim
nolimus fatēdum est hunc solum esse & parentem artis & propagatorem,
ut caliginosissimo errore inuoluti hallucinentur, quicūq; aliunde quam ex
istius doctiss. uiri scriptis, quærendā medicam artem ducant, aut discendā
tradant, aut edocti: ut sibi uidentur: feliciter se exercere posse sperant. Ne-
gas ergo tu, inquit aliquis ex illis, quicquam esse apud latinos homines au-
totum, unde medicinam condiscere possimus? & unde accepta medicami-
na male affectis corporibus prospere accommodare queamus? An tu Aui-
cennam, Rasim, Auerroim, Albucasim, & quid opus est recēdere singulos?
tam multos Arabes scriptores insignes medicos, qui hodie in plerisq; o-
mnibus gymnasij regnant, et latine leguntur, nullo loco ponis? & num tot Arabes et bar-
bari medici.

a 2 Itali

*Doctores &
medici quomo
do fiant
Timotheus
Musicus*

Schola publ/

*Judicandi duo
instrumenta*

*Opinionum
pertinacia*

*Florentina
Academia*

*Galenica
Galenus*

*Via Hippo
eratica*

Itali ac Galli medici, tot practicarum (ut appellant) scriptis editis clari, tibi non uidentur medici: & quidem tales, ut ex his etiam citra Hippocratis cognitionem ac lectionem, liceat esse medicis, & non uulgo tantum, sed & publicis etiam scholis doctoris titulo insigniri? Ego uero ut non negauerim sic hodie publice medicos fieri, Sic constanter assieuero, tales non aliter medicos esse, quam olim Musicos Timotheus esse iudicabat ab ineptis artificiis institutos. Nitirum quos omnes artem dediscere cogebat prius, quo apti fierent ad ueram musicam ab ipso descendam, atq; id duplicato precio exacto, quum geminus labor esset, & dediscendi prauam institutionem, & addiscendi ueram artem. Et sanè consultum esset ut omnes publicæ scholæ semel agnito errore, omnia tum Arabum, tum Italorum ac Gallorum barbarorum Medicorum opera, aut potius onera, quorum iugo non aliter quam uilissima seruitute grauissime premuntur, excuterent ac exterminarent, & se Hippocrati uero artis medicæ Timotheo formandos concrederent, uisuræ utiq; essent uel scro tandem, in quantis tenebris uerfaæ fuissent, ubi ueritatis lumen ex Hippocrate ipsis illucesceret, ut tum ratione, tum experientia, quæ duo iudicandi de rebus omnibus uelut instrumenta homini à natura contributa sunt, constantissimam & euidentissimam Hippocratis scriptorum certitudinem cognoscere possint. Sed diffi- cilium est eos qui se semel alicuius sectæ opinionibus addixerunt ad ueritatem reducere. At uero non penitus desperandum, quando nuper adeo una Florentina académia resipisciendi aliquando etiam alijs spem nobis exhibuit, quæ excusso Arabicæ & barbaræ seruitutis medicæ iugo, ex professo se Galenicam appellauit, & profligato barbarorum exercitu, unum totum & solum Galenum, ut optimum artis medicæ autorem, in omnibus se sequuturam pollicita est: quod quum fecit non exclusit utiq; Hippocratem, super cuius scripta uelut firmissimam basim & solidum fundamen- tū, omnia Galeni opera sunt extracta, utpote qui omnia quæ tradit, ubiq; omni arrepta occasione, ad reuerendum illum senem: sic enim ferè appella- re solet: referat, eius autoritate defendat, ut qui primus omniū recta usus sit via, ad quam proxime quidē aspirarint Aristoteles & Theophrastus, Mul- ti uero alijs postea descuerint, aut tandem etiam corruperint: in quibus omni- bus refutandis acerrimū Hippocratis uindicē prestat Galenus, ut nisi Gale- nus scripsisset, lōge uilior Hippocratis gloria apud omnes esset, quū fuerint qui palam hominis doctissimi scripta incessere non erubuerint. Manetq; hoc modo, quasi unum coniunctum corpus, Hippocratis & Galeni scriptorum aceruuus, in quo uidelicet uera medendi ars & ratio, eaq; tota compre- hensa est, ut præter hos nullis alijs medicis scriptis sit opus. Ingenij saltē ui- gore opus est, & linguarum cognitione, atq; industria diligentia, quibus ad hibitis summorū uirorum scripta assequamur. Apud hos enim uelut dixi, grecos autores medicina nobis restat, sic exulta ac propagata est, ut ad nullos

los alios potius & maiore merito, etiam ipsam inuentionis gloriam referamus, atq; hos nō aliter quām diuinos homines ueneremur, ueluti per quos nobis & sana tutandi, & morbida corpora sanandi ratio, diuinitus est ostensa. Et sanè hoc sensisse uidentur omnes medici qui post uerum illū Hippocratis discipulum Galenum scripsérūt. Nam & Hippocratem & Galenū ex aequo sibi imitandos proposuerūt, relictisq; omnibus empiricis ac falso se appellantibus methodicis, qui ab Hippocratis placitis descivierunt, rationali uia ac methodo ab Hippocrate inuēta & indicata, & à Galeno exculta ac dilatata progressi sunt, Tales sunt Oribasius, Aëtius, Paulus, qui palam professi Galeni nomen pleraq; omnia ex illius scriptis accepta prodiderunt. Porrò latinos libenter ad huius cum græcis gloriæ participationem admitterem, sed nescio quomodo hī à Medicina sic abhorruerint, ut nihil extet quod hunc honorem mereatur, præter unicum Cornelium Celsum, qui tam & ipse octo libris de re medica editis, in plerisq; omnibus Hippocratē ipsum expressit, ut integras sentēiarum periodos ex ipso descriptas subin- de in eo uideas, Imò tota capita nihil aliud quām Hippocratis sententias ad uerbum reddunt. Plinius contra Romanam grauitatem uisum esse ait, si instar leuium hominum græcorum artem medicam exercerent, & hoc questu ex immanni uitæ precio facto. Sed & illud addit. Non fuisse futuram aliter quām Græce tractantibus fidem ac autoritatem, quum etiam imperiti linguae minus crediderint se iuuari his quæ ipsi aliquo modo inteligerent. Et ipse sanè Plinius medicinam ex professio non tractauit, sed ut ar- biter quedam à se producta æstimauit ac expendit. Quare quo etiam lati- na res medica auctior redderetur, annisi sumus nuper ipsos græcos medi- cos latinos facere, aggressi imprimis optimum autorem Hippocratem, sed partim rei difficultate deterriti, partim quæsti ad rem oportune confiden- dam Mœcenatis fauore ac benignitate destituti, & eodem non longe post fato sublato, ab hac opera destitimus, non tamen ut penitus hoc seculum desperare iubeam ab Hippocrate nostro latino legendo. Est enim bona pars eius operum apud me conuersa, sed cui expoliendæ, atq; ei quæ super- est addēdæ, tum anni isti, tum temporum infelicitas, in quibus talia nullius precij existunt, non sufficiunt. Neq; enim expetendum à me puto, ut meo priuato sumptu hoc ocium mihi comparem, quo publica studia iuuentur, quanquam nō ignorem quantam gloriā res ista mihi parere poscit: hec est em̄ scilicet quæ ut ingens præmiū nobis ab amicis proponit, quā tamē ut nō ambio, sic nō adeo cornea fibra præditus sum, ut nō hinc iucūde afficiat. Reges ac magnos principes hæc gloria decebat, ηλας πάλαι τοτε βόσιν ἀλκιμος μληποι. Mihi ut priuato onerosior quām honoratior existat. Hippocrate itaq; relicto, Aëtium nuper paucis ante cognitum medicū, latinum exhibui fermè dimidiatum, additurus & reliquū si fuisset exemplaris græci copia, & nisi Italus quidā interpres hoc onere me leuasset, qui partē quā ego nō ha-

Oribasius

Aëtius

Paulus

Medicorum

latinorum ras- ritas

Cornelius

Celsus

Cur pauci me- dici Latini

Hippocrates latinus Cor- narij

Aëtius latinus

bui de suo conuersam adiecit, quanquā hoc ipsum opus uisum quidē non dū possideam, & ex integro moliar nouā cōuerſionem, quū etiam interim dum is hanc operam præstítit, mihi exemplaris græci reliqui copia contigerit. Sed & post Aerium, supra tractationem de respiratione, librosc̄p de ſe mine, & uteri diſectione, ac fœtus formatione, omnia à me primum con uerfa, non ita dudum insigne opus Galeni de compositione pharmaco rum ſecundum locos Frobenio Typographo obtuli, latinum primum à me factum, & medicis commentarijs nostris additis illuſtratum. ex quibus medici, Corna Commentarij Galeni quidem opus omnibus Galeni scriptis, imò uniuersæ rei medicae, rīj uelut Colophonem addit. Noſtri autem commentarij, niſi penitus fallor, aliquot milibus difficultum ac obscurorum locorum, tum apud gr̄cos, tum apud latinos medicos intelligendis ſufficient, ſupra iſtitutum, hoc eſt Galeni librorum ἡ τόπος expositionem, & in integrum reſtitutionem. Sed ta men hæc omnia adhuc non ſunt alia quām à gr̄cis accepta: hinc enim ceu fonte perenni, Medicorum apollineis ora rigantur aquis. Quo igitur & la tina parte ſtudioſos medicinę iuuaremus, en uobis ornatiſſimi uiri, etiam la Marcellus lati tinum ὀὐρανὸν medicum hunc Marcellum, qui quidem ex ſuo iſtituto nus medicus hoc opus latine prodiſit, ſed tamen ut in præfatione fatetur, hinc inde col lectum, & præſertim ex latiniſ autoribus, utroq; ut inquit Plinio, Apuleio, Medici latini Celſo, Apollinari ac Designatiano. ſed & Siburio, Eutropioſp ac Aufo quos Marcel lus ſecutus eſt nio, quos proximo ante ſe tempore uixiſſe teſtatur, illuſtresque honori bus & ciues ac maiores ſuos appellat. Quare ex hiſ adeo uerbis clareſcit, Aufonius me dicus ſub Gratiani & Theodosij magni Imperatorum ætatem hunc Marcellum floruiſſe, Gallumq; atque adeo Burdegalensem ciuem fuſſe. Nam Aufonius medicus Aufoni Poetæ pater ſub Valentiniā uixit, & ipſe Poeta Gratiani præceptor fuſit, cui contemporaneum fuſſe Marcellum uerifi mile eſt, imò etiam ὁὐρανὸν, quando Siburium Eutropiumq; ac Aufoni um medicum ciues ac maiores ſuos dicit. ſed & Eutropium ſub Valentiniā uixiſſe conſtat, quanquam presbyterum & diui Augustini discipu lum fuſſe Volaterranus ex Ptolemaeo Lucensi tradat, & ſcripſiſſe Epito men Romanae Historiæ ab urbe condita uſque ad Iouinianum & Va lentianum Imperatorem, quæ res tamen nihil obſtat, quo minus & medicus fuſſe credatur. De Aufonio certe medico, ex Poetæ Aufoni filij Epis ſiburius medi cedio in patrem ſatis conſtat. Siburius uero, ſi tamen recte legitur, penitus obſcurus exiſtit. Eſt autem planè Empiricus totus hic Marcelli liber, ex ob ſeruationibus cum aliorum, tum ipſius congeſtus, adeo ut nec plebeia & a greſtum hominum remedia fortuita inquirere ac prodere neglexerit, atq; ea magna ex parte ſuperstitioſa. & quanquam Christianum fuſſe appa reat, cum ex aliquot locis, tum ex eius ſeculi ratione, tamen mirum quām ua na pleraq; tradat à gentibus etiam fastidienda, præſertim ubi carmina atte xit, & incantationes penitus ridiculas, aliquando gr̄cas, aliquando lingua ignota:

ignota: quod nimirum hoc ipsum est quod Plinius dixit, homines minorē fidem habere his quę intelligunt. Eiusdem uanitatis sunt & characteres qui *Superstitiosa* dam peregrini proditi ab ipso amuleti gratia adalligandi, & quædam anu, *carmina, &* lorum sculpturæ gestandæ, omnino talium præstigiorum ac deliramento, *characteres* rum, qualium magna mole referuisse scripta sua *Xenocratem Aphrodisiē*, *Xenocrates* sem, & Pamphilum quēdam sexto simplicium pharmacorum Galenus re, *Pamphilus* fert. Sed & Plin. eiusmodi subinde prodere nō dubitauit. Nos ut talia non probamus, sic rejicere ex opere publico nobis nō permisimus, Imò quædā ex his græca miserrime mutilata suo nitorī restituimus, ut aliquem sensum exhiberent, quāquam quædam supersint eiusmodi ut dedita opera obscurata uideantur, ne uidelicet intelligantur, atq; sic maioris estimationis sint, uelut clandestina aliqua ui auxiliarem opem conferentia. Insunt præterea multa Empirica remedia quæ itidem apud Galenum *κατὰ τόπους* leguntur, ex Archigene, Apollonio, Heraclidaq; Tarētino & alijs quibusdā citata, ut quædā nobis eo facilius fuerit redintegrare detruncata ac uitiata. Cer te nihil temere in toto opere mutauimus, nisi palam corruptū, qualia multa librarij & ignorantia, & incuria fuerunt admissa. Et tantum sanè me præsta turum promisi Hieronymo Frobenu Typographo Basiliē, diligentissimo, qui hoc opus meæ fidei accuræ concredidit. Est autem hic uir supra diligenteriam qua optimos quoq; autores accuratissime excudit, etiam non uulgariter studiosus, ut ueteribus autoribus productis ac quasi nouis factis, rem literariam omnem adaugeat. Sic nuper autores publicauit nemini antea notos, & hac parte laudem omnibus Europæ typographis præripuit, Veluti sunt Arriani & Hannonis periplus, Strabonis Epitome, Parthenius de fluminibus & montibus, uelut ego sentio, quanquam inscriptio Plutarchum preferat, & idem Parthenius de amatorijs affectionibus à nobis latine redditus, Ptolemæi geographia, Diogenes Laertius, Aetius medicus, & hic Marcellus medicus, & quem aliquando nostra ope inuulgabit Constantinus Cæsar de agricultura, ut taceam de tot scriptoribus alijs, & Constantinus præsertim ueteribus Theologis, Erasmi Roterodami auxilio publicatis. Il, Cæsar de agri cultura iud præterea admonendum duxi, Scribonium Largū nuper in Gallia pri mū inuulgatum, & publice omnibus latinū medicū scriptorem creditum, totum in hoc Marcelli opere contineri, diuersis locis insertum, ab ouo (ut aiunt) ferè usq; ad mala, adeo ut perorationem etiam Scribonij Marcellus Scribonius cap. 35. habeat. Quę res facit ut ego dubitē Scriboniū ipsum latine scripsisse. Largus Quū enim in lib. Galeni *κατὰ τόπους*, tū ab Andromacho, tū ab Asclepiade mendicamenta Scribonij nomine præfixo producantur, eademq; etiā magna ex parte in uulgato latino Scribonio legantur, uideri potest Andromachū & Asclepiadem ex latino scriptore Scribonio medico transtulisse ea mendicamenta, utpote qui his paulo annosior, sub Tiberij & Claudiij Cæsaris ætate uixit, & sic sanè uulgo omnibus persuasum esse uideo. At uero

a 4 quum

quum pleraq; ex his pharmacis quæ in Galeno græce leguntur, itemq; in Scribonio latine habentur, dissideant tum in rerum diuersitate, tum in ponderum ratione, & hoc tamen sic ut ea diuersitas ex similitudine quadam appellationū ipsarū rerum uideatur oborta: ueluti uerbi gratia, quod *καρδιαματος* in græco Galeni, *Nasturtium* id est *καρδιαματος* legitur in latino Scribonij exemplari, & *χαλκωνη* in græco, *aeris flos* id est *χαλκος αερος* habetur in Scribonio, minime existimandum puto græcos homines Andromachū & Asclepiadē talia ex latino Scribonij opere male transtulisse, Sed plane uice uersa, aliquem interpretem posteriorū seculorū Scribonium græcum transferendo, græca uel non intellecta, uel ex similitudine uocum corrupta bona fide reddidisse, hoc est errorem ex errore propagasse, uelut etiam in commentarijs nostris medicis abunde declarauit. Indicat autem & ipsa dictio se translatitiam esse, ut quæ illud latinissimum seculum nō resipit. Sed & si Scribonius latine hoc opus prodiisset, non uidetur Plinius eius mentionē fuisse neglecturus. Ignotū em̄ ipsi esse nō potuit, qui postea sub Vespasianis illud suum naturalis historiæ uolumen edidit. Quare Scribonium omnino græce scripsisse iudico, & quanquam Romani generis nobilissimæq; Scriboniorum familiæ nomen habeat, ut & hic latine scripsisse uideri possit, Tamen tale tum seculum erat, ut quicunq; ex Romanis medici nam tentaret ac exerceret, se ad græcos transferret, atq; hoc est quod Plinius dixit, In tanto fructu paucissimi Quiritium attigere, & ipsi statim ad græcos transfugæ. Atq; hoc sanè iudicium meum de Scribonij libro, hoc loco ideo prætermittendum nō duxi, quod totum cum librum Marcellus transcripsit, & huic operi suo inseruit. Et tamen quum in præfatione multorum latinorum medicorum ex quibus sua collegerit, mentionem faciat, similiterq; aliquoties in operis progressu, Scribonij adeo aut eius interpretis nuf quā commeminit, sed simpliciter illius libri uerba, eodē etiam ordine transcripta habet, ut ego aliquandiu dubius hæserim uter ex altero sua excerptisset. Verum ubi uiderem in Galeno eadem legi Scribonij nomine præfixo, quæ in eo libro continentur, planè translatitium Scribonij libellum uelut dixi iudicauit, & hoc factū suspicor circa Valentianii Imperatoris ætatem, inclinata iam tū re latina. Ex ea itaq; translatione Marcellus bonam partem excerptis, autoris nomine suppresso, quod fortassis etiam ipse eius libri interpres suppressit. Et quando in re obscura non aliter siburius quis quam suspicionibus & coniecturis agere possumus, addam & illud. Si sit burius cuius in præfatione meminit Marcellus, omnino Scribonius mihi legendus uideretur, nisi proximo tempore uixisse, ac ciuem suum uelut Ausonium & Eutropium diceret, quod de Scribonio intelligi non potest qui sub Claudio Cæsare uixit, nisi tam inconsiderantem circa temporum & hominum rationem fuisse credamus Marcellum, ut Scribonij ætatem & patriam ignorarit: aut nisi Siburius omnino is est qui Scribonium lati

um latinum fecit, & Scribonij nomine reiecto suum præfixit, quē proinde Marcellus ut autorem libri, & ciuem suū, & proximi ante se temporis agno, uit dum eius mētionē facit. Quicquid eius rei est, Liber sanè Scribonij ubiq; corruptissimus, uel ex toto ex Marcello ipso corrigi ac restitui potest, Cu, *Scribonius* *corruptus ex* *Marcello resti* *tui potest*

ius opus ut uetus, & medici Empirici, & qui ipse latine scripsit, dignissimum uisum est, quod ab interitu vindicaretur, tum honestiss. uiris Hieronymo Frobenio & Nicolao Episcopio Basiliensib. typographis præstantissimis, tum etiam mihi. et sane me nihil pœnitet eius operę quām in eo euoluēdo ac emendādo collocaui, maxime quum ipse Galenus magis empiricos atq; remedia usu cognita probet, quām methodicos ex ratione inconstantī ad morborum curationem progrediētes, ut sperem, imò certō sciam, etiam rei medicæ studiosos non exiguo fructu hoc opus sibi comparaturos ac lectu-
tos, maxime uestrīs, uiri celeberrimi, nominibus præfulgentibus, ac quasi illicentibus, de quibus iam constans in his regionibus fama est, uos nihil nisi egregium ac publica commodans probare: & de te quidem Ornatisimē Ioannes, frequenter in confabulationibus meminit optimus & prudentissimus uir gener tuus Michael Meienburgk, huius urbis syndicus, ac amicus nostet summus, quām uidelicet integrō animo sis erga bona studia & uerā pietatem affectus, ut uel eximiae uirtutis tuae gratia s̄epe cupuerim tibi notior esse. In te uero optime Guilielm, eundem affectum cominus & coram etiam cognoui, ut non iniucunda mentio mihi de præclaris uirtutibus tuis apud honestissimum iuuenem Casparum Ernestum generum tuum quotidie ferè contingat. Magis enim mirum uidetur in uobis adhuc uigere animum ad bona studia amplexanda ac iuuanda propensum, quem olim adolescentibus uobis in publicis Gymnasijs excitatum, declarare ita dies amplius non definitis, & hoc ferè toti à literis ad rei metallicæ curam digressi ac quasi sequestrati, quum pleriq; qui omnem ætatem in publicis scholis detruerunt, iam ea ætate qua uos estis, non solum non fructū aliquem studiorum ex se ostentent, uerum etiam adolescentium studijs inuidentes incommodent, timentes uidelicet ne indies amplius ipsorum ignavia, imò ignorantia mundo inclarescat, aut etiam solis studiosorum ac doctorum titulis superbientes, alias uel in aulis magnatum colaces agant, uel caupones sint & pincernæ, sordidum quæstum ex omni occasione captantes. Quare ubi à curis & officijs quibus præclare incumbitis, fueritis ociosiores, aliquando ad hunc Marcellum medicum uobis inscriptum & à me dicatum diuertentes, aut salutaria medicamenta legere ne pigrificescite, aut superstitionis suauiter ridere satagite, Meq; uestri nominis studiosum uel de fidicina hac amate. Opt. Valete. Nor-
thusæ Calendis septemb.

ANNO. M. D. XXXV.

Index

Cetula

10

INDEX MEDICINARVM IN=

FRA S C R I P T A R V M .

- Ad capitis omnes subitos & diutinos & multiplices dolores. Cap. i
- Ad omnes dolores hemicranij & heterocranij subitos & diutinos. Cap. ii
- Ad uertiginem capitis. Cap. iii
- Pityriasij & porrigini, ac prurigini, atq; ulceribus, & lendibus, & pedunculis. Cap. iii
- Ad capitis reumata & purgationem, & ad pituitæ & flegmatis deductionem, & restrictionem catarri. Cap. v
- Alopecijs & tineis, & capillo fluenti, atq; infirmo. Cap. vi
- Capillo nigrando & crispando, his adiecta sunt quæ phlegmata & perfrictiones capitis deducunt. Cap. vii
- Ad omnes & multiplices oculorum dolores, medicamina & collyria, & remedia diuersa, physica & rationabilia de experimentis. Cap. viii
- Ad aurium dolores uniuersos & uitia omnia, & surdiginem. Cap. ix
- Ad omnia uitia narum, & ad pituitam. Cap. x
- Vitijs labiorū & gingivis, & oscedini, & oris ulceribus, & foetori, & linguae pustulis & palati exulcerationi. Cap. xi
- Dentium doloribus & vitijs eorum uniuersis. Cap. xii
- Dentifricia diuersa de experimentis. Cap. xiii
- Vuae & fauibus & arterijs & raucedini. Cap. xiii
- Ad anginam uel synanchen, & strumas, & parotidas, & reumata, & gladiolas, & ea quæ fauibus haeserint euocanda. Cap. xv
- Ad omnes molestias tussis, & subitæ & diutinæ, ac uetustæ & siccæ atq; humidæ, & ad pthicosatq; eos qui sanguinolentum excreant, & ad empyicos & hemoptoicos, atq; eos qui sanguisugas hauserint, nec non & stomachi stridorem. Cap. xvi
- Ad suspiciosos uel ad dyspnoicos, & ad omnes causas arteriarum, & ad uomitus restringendos & prouocandos, & ad sitim arcendam & singultus inhibendos, & ad reumaticos & uulso remedia diuersa. Cap. xvii
- Humerorū & ceruicum doloribus, & opis thotonis, & hircosis, & unguibus, & patonichis. Cap. xviii
- Ad lichenem siue metagram, uel impetiginē, & elephatiasin, & lepram & ad exanthemata, & maculas, & liuores tumoresq; de facie abolendos, & ad genas scabras, & cicatrices malarum purgandas, & ad lentigines & stigmata delenda, remedia diuersa. Cap. xix
- Ad omnia stomachi uitia, & ad omnes eius causas & dolores, & ad omnē cruditatē atq; indigeriem depellendam, & ad omnē uiscerum atq; aquæliculi confirmationem, antidota, epithematia, potionē oxyporia, unctiones aliacq; remedia nonnulla. Cap. xx
- Cordis

Cordis dolori & corco & præcordijs omnibus. Cap.	xxi
Ad hepatis uitia omnia, & molestias uniuersas. Cap.	xxii
Ad lienis uitia omnia, & molestias cunctas. Cap.	xxiii
Pleuriticis & omnium laterum doloribus. Cap.	xxiiii
Lumborum & coxarum doloribus ac torporibus, & ischiadicis remedia. Cap.	xxv
Renium & uesticæ doloribus & causis uniuersis, & calculo, & urinæ difficultatibus, nec non & urinæ incontinentiæ. Cap.	xxvi
Cœliacis & dysentericis, & torminosis, & ad intestina rupta, internosque morbos, atq; incontinentiam stercoris, remedia diuersa. Cap.	xxvii
Lumbritis & tineis & interaneis causis, id est, tenesmo, & ad rosus uentris, & strophum. Cap.	xxviii
Ad colum & ileon remedia diuersa. Cap.	xxix
Ad uentrem resoluendum, nec non & cholera prosciendam atque inhibendam, sales & potionis & catapotia diuersa. Cap.	xxx
Ad ani uitia, & fistulas podicis, & hemorrhoidas. Cap.	xxxi
Paniculis & inguinibus & intertriginibus. Cap.	xxxii
Cæpariæ & uerendis uirilibus uniuersis, & herniosis siue uitris siue infantibus, & rebus uenerijs, & eunuchis sine ferro faciendis. Cap.	xxxiii
Genuum doloribus, & crurū ac tibiarū ulceribus & uaricibus & callis pedū, atq; clavis, & uerrucis, & plantis, & pollicibus, & talis, & articulis, & pernionibus, & ruptis pedibus, & condylomatis neurotū atq; articulorum & ad extrahenda quæ casu calcata fuerint, uel quæ corpori inhæserint, diuersa remedia. Cap.	xxxiv
Neurotū uitij ac doloribus omnibus, & arthritidi, ac paralyti doloribus q; medullarum, remedia diuersa. Cap.	xxxv
Ad podagram calidam & frigidam, & chiragram remedia physica & rationabilia diuersa de experimentis ut in alijs omnibus infirmitatum causis supra scriptum est. Cap.	xxxvi

Notis ponderum ac mensurarum Marcellus his utitur.

ʒ	scrupulum	*	denarium
λ	uictoriatum	—	unciam
p	pondō	ε	semunciam
s	sextarium	s	semissem

En el año 2000 se realizó la primera reunión de los países que conforman la Alianza del Pacífico.

MARCELLVS VIR IN

L V S T E R E X M A G N O O F F I C I O T H E O D O S I I

Sen. filijs suis Salutem dicit.



E Q V V T V S O P E R A S T V D I O S O^rrum virorum, qui licet alieni fuerint ab institutiⁿone medicinæ, tamen huiusmodi causis curas nobiles intulerunt; libellum hunc de Empiricis quanta potuⁱ solertia diligentia^c conscripsi, remediorum Physicorum siue rationabilium confectionibus & adnotationibus fartū unde, unde collectis. Nam si quid unquam cōgruum sanitati, curationi^c hominum uel ab alijs com^peti, uel ipse usu approbaui, uel legendo cognoui, id sparsum inconditū^c collegi, & in unū corpus, quasi disiecta & lacera Aesculapius Virbi^j membra composui. Nec solum ueteres medicinæ artis autores Latino duntaxat sermone perscriptos, cui rei operam uterq; Plinius, & Apuleius & Celsus & Apollinaris ac Designatianus, alij^c nonnulli etiam proximo tempore inlustres honoribus uiri ciues ac maiores nostri, Siburius, Eutropius atq; Ausonius cōmodarūt, lectione scrutatus sum, sed etiā ab agrestibus & plegeis remedia fortuita atq; simplicia que experimentis probauerant didici. Quorum uobis copiam labore nostro uigilia^c faciendam, filij dulcissimi, pro necessitate infirmitatis humanæ p̄f̄ssimum duxi, orans primum diuinam misericordiam ne uobis uestris^c experiēdi huius libelli necessitas uila nascatur. Tum si qua fuerit prospiciendæ salutis & tuendæ ualeitudinis causa, gratulemini super hac re labori studio^c nostro, quod uobis absq; medici intercessione, opem necessariam curationem^c præstabit. Cuius scientiæ beneficia uice mutua caritatis humanæ cū omnibus infirmis amicis, notis, ignotis^c, imino uero cum aduenis magis & pauperculis cōmunicare debetis, quia & deo acceptior, & homini laudabilior misericordia que egro hospiti ac peregrino egeno^c defertur. Moneo sanè si qua fuerint paranda medicamina ne absq; medico aut incuriosius componantur, aut indiligenter habeantur. Nam licet attentissime species & mensuras specierū remedijs quibusq; adscriptero, & ipsarum mensurarum notas, uel ponderum qualitates secundum Græcam traditionem & medicorum ueterum consuetudinem seorsum libello huic inseruero, & non solum Romana sed etiam Graia expositione digessero, tamē ē re est ut haec eadem cum peritioribus conferantur, ac s̄p̄cius retractentur, & quæ confecta fuerint, uel parata medicamina sub signaculis semper habeantur, ne aut casus incidat, aut malignitas alicuius obrepat, quæ beniuole & sincere parata corrumpat, sit^c de b reme,

Plinij duo
Apuleius
Celsus
Apollinaris
Designatianus
Siburius
Eutropius
Ausonius

Componendi
medicamina
cura.

remedio uenenum, & de salubritate pernities, culpeturq; medicina, cum peccarit incuria. in summa me hæc benigne parasse, & tamen super his mo-
nuisse sufficiet: uos perinde sanitati uestræ, atq; opiniōni meæ consuluisse
conueniet. Epistolas quoq; eorum quorum studium æmulatum me esse
scripsi, huic operi ne quid decesset, adieci, quarum lectio & incitare uos ad
tiecessariam cognitionem, & instruere poterit ad salutem. Versiculis quoq;
lustrimus migmatum & specierum digestione compositis. Non quod sit di-
gnum aliquid in carmine, sed ut lectorem, scrutatoremq; huius operis &
poema pelliciat, & exoptatio blanda conciliet, quod opusculum in infima
parte huius codicis collocaui, & ut sermone nostro opera hæc solertia no-
stra composita claudantur, & nugas nostras multiplex foliorum celet ob-
iectus.

DE MENSVRIS ET PONDERIBVS MEDICI- NALIBVS EX GRAECO TRANSLATIS IVXTA HIPPOCPATEM.



NCIA habet drachmas numero viii, scrupula xxviii.

Mina habet libr. i, uncias ii.

Cheme habet sicut

drachma, & iii. Obolos habet denarius vi. Cotyla
hemina facit acetabula sive oxybapha iii.

Olyscion

facit heminæ partem septimam quod facit — i & drachmas ii. Cotylos
habet — iii. quod facit cyathos ii. & coclearia vi.

Item Cotylus

triunciatorius habet heminæ tertiam partem. Tetrobolon est quarta pars
heminæ. Chœnix sextarij duo sunt. Stater est quod metitur drach-

mas iii. Est autem quanta semuncia. Denarius est argenteus drachma
i. quod facit & iii. Victoriatus denarius dimidia pars drachmæ est.

Obolus minor drachmæ sexta pars est. Cyathus pars octaua sextarij, sed
ad pôdus drachmatum pars decima est. Cocearium dimidia pars drachi-
mæ est. Tetrasarius semuncia est.

Item de ponderibus & mensuris medicamentorum ex libro xxii
Plini historiarum naturalium.



Rachma attica denarij est argentei pondus. Drachma eadem
habet in pondere obolos vi. Obolus habet chalcos x. Cya-
thus pendit drachmas x. Acetabulum quod dicitur habet he-
minæ quartam partem. Hemina habet drachmas numero lx. Mna
quam nostri minam uocant, pendit drachmas atticas centum.

Mensuras quoq; ipsas Græcorum de medicinalibus ponderibus ad-
didimus. quæ sequenti pagina continentur, ut in huiuscmodi rebus, si ui-
sum fuerit, de fonte quod aiunt, ipso petatur autoritas.

περὶ μέτρων καὶ στόματος.

ἢ μετὰ ἔχει ὀλίγας	ξ̄
ἢ λιτραὶ ἔχει οὐκέτις	ε̄
ἢ οὐκέτι ἔχει ὀλίγας	ε̄
ἢ ὀλίγαι ἔχει χρεμματίσε	γ̄
ἢ χρεμματά ἔχει ὅσθιάς	ε̄
ἢ ὅσθιάς ἔχει λεφατίσε	ᾱ
ἢ περάπονού ἔχει χαλκοὺς	ε̄
ἢ μέσημενοῦ ἔχει οὐκέτις	ε̄
ἢ οὐκέτις ἔχει χαλκοὺς	ε̄
ἢ χαίρει ἔχει ποτύλας	δ̄
ἢ ποτυλῆς ἔχει οὐκέτις	ε̄
ἢ πρύτειον δὲ ποτύλης θεῖη ἀστίκη	
ἢ οἴνου βαφρῷ δὲ πέταρτόν θεῖη ποτύλης	
ἢ λιναθῷ ἐκτόν θεῖη ποτύλης	
ἢ χρυσῆ γένει ὀλίγα μίαν	
ἢ ελαῖαιν ποτύλης ἐλαῖας ἔχει λι ᾱ	
ἢ δέ φεσγε λι ε̄ ὁ δέ ιταλιός φεσγε λι ε̄ς	
ἢ λιλούρ οὐκ θεῖη καὶ οὐκ ιταλινή ποτύλης ἔχει το δ̄	
ἢ δέ ἀλεξανδρίνη ποτύλης ἐλαῖας μίαν ἔχει το δ̄	
οῖνον δέ, το δ̄	

Τὸ κέφαλιδὸν ἔχει.

ελαῖον οἶνον μέλις

λι οβ λι π̄ λι ε̄

Τὸ λεόψημον ἔχει.

λι δ̄ λι ε̄ λι ε̄

δέξεις ἔχει.

το γρ λι ε̄ το γρ λι ε̄ς λι ε̄ς

ἢ ποτύλης ἔχει.

το δ̄ λι ε̄ το δ̄ λι ε̄ς λι ε̄ς

ἢ λιναθῷ ἔχει.

το δ̄ λι ε̄ λι ε̄ς λι ε̄ς

ελάναθῳ ἔχει.

το ᾱς λι ε̄ς λι ε̄ς λι ε̄ς

το ᾱς λι ε̄ς λι ε̄ς λι ε̄ς

b 2

Epiſtolæ diuersorum, de qualitate & obſeruatione medicinæ.

LARGIVS DESIGNATIANVS FILIIS

suis Salutem dicit.



E GIANTEHAC Hippocratis Coi Epistolam medicinæ autoris uel peritissimi, quam de tuenda ualetudine ad Antiochum regem scripsisse fertur, cuius quia præcepta & monita uobis ad salutis custodiam nota cuperem, collegi ut potui, quicquid seriem eius continere memineram eamq; ore Romano interpretans scripsi. caui fateor ne ad uerbum uerba trāferrem, quo minus pleraq; linguarum diuerſitate congruerent, si parum ponderis in significationibus ueris fieret: itaq; explicandæ rei aduersus obscuritatem cōſului. Igitur Epistola talis est.

ANTIOCHO REGI HIPPOCRATES COVS SALVTEM D.

Hæc Epistola nō habetur in uulgato Hip pocr. operum exēplari estq; meo iudicio nō Hippocra. Coi, sed aut al terius, aut cer te Diocl. eadē ſane ſententia in epiftola Di oclis explica tur, que eft apud Paulum Aeginetā lib. I cap. C. Corporis hu mani partes III

Eam te in hoc regnandi munere & culmine reputans sustinere personā ut rex magnus uitā multis utilem in longum prouehere debeas, ingentē ſim mul prouidentiæ tuae metiens curam, qua experientissimus rerum, mathe ſim quoq; apprime adeptus es, conuenire talibus regalis peritiæ ſtudijs arbitratus ſum, domesticam quoq; tuendi corporis & procurandæ ualetudinis ſcientiā. Super cuius obſeruationibus ad te ſcribēdū putaui, ut & quibus cauſis morbi exiſterent, & quibus prænoſcerētur iñdicij, & qualibus inter exordia perimerentur medelis oſtenderem. Nā ferè ut cæli turbulentā tem peſtas nunq; niſi præcedentibus ſolet ſignis ingruere, ita corporum immi nentia pleraq; incotmoda, ortus proprijs ſignificatione monſtrātur. Spō deo autem pro ingenita docilitate, qua noſtrā quoq; ſuper his rebus ſoler tiam probas, moniſtis meis auſcultantem poſſe te reliquū uitæ tempus fir ma ualetudine et plena incolumente producere. Corporis igitur humani fit à nobis quadripartita diuifio, cuius in partibus ſingulis ualetudinū modera tio continentur. Sunt autem partes hæc: cum capite oris ſublimitas, pectoris latebra, uentriſ receptaculum, ſentīna uerſicæ. Si capiti igitur eueniet incōmo dum, aut tenebræ oſſunduntur, aut cięt̄ dolor, aut onuſta quaſi pondere ſupercilia ſentiuntur. Aut ſit temporū pulſus affiduus, aut tumefcentibus mane oculis caligat aspectus: aut aures tinniunt, & accepto quodā interius tumultuantur ſono. His ergo ſignis existentibus, caput eft purgatione curā dum. Sed ſuper huiusmodi tamen leniore medela: hyſſopū uel origani indi ci coma iniecta defruſto ſiue muſe quæ ſeptē uel plusculis diebus macerāt. De quo liquore poſtmodū coagitato atq; colato tepido heminæ dimidiū aut ampliorē modū gargarizari oportet die calido uel ſereno: ita ut reſupi nato ore fauicibus liquor ille cōtineat aliquantulū, et agitet alterna uice idq; ſæpius fiat, donec heminę dimidiū consumatur uel cum phlegmate proijci atur: ſed hæc ieuno adhibēda curatio eft, qua nulla capitī leuior aut cōmo dior reperiet. Hoc remedū qui neglexerit, & iñdicij ſupra ſcriptis nō occur rerit, neceſſe eft ſentiat aut oculorū uitia, aut ulcera intimis auribus erūpētia aut

Caput

tumultuantur ſono. His ergo ſignis existentibus, caput eft purgatione curā dum. Sed ſuper huiusmodi tamen leniore medela: hyſſopū uel origani indi ci coma iniecta defruſto ſiue muſe quæ ſeptē uel plusculis diebus macerāt. De quo liquore poſtmodū coagitato atq; colato tepido heminæ dimidiū aut ampliorē modū gargarizari oportet die calido uel ſereno: ita ut reſupi nato ore fauicibus liquor ille cōtineat aliquantulū, et agitet alterna uice idq; ſæpius fiat, donec heminę dimidiū consumatur uel cum phlegmate proijci atur: ſed hæc ieuno adhibēda curatio eft, qua nulla capitī leuior aut cōmo dior reperiet. Hoc remedū qui neglexerit, & iñdicij ſupra ſcriptis nō occur rerit, neceſſe eft ſentiat aut oculorū uitia, aut ulcera intimis auribus erūpētia aut

aut strumas in confinio colli, aut pulsus cerebri, aut suffocationem, aut circa guttur anginam, aut uue destillationem: glandulas quoq; patietur, & tabem fluentium capillorum, & ulcera per caput efferuescentia, doloremq; dentium creberreme. Quod si à pectore morbus minatur, qui esse simplex & nō violentissimus solet, his præsentitur indicijs. Primum pectotis sudor *Pectus* intimus testatur aestum stomachi laborantis. Splen erit quasi distensus & eminens, sputamenta fellita, scapulæ cum lateribus grauabuntur, & inproviso dolore marcescent, assidue oscitationes ora diducent importunæ uigiliae somnos fugabunt, artatus spiritus siti nocturna maxime inardescet, exercefactis mens erit tristis & nubila, post soporem totius penè corporis pulsus, tremor in brachijs uel in manibus, sicca etiam tussis quatiet infirmum. His igitur sapienter occurritur si consuetudo fiat sine ullo medicamine post cœnam uomendi. Vtile autem est etiam ieiunum uomere, magis enim humor noxius qui stomacho insiderit egeritur. Itaq; qui mane uomiturus est, debet minutatim rafani radices māducare, easq; uel succum earū transmittere, cardamum quoq; id est, nasturtium, sed & sinapi, & erucam deuorare, & aquam inde tepidam super bibere, ac digito uomitum prouocare. Qui ista cōtempserit erit his obnoxius uitij: pulmonis labore uexabitur, frenesim sustinebit, atræ bilis infesta cōmotio, ad usq; uesani eū furoris periculum trahet, iactabitur febribus acutis, inops somni agitabit pernitiosis uigilijs. Si quando autem morbus à uentre molitur, qui & ipse *Venter* multiformi grassatur incōmodo, hēc signa præmittit. Torquet aliud & cor reptos cibos immoderatis fluoribus fundit. Potus in amaritudinem uertit, membrorum omnium existunt dolores causa latente grassantes, nimijs fuerit ruboribus corpus, & acutis atq; occultis febribus inardescit. Aduersum hēc uenter est molliendus sine grandi cura aut graui medicamento. Nam qui lapathio uel mercuriali herba usus fuerit, commode aluum téperabit. si parum proficiet hēc medela, & supra dicta indicia perseverabunt, decoctus urticæ succus potui dabitur. Ut iliter accipiuntur & cymæ caulium multa aqua uehementer excocctæ. Etiam brassicæ humor melle admixto, & asperso sale temperatus bibi debet ad heminarum quattuor modum. Qui hēc adhibere cessauerit, his patebit iniurijs, ut aut cœliacus fiat, aut meatus ruptis inmoderato uentris fluore uexetur. Hinc dysenteria oritur & iliacus morbus, & ad superiora simus redundans uomitibus et empneumatis inficit. Hinc ischij passio erit dolorq; coxarum, apoplexis etiam his originibus existet. hinc & sanguinis per interiores meatus, id est, per hemorrhoidas fluor multus emanat. articulorum quoq; morbus quem Græci arthritim uocant istinc creatur. Cum uero ex uesica imminet origo uitiorum, & ipsa non minus causis pluribus nocens, his significationibus intelligitur: inflatio uesicæ adest, solet enim in eam multus ex alii meatu uentus immittit, *Vesica*

b. 3. t. i, inde

ti, inde adsidua ructatio, inde incontinentes crepitus egeruntur, inde grauis somnus, inde urina sordida & diri odoris egeritur, & circa genitalia tumor surgit. His ergo animaduersis, tali subueniendum medela: feniculi & apij radices uino condito ueteri & odorato inficies, & cum se haec confusa mace rauerint, cum uini cyathis duobus tantundem miscebis aquæ calidæ, & ieiuno potui dabis. Praeterea radicis asparagi succus cum uino mixtus, optimè sumitur. sed & ciceris albi non arietini decocti succus accipitur. ex hac ualetudine nisi in exordio curatio adhibita fuerit, per urinæ difficultatem & hydrops nascitur, & dolor iecoris, & uitia renum, & stranguria uescicæ, uentrem molestissimi dolores uexabunt. Haec sunt de prænoscendis præueniendisq; morborum causis. Addidi etiam quibus & quatenus per anni circulum pro temporum uicissitudine obseruatis in columbitas custodiatur, ab hyeme igitur salubrius fiet exordium. Ex die v IIII calen. Ianuarias corpori bus humor ad crescere usq; ueris æquinoctium, quod incipit v IIII calen. Aprilis. Hoc ergo tempore utendum calidissimis cibis, & optimis, uino aliquatenus indulgendum, usus etiam ueneris minime respuendus. Ex æquinoctio incipit phlegma crescere, id est, concretus humor & frigidus usq; in ortum pleiadum, qui incipit pridie Idus Maias, ergo tum adhiberi conuenit bene odoratos, sed & acres cibos. ex hinc sanguis ardentior febribus augmenta suppeditat, nec minus humor obbibitur, usq; ad aestiu temporis commutationem, quæ ad v IIII cal. Iulias inchoatur, à quo die uenere abstinentium ieunandumq;. Ab octauo enim cal. Iulias aestiu progressio incrementa fellis exfuscat usq; in autumni equinoctium, quod est vi cal. Octobris. erit igitur utendum frigidis & sapidis & bene olenibus cibis, parcus ieunandum, & à uenereo usu, ab v IIII cal. Iulias certe per dies duodecim penitus abstinentium. post autumni æquinoctium, id est post diem vi cal. Octob. acres biles uires & augmētum fortiuntur, in occasum pleiadum qui est IIII. Idus Nouemb. humores etiam graues serpunt. Erit igitur utendum acidis & acribus cibis, uenere quoq; abstinentium, parcus etiam ieunandum. Ab hoc rursus tempore, id est, à IIII idus Nouembritis sanguis deficit, congruit igitur leuioribus cibis uti, uino indulgere, nec usu ueneris abstinerre, in VIII calen. Ianuarias ex quo incipit tempus hybernum. Haec ut dixi obseruās in columbi sospitate uitæ spatia transcurres, nec ulla indigebis uisitatione aut curatione medicorum.

EPISTOLA ALIA EIVSDEM HIPOCRATIS
ex Græco translata ad Mœcenatem

Et hunc alium
ab antiquo Coo
Hippocrate es-
se tempora in-
dicant. Est aut-



VE M roganti tibi libellum promisi, omni cura adhibita descri-
ptum misi, ordinatissimum tuæ salutis custodē, quem debebis
tam diligenter intueri, quam scriptus est, ad curationem enim
corpo-

corporis tui omnia explorata sunt , quæ cum rerum effectu comperi tem magna ex
celeriterque complexus sum . intueri ergo omnem medicinæ tationem parte Dioclis
debebis . Namque ego diligentia cura, licet summa breuitate , comprehen- doctrina etiā
di singula curationum genera, sicut proxime in eo libello feci quem Cæsari in hac Episto
novo coram te tradidi , quas curationes per temetipsum estimare poteris: lut in prece- la expressa, ue
sapientibus enim ratio uenire in consilium ad suevit. Omne itaq; corpus dente.
hominum, pecudum , alitumq; ex quattuor generibus constat, sed præci- Corpora os
pue hominum, calido, frigido, sicco & humido. Frigido enim continentur inna
uiscera unde spiramus . Calore continet anima qua uiuimus, id est qua uita
sentimus. Sicca sunt ossa quæ uires faciunt ad sustinendum laborem. Huic
dus est sanguis quo alitur uita. Per omnia enim uiscera uenæ currunt quæ
sanguinem regunt. Sanguis animam, anima uitam sustinet , sp̄ritus autem
aëris est. Ossa neruis munita uirtutem corpori præstant. Sanguis cum abū-
dat, ualetudinem uiciat. Ex eo nascitur sanies quam in vulneribus sectis ui-
demus. Nascitur & pituita quæ naufragium facit. Nascitur etiam bilis acida &
amara quæ dicitur mater morborum. Bilis enim cum est , concitat calores.
De pituita perficitio nascitur quæ facit dolorem intestinorū, torsiones etiā
inflationemq; quæ corpus extenuat. sanguis autem à nimio cibo , nimiaq; part
potatione incipit abundare, & cruditate corruptitur. Qui cum euacuatur
extra cursum naturæ infert aliqua corpori uitia, & in quacunq; parte corru-
ptus incubuit, fatigat & laedit. Nam sanguis animam quoq; uiciat, & inde
os hominis incipit foetere . Cum est ergo integer sanguis animam sine du-
bio confirmat, ut possit frigus caloremq; fortius sustinere. At cum abundat,
cumq; calore animæ corruptitur , fit sanies : tum & bilem atram concita-
bit, & calorem interdum ac frigus faciet, corpori q; uniuerso languorem ani-
mæq; malum odorem uel anhelitum faciet, quo facilis igitur commodis
ualetudinis fruamur, & incommoda uitemus, prognostica, id est, præcurrē-
tia uitia , signis naturalibus cognoscamus, cognitaq; emendemus ne mor-
tifera fiant. Quattuor igitur disponuntur corporis partes, cuius origo in ca- Corporis hu-
pite est, & thorace, deinde uenter sequitur & uesica . Ita ergo locorum isto- mani partes
rū sinceras notas cognoscemus. Hominis sani urina mane alba erit, & ante
prandium rufa. Pransi rufus candida, item ante coenam rufa. Nec ego ta-
men necessitatem prandendi imposui, sed magis urinam & tempora natu-
ralia ostendi. Candida enim urina debet esse , ubi cruditas non est, mane Urine signifi-
quieto corpore: deinde motus ipse & deambulatio urinā turbat, excitatq;
uiscicam, ideoq; coloratior fit. Quod si mane urina mutauerit colorē osten-
dit subesse uitium infirmitatis , quod tamen proprijs indicj intelligimus.
cum enim à capite morbus oritur, solet capitis dolor comparere: tunc & su-
percilia grauantur, tempora saliunt, aures sonant, oculi lacrymant , nares
repletæ odorem non sentiunt. cum ex his ergo aliquid accidit , caput pur-
gari

gari oportet hac ratione. Hyssopi aut cunilæ bubulæ fasciculum cum aqua deferuefas, inde aquam ore continebis, sed caput calidè tractabis ut fluat pituita. Quod si quis negligit, capiet epiphoras oculorum, aut dentium uel aurium dolorem. Interdum etiam strumæ parotidesq; nascuntur & alia uitia quæ circa fauces cervicesq; oriri solent. Item distillatio aut grauedo narium erit. Et interdum ulcera in capite nascuntur, aut etiam capilli deflunt.

Thorax Cum autem à thorace morbus nascitur, incipit caput sudare, litigacq; fit crassior, aut os amarum, aut tonsillæ dolent. Oscitatio erit frequens sine somno & quiete. Torpor membrorum, animi dolor, prurigo corporis, brachia manusq; adsidue intremiscunt, subitaq; tussis arida & inquieta nascetur.

Bilis mater morborum. Ex his ergo cum aliquid acciderit uitabis uitium graue, si uomueris siue iejunus, siue post cœnam, uel in balneo. Plus autem prodest si iejunus billem eieceris. Eam enim dicimus matrem morborum. Sed qui uomere non lunt, uel non possunt, quia stomacho laborant, decimo quoque die iejunari do, omni cibo se abstineant, quo facto uitium grande uitabunt. Nam frequenter uomédo, solet stomachus corrupti. Quod si à uentre morbus oriens, hæc erunt signa: uenter uertetur atq; turbabitur & sentiet crebros dolores, cibus & potio uidebuntur amara. Genua succident, lumbi grauabuntur, interscaplum contrahetur totumq; corpus particulatim grauabitur. Tardabuntur pedes, pigræ fient crura, renes in dolescent. Et post hæc febriculæ incurrent. His itaque cognitis prima est abstinentiae utilitas. Tum etiam medicamentis aluum purgari oportebit, ut graue corpus leuamentis adiuuetur. Quod si morbus maior premere uidebitur, adiicies alterū diem abstinentiæ, si tamē uires patientur: si minus, quām leuissimū sumes cibū, ut ouum sorbile tantum, aut aliquid ouo simile accipias. Hoc qui negligunt fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, etiam ex eo nascuntur tertianæ & quartanæ, fiunt podagrī chiragrici, morbus etiam articularis hinc accidere solet. Quidam etiam fiunt amentes, quibusdam sanguis etiam erumpere è naribus solet. Oportet ergo occurri tam graibus maliis curatione prædicta.

Vesica A uesica qui nascuntur morbi hæc dabunt signa: pleni uidebuntur, & cito saturari quos grauabit. Sequentur inflationes uentris, & crepitus crebri, uidebuntur oscitare nec oscitabunt, sed tantum os diducent: sequetur totius corporis stupor somnusq; grauis quasi marcor, fiet urina liuida & uix erumpens, tumescunt etiam ueretra, inde & calculosi fient. Hæc uitia sic emendantur. Feniculum & apium uino austero madefacito, uel etiam earum herbarum radices contere, & ex uini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ accipe adsidue, uel dauci semen, & myrtum ex aqua calida sume: uel cicer album sume non arietinum, madefactum uino ut supra scripsi eibile: uel radicem asparagi, uel eruum erraticum, uel serpillum decoque eiusq; aquam uino mixtam bibe. Quæ qui negligunt, fiunt hydropici. Se- quietur

quetur his iocinetis & renium & uescicæ dolor. Fient quoq; calculosi, strangu-
guriam quoque sustinebunt, & uentris tumorem. Intueri autem oportet
ægri vires quomodo possit sustinere medicinam, ut ita febri & crudita-
tati eius adhibeatur. sicut ergo cataplasma adhibentur q; quæ apta sint
capiti, uentri, uescicæ, cruditati, frigoti, calori, pro ut tempus exegerit. uti
autem ad hæc oportet rosa, aceto, uino, oleo iñino, linguam quoque ægri
asperam melle perficari, uel mentæ folio. reliqua diligentí medico permit-
tenda sunt, quia iuxta morbos debet adhibere medicinam. Quoniam or-
stendi corporis sani & imbecilli notas per urinam denunciari, & adieci cura-
tionum consilia, nunc & compositiones medicamentorum adjiciam, u/
num ne nascantur corpori uitia, alterum ut emendatio sanitatem reducat.
Aduersus autem omnes impetus morborum duo sunt remedia certissima:
Primum est, decimo quoque die ut te abstineas à cibo & potione. Deinde
postero die laueris cibos firmo uteris, qua re & obseruatione efficies, ne
quid omnino uitij corpori tuo accidat, & perpetua sanitatis tutus. Est &
potio salubris quæ omne corporis uitium elimat, & ualeudine confirmat.
Eius potionis iam tecum habes compositionem, per annos enim complu-
res amicissime Mæcenæ quum Cælare nostro pariter nos morari memi-
nisti, quo tempore hæc obseruando nunquam in ullum corporis languo-
rem incidisti. Quo tempore nec nostrum Augustum quicquam molestio-
ris incommodi passum esse nosti. Ita enim me tecum habebis, si libellum
meum legendu; sèpius tractaris, qui pleniū tibi me absente præstare con-
siliū in omnibus poterit. Terentij Velpisti in ultimo libello leges dyna-
mæ herbarum, quas ut crescentibus numeris Lunæ obserues dum tollis &
componis curato. Si ita non feceris, & ad deminutionem Lunæ sustuleris
minus ualebunt. Ipsum etiam mare per Lunam augeri & minui scimus,
cerebra etiam hominum augmentur crescente Luna. Cum autem minuitur
Luna, una quæque res deminutionem sentit, quod licet recogno-
scas ex his quibus cotidie uteris. Tamen & per me ad
monitus scies omnibus & minui augmentum & au-
geri per lunam. quod si ita est, in herbis quoq;
legendis, componendisq; medica-
mentis uim eius & potestatē
nos obseruare debere,
ne dubites.

Epistola

EPISTOLA PLINII SECUNDI AD AMICOS DE MEDICINA.



REQVENTER mihi in peregrinationibus accidit ut propter meam aut meorū infirmitatem uarias fraudes medicorū experiter, quibusdam uilissima remedia ingentibus pretijs uendebus, alijs ea quæ curare nesciebant cupiditatis causa suscipientibus, quosdam tiero comperi hoc genere grassari, ut languentes qui paucissimis diebus uel etiam horis possint sanari, in longum tempus traherent, ut & ægros suos diu in redditu haberent, & sequiores ipsis morbis existerent. Quapropter necessarium mihi uisum est undiq; ualetudinis auxilia contra here, & ueluti in breuiarium colligere, ut quocunq; uenissemodi insidias uitare, & hac fiducia securior iter ingredi queam, ut & sciam si quis mihi languor acciderit, non facturos medicos ex me uel ex meis redditum, nec taxaturos incommodorum occasionibus sanitates. Ante omnia autem puto in prompto habenda quæ subito desiderata difficillima uidentur inventu, sicut oleum uetus, quod si ad manum non erit, celerrime fieri poterit. Deseruefactum enim, uel recentissimum, & odorem & uires uetusissimi præstat. Et si forte curatio exegerit aquam marinam in mediterraneo quæri, sollicitudini locus nō erit, si ita prospiciatur: duo enim salis sextarij in quatuor aquæ sextarios missi, temperatissimā marini liquoris copiam facient. Oxymeli uero facile erit fieri, si in duobus cyathis mellis sextarius aceti addito pulegio & salis modico contemperetur. Poletta autem hoc modo fiet. Hordeū aqua perfusum una nocte siccatur, deinde ad xx libras hordei adhiciuntur tres libræ lini seminis, coriandri selibra, salis acetabulum. Tunc deinde hæc mixta torrentur, & mola franguntur. Omnibus autem curationibus mel optimum est in quo apes moriuntur, & lana sucida ea bona est quæ de ouis collo fuerit adtonsa. Cinerem auium uel aliorū animalium desideratum sic fieri oportet: iti ollam nouam mittitur auis, aut quodlibet aliud animal quod putaueris exurendum, quod addito operculo, circu litoq; argilla, in furno seruenti torrebitur, spiramēto permodico facto. Gar gariationes uero omnes calidæ utendæ sunt, sicut & fomenta, ut meden di ratio & usus ostendit.

Alia Epistola.

Fomenta

CORNELIVS CELVS CAIO IVLIO CALISTO SALVTEM D.



Hec Epistola
que latina
Scribonij uo
mine circufer
tur præfixa
est, tanquam
Scribonius
cam ad Caium

INTER maximos quodam habitus medicos Herophilus, Cai iuli Caliste, fertur dixisse medicamenta deorum immortalium manus esse, non sine ratione, ut mea fert opinio: prorsus enim quod tactus diuinus efficere potest, id præstant medicamenta usus experientia comprobata. Animaduertimus itaq; sape inter deliberationes contentionesq; medicorum auctoritate præcedentium dum quæri quid nam faciendum, aut qua ratione succurrendum sit ægro, quosdam humiles

miles quidem & alioqui ignotos, reuera peritiores, uel quod fateri pudet, *Julii Calisti*
 longe summotos à disciplina medicinæ, & ne affines quidem eius professi
 oni, medicamento efficaci dato, protinus uelut præsentí numine omni do
 lore periculoꝝ liberasse ægros. Quamobrem spernendi sunt quidem qui
 medicinam spoliare tentant usu medicamentorum, forsitan non à medendo
 sed à potentia effectuꝝ medicamentorum ita appellatam. Proban
 di autem sunt qui omnimodo succurrere periclitantibus student. Ego certe
 aliquoties magnum scientiæ consequitus sum titulum ex usu prospere da
 torum medicamentorum, multosq; ex eadem causa non mediocrem glori
 am tulisse memini. Est enim hæc pars medicinæ uel maxime necessaria, cer
 te antiquissima, & ob hoc primum celebrata atq; illustrata. Siquidem ue
 rum est antiquos herbis ac radicibus earum, corporis uitia curasse, quia ti
 midum genus mortalium inter initia non facile se ferro ignicꝝ committe
 bat. Quod etiam nunc pleriq; faciunt, ne dicam omnes. Et nisi magna con
 pulsi necessitate ipsius salutis, non patientur sibi fieri quæ sanis uix toleran
 da sunt. Cur ergo aliqui excludant medicinam de usu medicamentorum
 non inuenio, nisi ut detegant imprudentiam suam. siue enim nullum expe
 rimentum eius generis remediorum habent, merito accusandi sunt quod
 tam negligentes in tam necessaria parte artis fuerint: siue experti quidem
 sunt eorum utilitatem, denegant autem usum, magis culpandi sunt, quia
 crimine inuidentia& flagrant: quod malum cum omnibus animantibus in
 uisum debeat esse, tum præcipue medicis, in quibus nisi plenus misericor
 diae & humanitatis animus est, secundum ipsius professionis uoluntatem,
 hominibus diſcꝝ omnibus inuisi debent esse. Idcirco ne hostibus quidem
 malum medicamentum dabit qui sacramento medicinæ legitimè est obli
 gatus. Sed persequetur eos quum res postulauerit ut militans & ciuis bo
 nus omni modo, quia medicina non fortuna, neque personis æstimat ho
 mines, uerum æqualiter omnibus implorantibus auxilia sua, porrecturam
 & succursuram se pollicetur, nulliq; unquam nocitaram profitetur.

*scriperit. Hic
 tamē lōge cor
 rectius à Mar
 cello adducit
 tur, & Corn.
 Celso adscribi
 tur, ut nō p̄r
 ptum sit hic
 pronunciare.*

*Medici mores
 quales esse de
 bent*

Hippocrates conditor nostræ professionis, initia disciplinæ à iurciuran
 do tradidit, in quo sanctum est ut ne prægnati quidem medicamentū quo
 conceptum excutitur, aut detur aut demonstretur à quoquam medico, ui
 delicit longe præformans animos discentium ad humanitatem. Qui enim
 nefas existimauerint spe dubia homines lādere, quāto scelestius perfecto
 iam nocere iudicabunt? Magni ergo æstimauit nomen decusq; medicinæ
 conseruare, pio sanctoꝝ animo quemq; secundū ipsius propositum se ge
 rentem. Scientia enim sanandi non nocendi est medicina. quæ nisi omni
 parte sua plene excubat in auxilia laborantium, non præstat quam pol
 licetur hominibus misericordiam. Definiant ergo qui prodeesse afflictis
 aut nolunt, aut non possunt, alias quoq; deterrire, negando ægris auxilia,
 quæ per uitam medicamentorum frequenter exhibentur. Etenim quasi per
 gradus

*Gradus me- gradus quosdam medicina laborantibus succurrit. Nam primum cibis, ra-
dendi. tione aptoç tempore datis, tentat prodesse languentibus. Deinde si ad
hos non responderit curatio ad medicamentorum decurrit uim. Potentio-*

*Asclepiades
defensio.* nos non respondent curatio, ad medicamentorum decantum enim stolidis-
ra enim haec & efficaciora quam cibi. Post ubi ne ad haec quidem cedunt
difficultates aduersæ ualeitudinis, tunc coacta ad sectionem uel ultimo ad
ustionem uenit. At Asclepiades maximus autor medicinæ negauit ægris
danda medicamenta. Quidam enim hoc mendacio etiam pro argumento-
utuntur. Poteram tamen si uerum id esset dicere, quid Asclepiades senserit,

forsitan non omnino in hanc partem animum intendit. Homo sane fuit qui parum feliciter se in hoc negotio gessit. Itaque non deterreor persona, cum te manifesta prodesse videor. Nunc uero cum tam impudenter quidam de eo mala comminiscantur, quid possum ultra dicere, nisi quodammodo parricidium ac sacrilegium eos committere qui haec dicunt. Ille enim febris citantibus uitiosis precipitibus correptis, quae oxypathe Graeci dicunt, negavit medicamenta danda, quia cibo uinoque apte interdum dato, remedia ri tutius eos existimauit. Ceterum in libro qui Paraseuon, id est, præparationum inscribitur contendit ultimæ sortis esse medicum, qui non ad singula quæque uitia binas ternasque compositiones & expertas & protinus paratas habeat. Vides ergo quam non placeat Asclepiadi usus medicamentorum cui nisi plura ad unum quodque genus uitij medicamenta composta habeat, non uidetur dignus professione medicinæ. Sed ista licentia nomine tantummodo medicorum propter quorundam negligentiam latius

Dissimile. processit. Rare enim aliquis priusq; se suosq; tradat medico , diligenter de eo iudicat: cum nemo ne imaginem quidem suam committat pingendam, nisi probato prius artifici per quædam experimēta, atq; electo : habeātne omnia pondera ac mensuras exactas , ne quid errorum in rebus necessaria tis accidat , Videlicet quia sunt quidam qui pluris alia quam seipso s aestiment. Ob quod sublata est unicuiq; studendi necessitas, & non solum antiquos autores per quos consumatur professio quidam ignorant, sed etiam comminisci falsa de his audent. Vbi enim delectus non est personarum, sed eo dem modo malus bonusq; habetur, disciplinæ ac sectæ obseruatio perit, quodc; sine labore potest contingere, & in quo dignitatis atq; utilitatis præstare uidetur æqualitas, id unusquiscq; magis sequitur. Atq; ut quisq; uult, facit & medicinam. Quosdam enim à peruerso proposito nemo potest mouere, & sanè omnibus permisit liberum arbitrium magnitudo professionis eius. Multos itaq; animaduertimus unius infirmitatis sanādæ scientia, medici plenum nomē consequotos. Nos uero ab initio rectam uiam sequuti, nihil prius in totius artis perceptione, quam homini permittitur, iudicauimus. Quia ex hac omnia commoda consequuturos nos existimabamus, non mediis fidius tam pecuniæ aut gloriæ cupiditate, quam ipsius artis scientiæ. Magnum enim & supra hominis naturam duximus,

*Contemptus
glorie & pe-
cuniae in medi-
co requiritur*

posse aliquem tueri, uel recuperare suam & unius cuiusque bonam ualetu
dinem: itaque ut cæteris partibus disciplinæ, ita huic quoque quæ per me
dicamenta uirtutem suam exhibet, curiose institimus, eo magis quod per
cipiebamus indies ex usu profectus eius, quos interdum supra fidem atq;
opinionem plurimorum exhibebamus. Sed quid ultra opus est probare,
necessarium usum esse medicamentorum: præcipue tibi qui quia percepis
isti utilitatem eorum, idcirco à me compositiones quasdam petisti. Ego au
tem memor humanitatis tuæ, candorisq; animi tui, quem omnibus qui
dem hominibus plenissime, mihi etiam peculiariter praestas: non solum
quæ desyderas remedia, uerum etiam si qua alia de expertis in præsenti ha
bui, in hunc librum contuli quem ad te misi. Cupio enim mediusfidius qua
possum tuæ in me tam perseveranti beniuolentiae respondere, adiutus o
mni tempore à te, præcipue uero istis diebus: ut primum enim potuisti,
non es passus cessare tuæ erga me pietatis officium, tradendo scripta mea
Latina de medicinalibus nostro Cæsari. Quorum potestatem tibi feceram
ut ipse prior legeres, simpliciterq; indicares mihi quid sentires de his. Pluri
mum enim iudicio tuo tribuo. Tu porrò candidissimo animo & erga me
beniuolentissimo, dignos nomine editionis, non uerbis sed re probasti,
periculumq; non minus tui iudicij quam ego stili propter me adisti, quo
tempore diuinis manibus ea tradendo consecrasti. Fateor itaque me gra
tias tibi agere, quod & prius quam rogareris consummasti amicissimo af
fectu uota mea, & quod contigit mihi fauore tuo matuorem percipere
studij huius mei fructum ac uoluptatem. Ignoscet autem si paucæ tibi ui
sæ fuerint compositiones & non ad omnia uitia scriptæ: sumus enim ut scis
peregre, nec sequitur nos nisi necessarius admodum numerus libellorum.
Postea autem si & tibi videbitur ad singula quæque plures compositiones
colligemus. Oportet enim copiam quoque earum selectam habere, quoni
am reuera quædam magis quibusdam, & non omnes omnibus conueniunt,
propter differentiam scilicet corporum & affectionum quarum initium à
capite faciemus: summum enim & quasi primum locum hoc obti
net: dantes operam, ut simplicia remedia prima quæque ponan
tibus. Interdum enim hæc efficaciora sunt quam ex plu
ribus composita medicamenta. erit autem nota
denarij pro Græca drachma, æque enim
in libra denarij LXXXIII apud
nos sunt, sicut drachmæ a
pud Græcos in
currunt.

Denarij &
drachmæ con
uenientia

¶ Alia

Alia Epistola eiusdem Cornelij Celsi.

CORNELIUS CELSVS PVLLIO NATALI SALVTEM D:

Hanc epistolā
trediderim eſſe
ſcribonij,
aut eius qui
ſcribonij gra-
ca interpreta-
tus eſt, eiſo-
peri fuifſe ab
interprete ip-
ſo p̄missam.

Tectis duobuslibris compositionum Græcis Pulli Natalis, quos misisti mihi ut in Latinum sermonem conuerterem, libenter pa- rui tuæ uoluntati,dignos eos existimans quibus operam impen- derē,quos plenos utilitatis comperī: alioquin excusassem nī me propositū haberet nihil non dignum sublimi Romanorum maiestate,de bono medi- cinæ artis splendidissime scribere,idq; perennitati & litteris mandare. Ha- bebit ergo & præsens tempus & futura posteritas,in hoc perpetuæ uolu- tatis meæ curæq; gratissimum munus:ſiquidem bona ualetudine nihil eſt pulchrius. dedi autem operam quantam potui ut ad uerbum transferrem, quæ in Græcis medicinalibus repperi,nec necessariam curam cultus oratio- nis putauī,quia rectius duxi proprietates nominū edere,& rem ueram sub herbarum peregrinarum uocabulis explicare.unum genus fateor me trans- lationis de industria declinasse,quo ferè Græci utuntur in medicamentorū scripturis,omnia ad secundam personam dirigentes.Ego uero in uſum me- dicamentorum quæ edidi,ominis boni gratia nullam malui quām infinitā inſerere personam. Admoneremq; nīſi certum haberem te non ignorare, me huiusmodi bona utilitatis magis quām delectationis cauſa ſcripſiſſe. Græci medici pōdera medicamentorum ad drachmas redigunt,quæ quia ad denarium nostrum conueniunt,octoginta enim & quatuor in libram in- currunt,pro nota Græcae drachmæ quæ eſt figura talis Z,notam denarij Latinam,quam noſti posui,id eſt hanc X,& ad eius pondus Græcas dra- chmas rediges. & quando quæ uolui præfatus ſum, nunc quæ deſyderas explicabo .

Denarij &
drachmæ con-
uenientia.

Epistola Vindiciani Comitis Archiatrorum,ad Valen-
tinianum Imperatorem.

Vm ſæpe ſacratiſſime Imperator, humani generis fragilitas fal- ſo de natura ſua queratur, aliquando tamen potuimus redditis cauſis, oſtentisq; remedijſ, uanas & innumerās querimonias re- frenare. Nam ſicut rudiſ gubernator turbatum mare fulcans, in- certus periculorum, dubius ſalutis cuncta rimatur, Ita & mortalium natura quæ perpetua ſanitate optat frui, placida quæq; deſiderat. Sed quia nec mare ſemper poſt eſſe trāquillum, nec unus in diem uenti ſpiritus durat, nec ſecurus nauta ratem poſt eſſe scandere, cum equor mole fluctuum tollit: ſic neq; mortales poſſunt ſemper eſſe ualidi aut uiuentes, ſed pro ætatis & temporis uarietate diuersis morborum aguntur incommodis. Quæ cum ita ſint, clementiſſime Imperator, magna laus eſt ueterum iſtituta ſcruta- ri, maior uero gloria inuenta ſeruare. Si quidem illi uiā laboribus ſuis vir- tutibus aperuerūt, nobisq; iter intelligentiæ ſua ſapientia reliquerūt. Vnde

cum

cum quidam febribus teneretur, & diu uentris duritia strangulatus, die duodecimo iam morti proximus uideretur, adhibitis ad curam multis & magnis medicis ut remedium consequeretur, hoc illis sumnum periclitanti præsidium uisum est, ut per intestinum clysterio ei curatio pararetur. cū ille imminentि periculo aestuaret, & ueluti morti proximus curationis etiā extrema deposceret, ego pudoris & reuerentiae modum seruans quem cū Exemplum cu
ctis semper exhibui: prospexi ad tempus ne ueluti turpis cura forti uiro rationis ardē
adplacaretur. Cū ergo uidissim physin eius, quam de colore collegi, & sic citate uiscerum fatigari eum penitus aduertissem, ilico infuso sale aquam frigidissimam obtuli eius ardori, qui cum desyderio recentis quo cruciabatur, totum quod ei oblatum fuerat, ebibisset, autores medicinæ magni qui id spectabant exclamauerunt, occidisti hominem. nec dum uox eo rū ab ore manauerat, euestigio eum somnus occupauit sudorē perfudit. Quibus ego præsentibus, clementissime Imperator, tantis sudoris ius ab sterziorib. laborauī, ut si dici fas sit, Nilus ex eius corpore uideretur effluente, uerum cum æger ex parte factus, recreatum se extinctis febribus, & ab infirmitate leuiorem esse sensisset, uentris etiam cœpit desyderio uehementer urgeri. adlato itaq; uasco omne alui onus quo grauabatur exposuit, ad tam dirum fœtorem, ut omnes qui illic aderant fugarentur, dicentibus egregiis medicis quod ónia eius interna putruissēt. Post hæc à me æger ad balneas mittitur, ut lauacro eius siccitas humigetur, qui peructus unguentis remediabilibus, cum post balneum uestimenta accepisset, sitire se dixit. statim eum absinthio, in quo libisticū fuerat decoctum, progressum à balneo potaui, nequid causationis in corpusculo eius maneret, quo uesica scybalis uel lapidibus per uicina loca meantibus premeretur. Præcepi etiam ei escam fieri de minutalibus porcini, id est, podocylis & uentriculo, in quæ uentriculum acetum cyminatum modico adiecto lasere mandaui, ut omnino excocta caro etiam ossium duritiam emolliret, ut soluta eorum medulla cum iure ipso absorberetur. non dubium est autem optime Imperator, quod ex indigestione externarum crudissimarumq; crapularum, uel superfusa diuersi nimietate uini, repletis & plene tumentibus uenis, potus in uisceribus amarescunt, aufertur somnus, subsequitur calor, atq; occultatū febrium pestis, & quædam phrenesis pulsu cerebrum inquietat: uenter durescit, qui iam dudum crudus repletus fuerat exuberantibus cibis, qui dum excoquuntur consumptis quæ humida sunt, inflammationes importunissimas faciunt, quæ adiecta calida aqua amplius necesse est excitentur. Inde ergo uenter durescit, inflatur pulmo, splen distenditur, pinnæ etiam iecoris porriguntur. Quibus coangustatum & coartatum fel exprimitur, quo infuso tingitur corpus & fit luteum. Cum ergo peruenierit ad ea loca uenarum, in quæ pocula hausta descendunt, duo mala iuncta, id est, res acris ac dulcis, cito auferunt animam: sicuti petrarum humidarum sudor

c. 2 igni

Frigide infibribus dandae ratio

igni subiectus cito absortbetur ab igni : petra autem ipsa exusta & concreta, spongia efficitur, unde calx uel gypsum conficitur. ita calore febrium excoquitur uitium cruditatis, ciborumq; congestio. Quibus consumptis & exhaustis, frigida sine dubio superfundenda est ne penitus arescant. Nam nimurum estimas o bone Imperator, calidam & frigidam mortalibus inclusam esse corporibus cum singulæ res propriam habeant naturam. Ignis ignem, aqua aquam desiderat, sed ad horum iungendam societatem siue temperantiam procurandam, siluarum materies, lignūq; depositur, quod & nutrit ac suscitat & rapit ignem, & frigidam uertit in calidam. sed non ita in nobis est coæquandum. Accipe igitur serenissime Imperator, quod conueniens nobis putetur exemplum: thermarum scilicet ab se calidarum mixtio temperata, ubi nec ignis uidetur, nec lignum suggestur, nisi uapor solus sponte conficitur, & aer calidus sine labore sentitur. nonne duo unum sunt? & diuersa atq; contraria inuicem prosunt? diuina prouidentia salubri per mixtione ac temperie procurata, nonnullam corporibus ablwendis sanitatem præstant, competentemq; medicinam prebentes, uarios languores à corporibus mortalium pellunt? Hæc cum ita sint, nihil aliud reor mortalibus præbendum, nisi id quod cum infirmi essent desiderauerunt, & oblatu sibi profuisse senserunt. His ergo utamur quibus sumus bene experti, & quorum beneficio consequuti sumus optabilem sanitatem. Nain similiter quidam cum oculorum lachrymantium reumate carere non posset, producetus est in medium conuentum multorum spectantium medicorum. Qui cum inspectus ab his fuisset, dixerunt ei palpebras incidi debere, comburi etiam hemicranium & raso capite uenas secari, quod Græci arteriotomoni dicunt: inponi etiam escharas, & cum iam omnibus locis debilitatum & cauterizatum caput haberet, nihilq; ei tormenta, quæ desiderio sanitatis pati enter tulerat profuissent, deflebat omnibus infelicitatem suam. In ultimum hæc ab egregijs medicis inuenta curatio est, ut cum dexter oculus lacrymam funderet, uena ei dextri brachij laxaretur, cum sinister similiter in sinistro brachio fieret. Quod cum pati cœpisset infirmus, flens & gemēs illud Catonis uerbi saepe dicebat: corporis exigua medico committe fidelis. Ego autem dico & perito. Restiti igitur his nec laxari uenam permisi, magnoq; silentio facto auctores nostros in medium protuli ac recitaui, dixiq; ad eos: Si ex multifario tormentorum genere miseratus iste uel unam medelam fuisset adeptus, merito uos pateretur, sed cum neq; inunctione, neque incisione neq; combustione, inundationem lachrymarum reprimere potueritis, cur indocte uenas ei laxari præcepistis? cum hic iam semianimis, uisione ipsam ferri perhorrescit. Vnde reddite mihi sapientissimi uitæ hodiernæ causas curationis, cur fuerit desuper oculus incisus, cur rasum caput, cut meacula exusta uenarum: meatus enim irrigatio si uenerit ad ea loca in

Catonis uerbi saepe dicebat: corporis exigua medico committe fidelis. Ego autem dico & perito. Restiti igitur his nec laxari uenam permisi, magnoq; silentio facto auctores nostros in medium protuli ac recitaui, dixiq; ad eos: Si ex multifario tormentorum genere miseratus iste uel unam medelam fuisset adeptus, merito uos pateretur, sed cum neq; inunctione, neque incisione neq; combustione, inundationem lachrymarum reprimere potueritis, cur indocte uenas ei laxari præcepistis? cum hic iam semianimis, uisione ipsam ferri perhorrescit. Vnde reddite mihi sapientissimi uitæ hodiernæ causas curationis, cur fuerit desuper oculus incisus, cur rasum caput, cut meacula exusta uenarum: meatus enim irrigatio si uenerit ad ea loca in quibus

quibus habebat receptaculum collectionis suæ, quo impetu exinde descen-
debat deorsum, recurrens rursum ad fontem cerebri, ibiç coangustatus cū
feruere cœperit, uerendum est ne perforans cutem, ac pertundens cratem ca-
pitis, generet in eo uitia diuersa. aut ne iterum per aliquam uenarum erum-
pat ad aures, faciatç hominem surdum, totum oppilans auditum, aut uer-
mes in auribus generet, uel naribus polypos nutrit. aut oculis ægilopia ex-
citet, aut dentibus sit molestus, & faciat hominem oris fœtidi, atq; corrupti:
uel quod maxime cauendum est, ne per uuæ destillantis, aut exulceratae ui-
tium ipsa musice hominis corrupta languescat, pulmoniç & stomacho pla-
gam inferat: lumbos quoque renesç dissoluat, & incipiat humor noxius
per inguina & coxas, & crura decurrent, facere contractiones talorum
atque neuorum: paulatimç auferat gressus, totóque organo tabescen-
te, uideamini potius consumpsisse hominem quam curasse, cum uete uiol-
enta morte uideatur de hac luce migrate. Nam si separatum acritudo ali-
quotiens nobis non manducantibus, nostris tamen oculis molesta est, aut
sinapi ubi & mel miscetur, leniri penitus non potest, sed calore eius commo-
tum cerebrum, ita desidat, ut oculos & nares acer humor infestet: quid pu-
tamus illi patiuntur, quibus circa oculos cura rursus aut igni adhibetur aut
ferro? quare imperator fidem nostris auctoribus adhibentes, non creda-
mus, quibuscumq; medicinis, nec uulneri uulnus superponendum putemus,
sed ita ægris remedium porrigendum esse credamus, ut neq; grauibus tor-
mentis, neq; intolerabili medicinæ curatione crucientur. Plura ergo de ob-
seruatione medicinæ pietati tuæ ac posteris tuis, digna memoria tradidi,
quæ homines docti de expertis remedij prodiuerunt, quæ tua diuina sere-
nitas oro suscipiat, & ad memoriam cæteris relinquit.

INCIPIT AD CAPITIS OMNES SVBITOS
& diutinos, & multiplices dolores.

CAPVT I.

Ad capitis dolorem etiam in febri, primis diebus incommodi.
serpylli — i. rosæ aridæ — ii. incoquuntur cum duobus sexta*Rosa pro ros-*
tis aceti acerrimi, donec ad dimidias perducantur. inde sumi*sacco*
tur cyathus, & duobus rosæ cyathis bene comiscetur, frequen-
terç curatur ex eo caput: ubi enim incaluit quod infusum est, nisi recés adij-
ciatur, nocet. Item prodest eodem modo ruta per se uel cum hederæ baccis
decocta, & capiti tepide infusa. Polygonos quoq; herba, quæ latine sangui-
naria dicitur, & menta multis profuit eadem ratione decocta, & capiti tepi-
de infusa. Dolorem capitis leuat spondylion, & agni semen, & platani pilu-
læ, similiter aceto incoctæ: rosa quoque dupli mensura, simplæ aceti
c 3 commis-

commixta, sicuti & polygonos superius dicta debet excoqui, id est, ea quæ sanguinaria dicitur. cum autem plurimis diebus manferit dolor capitis, tum omnium supradictorum oportet uncias singulas sumi, hisq; admisceri lauri baccarum, castorei, nucum amaratum, pulegij, sambuci foliorum, uncias singulas, & in aceti sextarijs quatuor decoquere ad dimidias, & eodem modo rosa admixta dupliciter, sed non tam frequenter caput curare. Ad omnem capitis dolorem efficaciter prodest medicamen tale. crocomagmatis — i. aluminis scissi, uel gallæ — i. haec teri ex acri aceto, & rosa duplicitis ponderis uicissim adiecta oportet, usq; dum mellis habeant spissitudinem, atq; inde frontem, & utrinq; tempora oblinere. Ad capitis dolorem, cum inueterauerit, bene facit hæc compositio. myrræ * i. croci * ii. amygdalarum amaratum * ii. rutæ uiridis. * iii. spondilij & panacis * singulos, lauri baccarū * iii. serpylli * ii. castorei * i. teruntur hæc omnia cum aceto, & fiunt pastilli, cū opus est diluuntur aceto & rosa in mellis spissitudinem, atq; ita frons & tempora oblinuntur. Permanēte uero capitis dolore, materiā quoq; humoris oportet detrahere ex eo per nares, uel per os, quæ res etiam auriculam uel dentem dolentibus prodest: nec minus his quibus subite uertigines obuersantur, quos scotomaticos græci dicunt. item comitali morbo correptis prodest, sed & caligine impeditos ex magna parte leuat. debent autem i homines pridie abstinere, & superioribus diebus aquam potare. per nares ergo purgatur caput, his rebus infusis per cornu, quod græce rhinenchytes uocatur. hederæ succo per se uel betæ succo cum exiguo flore æris, uel cyclaminis succo mixto lacte aut aqua, pari mensura. bene detrahit è naribus liquorem & hæc compositio. salis, nitri, aceti, olei ueteris, mellis, singularum rerum denarios binos, cyclamini, succi staphidos agrias quam herbam pedunculariam, quod eos necat quidam appellant, singularum denarios binos. hæc in unum mixta, naribus per cornu infunduntur, uel pinna longiore nares interius perfricantur. cum satis uisum fuerit fluxisse humoris aut sanguinis, ut reprimatur aqua frigida pura nares diutius obliui oportet, uel croco macerato in eadem pridie.

Sed si per os magis detrahere humoris materiam uisum fuerit, quia non sine tormento quodam per nares ea deducitur, suadebimus pyretti radiculam commanducare, atque subinde hiantem pati fluorem saliuæ. uel uuam passam cum piperis albi totidem granis dabimus commanducandam, & expuendam, æque enim & hæc deducunt pituitam. bene facit & si sinapi non ex castratum ex aceto tritum, sed non excastratum gargarizare, trium cyathorum mensura admixta mellis libra una. detrahit enim & hæc compositio largiter pituitam. Cum uero diu caput dolet & adtonderi pressius & adradice prodest, ut possit diutius fricari, & aqua calida foueri pura uel lauto incocta, quo tempore etiam sternutamentū concitare non alienum erit hoc medit.

medicamento quod ex his rebus componitur, ueratri albi, castorei, struthij, quod est radix lanaria, piperis albi, singulorum denarios singulos. haec contusa tenuiter forato cribro transmittantur, cum opus fuerit per pinnam, aut calatum scriptotium naribus insufflentur, uel spicillo tinteto in aqua & excusso, naribus iniiciuntur: proderit autem ad sternutamentum etiam per se contusum, & eadem ratione iniectum ueratrum album: linguam enim sicciam & aridam sternutatio statim inundat.

Capitis dolorem quamuis ueterem & intolerabilem protinus tollit, & in perpetuum remediatur, torpedo nigra uiua imposita ei loco qui in dolore est, donec desinat dolere, & obtorpescat pars: quod cum primum senserit qui dolet, remoueatur remedium, ne sensus auferatur eius partis. plures autem parandae sunt torpedines eiusdem generis: quia nonnunquam uix ad duas tresue respondet curatio, id est, torpor, quod signum est remediationis.

Ad capitis dolorem factum ex perustione prodest rosa bona succus infusus capiti, sed cum succo de moris facto pari mensura admixto.

Ad capitis dolorem factum ex perfictione satis prodest oleum irinum cum serpylio & exiguo aceto infusum, magis autem si aut iridis radix aut peucedani succus prioribus admixtus fuerit, prodest & ruta cum oleo irino & exiguo aceto cocta, & tepide infusa capiti, nec minus prosunt folia lauri cum irino oleo & exiguo aceto trita & infusa capiti.

Ad capitis dolorem factum ex uino nimio prosunt quidem & ea quæ diximus proficere ad capitis dolorem ex perustione factum, prosunt & rutæ folia trita cum aceto admixta eis rosa & nuces amaræ eodem modo, faciunt & agni folia quæ nascuntur in uirgultis quibus Græci pro uiminibus uuntur, eademq; lygus appellant, cum iridis aridae radice trita, mixta eis rosa atque aceto.

Ad capitis dolorem factum ex ictu aut casu è sublimi, prodest rosa & irinum oleum aceto decoctum: item rosa aridae folia macerata prius passo deinde cocta atque trita, & ita imposta, simili modo prosunt. & fertula campana similiter facta prodest, uel myrti folia tenera ex uino trita cum myrra & pulegium ex uino tritum. & mala cydonea uino cocta & trita atq; impo sita capiti plurimum prosunt.

Medicamentum quod repellere possit ea quæ ad caput redundauerunt: castorei uictoriati tertiam partem, sphondilij ✕ i. nucis amaræ ✕ x. rutæ folia ✕ ii. sili massaliotici ✕ ii. cum aceto prius hæc teruntur diligenter, deinde rosæ admiscentur.

Ad diutinos capitis dolores, salis integri mensura quantū manus plena comprehendere poterit, coquitur ex oleo superfuso, ita ut superet salem, Dolor diutius
nus
c 4 deinde

deinde cum omnino nihil incurrit de sale asperum, perungitur dolens capitis pars hoc oleo, superq; lana succida eodem oleo tincta imponitur. Sertulæ capanæ coronæ quinq; ex passo & aqua frigida pari mensura coquuntur donec permadescant, tunc teruntur admisceturq; opij quod satis sit, uel papaueris lacryma quæ sopora à quibusdam appellatur, ad uictoriati pondus adjicitur. ex his pannus quantum satis est linitur, & utrinq; tempora tinguntur. Ad capitis dolorem omnem efficaciter prodest, baccharum lauri denarij semissis. scamoniæ * i. croci uictoriati pondus, teruntur hæc optime ex aceto & rosa, cum opus est dolens pars capitis perungitur. hoc medicamentum successus mirificos habet. Ad dolores capitis puerorum maxime eius partis quam bregma Græci appellant. lini semen tritum ex aqua imponere oportet: uel oliuæ folia tenera trita cum uino adiecto uiridi oleo, simili modo superponere: uel opij quantum fabæ ægyptiacæ magnitudo est, & salis duas partes, & pulegij partem unam terere oportet cum aceto, deinde adjicere ungentum supra scriptum, & sic perungi dolentem partem capitis.

Vlcuscula capitis capitulis, ex quibus sanies manat, radi caput oportet, & ex nitro lauari. furfures quoque ex melle coctos imponere utile est, uel bulbos scillæ ex aqua coctos, ita ut alumipis liquidi tātundem ponderis ammisceatur, & sic caput inclinatur. Ad ea quæ feruescunt in capite cum rubore, lini semen contum, & melle consparsum imponendum est. Ad capitis dolores in febri. rutæ siluaticæ seminis, uel rutæ noditis radicis, ex qua thus nascitur, myrræ, pyrethri, aphronitri, salis ammoniaci, piperis longi, hederæ albæ foliorum uel baccarum, bdellij, galbani, balsami, iris illyricæ, singularum specierum denarios denos. castorei denarios quatuor. balani unguentariae * ii. rhamni * x. trita omnia in unum coniunctur cum aceti scillitici quantum sit libra una. sed ita temperabitur medicamen donec spissitudinem mellis recipiat, atq; ita reponetur in uaso fictili. & cum opus fuerit inde sumetur quantum satis sit, quod in linteolo bene tenero spesso inclinatur, perunctumq; rosaceo modico imponetur.

Si uastior fuerit dolor capitis medicamentum tam spissum fiat infra scriptum, quām est emplastrum, & linteolo denso imponatur: agnī seminis & peucedani radicis. * iii. iridis * ii. aceto prius maceratas has species excoques uel contundes, & rosa dilues, atque ita raso capiti impones. Ad uehementes fœminarum capitis dolores, & suffocatio de uulua focationes quæ de uulua ueniunt, quod genus ualitudinis Græci hysteri uulua cen pniga vocant, & ad eos qui caduci appellantur, & ad freneticos, & qui uertigines habent. sphondylij denarios sex. castorei * vi. peucedani * ii. nucum amararum * vi. hæc cum aceto & rosa bene trita & permixta capiti infunduntur. Ad diutinos capitis dolores, etiā ueternos quos græci

græci lethargicos uocant, & phreneticos, & ad omnia uitia quæ circa caput generantur, etiā ad podagram. ceræ ✕ LXXIII. olci ueteris ✕ LXXXIII. aluminis fissi ✕ vi. glutinis taurini ✕ x. peucedani ✕ xx. cassiae ✕ x. resinae terebinthinæ ✕ xx. picis liquidæ ✕ x. galbani ✕ xiii. aloes ✕ xvi. taurinum gluten cum aceto ad ignem soluitur, peucedanum & cassia uino macerata conteruntur & taurino glutini commiscentur: cætera ad ignem liquidata dum calent suprascriptis admiscentur. Quæ bene subacta manu reponuntur: cum opus fuerit pondus inde denarij sumitur, & dilutū aceto atq[ue] rosa capitii infunditur, sed melius facit hoc medicamentum linteo, lo inductum raso capitii impositum. Ad capitis dolorem sine febri bene facit de experimento capitis derasio, aquæ potatio, cibi abstinentia, uentris solutio. sed tum etiam rosa atque aceto curandum caput. prodest etiam detrahere pituitam, sinapi aut hyssopo ex passo decocta. item herbae pedunculariæ semine, quā græci staphida agrian uocant, trito cum pipere & melle, oleo admixto, aut ipsius herbæ peduncularis semine per se melle admixto.

Permanente autem diutino capitis dolore prosunt ei huiusmodi perunctiones. ruta cum aceto & oleo calefacto. iridis radix cum aceto. salicis folia trita ex aqua. serpyllum aceto tritum & inferuefactum cum oleo & aceto. Millefolium quod græci polygonon appellant cum ruta tritum, admixto aceto & oleo. nubes amaræ purgatæ tritæ cum aceto & oleo, ita ut hæc inter dum uelut cerotum cum linteo fronti superponatur. similiter prodest & ruta siluatica trita cum aceto & oleo quasi cerotum frōti superposita. aut agni albi semen ex posca tritū. aut ocimum uiride uel semen eius ex aqua tritum & impositum. aut hederæ albæ folia quatuor cum aqua mulsa, aut git, quod græci melanthion uocant, eodem modo fronti impositum aut naribus inicitum prodest. Ad torridam aut constrictam eudem capitis bene facit castoreum, & balsamum, & peucedanum, incoctum simul & seorsum in uasco cum aceto & cum oleo capitii infusum. Faciunt etiam huiusmodi medicamenta capitii superposita quæ græci cataplasma dicunt. iridis radices cōtusæ ✕ vi. & pusillū rosæ siluaticæ seminis cū farina hordeacea cocta, aut feniculi radices similiter coctæ cum farina hordeacia. Prodest etiam ad nimios dolores capitis constrictio eius per fasciolam non nimium latam, ita ut ea per medium frontem & utraque tempora circundetur. bene facit & fomentum per spongias molles aquæ calidæ, decoctis in ea prius lauri folijs & capitibus papaueris adhibitum. & unctio capiti facta ex folijs lauri & agni & populi, tritis cum aceto & oleo. Ad ulcera quæ in capite effervescent cum humoris manatione prodest aqua calida bis téreue die per spongiam saepius super ulcera expresa, quod Græci catant lesin appellant. Perunctiones autem quas Græci synchrismata uocant & ea quæ superposita dolentibus partibus ijdem cataplasma appellant, eiusmodi

eiusmodi prosunt. folia salicis ex aqua trita, aut uitis albæ radix aqua pura cocta, aut lenticula ex aqua cocta aut asparagi radices ex melle coctæ.

Ad capitis dolorem, folia lauri uel baccas uel florem terere oportet cum aceto & irinum oleum illis admiscere, atq[ue] ita caput naresq[ue] perungere.

Facit & iridis radix cum malo cydoneo cocto ex aqua pariter inposita. Ad omnem capitis dolorem inter initia prosunt aquæ refrigerantes, & repellunt eum, interdum admixto pane, uel polente polline consperso aceto. Pla-

Macia Graecis anagallis

taginis quoq[ue] succus & rubi aut lentisci aut millefolij, aut herbæ urceolaris, aut thus syriaci, aut macia, quam Graeci anagallida appellant. itē mentæ succus, uel intiborum, uel myrti, uel staphidos agricæ infusus capiti plurimum prodest. Ad diutinos capitis dolores prodest infusum capiti oleum uetus cyprinum uel irinum cum peucedano, sphondilio, & castoreo, imponi autem statim oportet lini seminis satinam & hordeaceam in unū coctam ex posca, sed postea prodest inpositum cerotum ex cyprino oleo factum cum ruta. Item benefacit cerotum ex irino aut syriacino oleo cum butyro dum modo calefacto medicamine caput perungatur. Opobalsamo autem cum serpyllo & rosa uel peucedano prodest etiam lethargicos perungi. Ad omnem capitis dolorem benefacit centaureæ tenuis succus cū aceto calido infusus capiti. Ad capitis molesti & diutinum dolorem medicamina infra scripta facies: hederæ nigræ folia trita admixto aceto, oleo, uino, æquis portionibus quod sufficiat in uasco quolibet feruere facies, ac postea frontem & tempora lines. Cicutæ folia aut si folia non fuerint radicem eius teres & fronti inlines, aut in faccello lineo ad frontem suspedes.

Magidis instrumenti pisto rii rasamen

Aloes 3 vi. croci 3 vi. gummis 3 vi. album ouï & cocleas minutæ numero v. haec uniuersa conteres in mortario marmoreo, & aceto admixto fronti inlines. Rasamē pastæ quod in magide adhæret 3 vi. & cretae 3 vi. & bulborum incoctorum 3 iii. tritos & medullam sive uitellum ouï gallinacei, conteres pariter ex aceto, & fronti inlines. Muris cerebrum tolles & in uinum mittes, ac maceratum & tritum fronti inlines. Euforbij 3 i. croci 3 vi. permisce cum aceto, & pariter bene tritum fronti inlines. Hederæ succus densus fronti & temporibus inlinitur, & cum siccatus fuerit iterum inlinitur, quo facto dolori capitis potenter subuenitur. Ad conpescendum capitis dolorem, pollinem thuris cum uisci scrupulo pariter fronti inline, quod si dolore medium caput findi uidebitur, hederam cotunde, ac succum eius oleo rosaceo misce, & cum linteolo mundo fronti inducito, tempora quoque ex eo & nares perunge: quod si grauior dolor fuerit, etiam cerebro superfunde. Limaci calculum quem in capite habet tolle, quod non facile facies, nisi ei dum in uia repit caput subito abscederis: quem lapidem quamdiu tecum habueris nunquam ullum dolorem capitis nec senties nec patieris. Lauri baccas numero quinque ex aceto contere, aut septem pilulas stercoris caprini ex aceto tere & frōti inline

Limacis calcu lus in capite

inline. Herba in capite statuæ cuiuslibet nasci solet. ea de crescente luna
 sublata, capitiq; circumligata, dolorem tollit. hemicrania etiam efficaciter
 citer medetur, si in panno rufo lino rufo ligata capiti uel temporibus allige-
 tur. Radicem atractylidos herbae quam nostri carduum vocant, uel eius
 ramum, uel florem acia ligatum & capiti circudatum, dolori eius mederi co-
 stat. Nec minus herbam polygonon quam rubiam vocamus, circum-
 datam capiti dolorem tollere experti sumus. Ramus spinæ albæ alliga-
 tus capiti efficaciter medetur. Sinapi quoq; cum ruta & aqua tritum &
 ad mellis crassitudinem redactum. Corona ex herba hierobotane, quam
 nos uerbenam dicimus facta, capitiq; imposta dolores tollit. Cucurbita
 tæ uitidis ramenta cerebro imposta, infantibus quoq; qui ex dolore capi-
 tis nauseam patiuntur, ualidissime prosunt. Herba strumus contrita &
 cum oleo permixta impostaq; temporibus, & toto corpori cum ipso oleo
 perducta, incredibiliter & capitis dolorem tollit, & languorem si quis fue-
 rit corpore discutit. Radix cupressi tenuis capiti circundata dolorem
 eius leuat. Baccæ lauri in pari numero contritæ, & oleo adiecto calido
 fronti imposta pro sunt. Oleum ex nuce iuglande quæ manducatur ex
 pressum subitum capitis dolorem, si eo perfricitur, mire compescit. Ma-
 lum cydoneum, palmulæ quinque, papaueris caput unum, dempto semi-
 ne, usq; ad quatuor cyathos cum aqua ad tertias decoctum & cum mulsa
 aqua potui datum, ualde prodest. Folia malii punici diligenter contrita,
 & deinde succus eorum uel ipsa oleo permixta, potenter etiam inueteratos
 dolores persanant, si inde adsidue frons & tempora perfricentur. Cum
 intrabis urbem quamlibet, ante portam lapillos qui in via iacebunt quot
 uolueris collige, dicens tecum ipse, ad capitis dolorem te remedium tollere,
 & ex his unum capiti alligato, cæteros post tergum iacta, nec retro respice.

Creta quæ cimolia appellatur cocta ex aceto, fronti imposta potenter
 medetur. Sal cum ruta tritum adiecto melle fronti inlitum, certissimum
 remedium est. Fæcula qua infectores utuntur si spondam lecti priorem
 qua uir cubat perunxeris, & spondæ medio inligaueris, dolores capitis re-
 mediabis. Ex eadem aqua de qua bos aut asinus biberit paululum sum-
 ptum & potatum tollit efficaciter capitis dolorem. Porri sectui succum
 coclearia duo, & unum mellis, permixta ituro dormitum uel in naribus uel in
 auriculam tepidum infunde, statim proderit. Pollinem siliginis admix-
 to oui albo, & quidpiam salis confricato, & fronti inlinito, & fascia super
 ligato, mirabile est. Anethum ita ut de horto collectum fuerit decoquiu-
 tur ex oleo, & succus eius capiti infunditur.

Si de capitis dolore difficilis somnus sit, amygdalino oleo caput
 perungi oportet. Si de sole caput doleat, cupressi folia contrita quum
 polenta de hordeo, uel amygdalis, & succo portulacæ fronti inlinatur.
 Magnetes lapis qui antiphysion dicitur, qui ferrum trahit &
 abiicit

*Herba in capi-
te statuæ*

*Rubia Græcis
polygonon*

*Corona &
amuleta*

Magnetes du abiecit, & magnetes lapis qui sanguinem emittit, & ferrum ad se trahit, plex

Lapis in ueteri culis hirudinum ex quibus qui albi maxime fuerint, si in manu etiam singuli teneantur, aut circa caput lino nectantur, ueterimos & diutinos capitum mulcent dolores, nisi contactu terrae lapillorum potentia minuatur. *Cornicis cerebrum coctum & cibo sumptum graues & inueteratos dolores capitum effectu mirabilis pellit.* *Vulturis cerebro paululum cedri, si in miscueris, & nares inde intrinsecus caputque perfricueris, omnes dolores statim minues.*

Terra contorta etus amuletis nosens.

Ex quacumque causa grauedinem capitum exortam quae intempestivum concitet somnum, sine dolore discutit, si quis inpetigines in asini cruribus naturaliter natas detrahatur, easque in scobem delimitas, immixto aceto naribus penitus obstat. Si dolor ex cerebro gignetur, hederae folia septem & nucleos purgatos ex persicis septem, ex oleo & aceto decoquens, pariterque conteres atque inde tempora & frontem dolentis obduces.

Ruta trita aceto & oleo rosaceo mixta, mirifice dolorem capitum auerterit, cerebro uel temporibus infusa. Caput ocimi tritum cum rosaceo oleo aut myrteo & aceto, fronti rectissime inponitur. Serpyllum decoctum ex aceto & tritum recte inponitur temporibus & fronti. Corona de puleio prodest capiti inposita, si terram non tangat. Si difficilis somnus est ex dolore capitum, oleo amygdalino caput ungere oportet & tempora: nucleorum uero persici farina cum melle & acero fronte inlita prodest, nuclei quoque amygdalini triti utiliter inponuntur. Etiam in febribus baccæ lauri impari numero in oleo contritæ & capiti inlita, sanant dolorem. Hederae folia mollissima trita ex aceto & rosaceo aduersus omnem dolorem fronti inlinuntur. Panaceæ radix in oleo conteritur, & deinde capiti instillatur. Offa de capite vulturis alligari prodest capiti dolenti. Gallinaceus pullus inclusus abstinetur nocte & die, deinde eius gallinacei pluma uel crista alligatur ad collum aut dolentis caput, ac statim medetur. Surculus ex nido milui puluino dolentis caput superpositus prodest. Murenarum pellum exustarum cinis ex aceto fronti inlitus prodest. Coccoe matutinum rorem pascentis caput arundine praeciditur, & in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur, continuo medetur.

Fracto

Fracto capiti tela aranei ex oleo & aceto inposita non recedit nisi sana/
uerit. Corni ceruini exusti cinis inlitus fronti ex aceto & rosaceo prodest.
Fractū caput

Lanam ouiculae de inter femora uelles & cōbures, & in aceto intingues
& super tempora dolentis ligabis. Lanam arietis de fronte uelles, & con-
bures in operculo ollae nouo, & in mortatio confricabis, atq; ex aceto fron-
ti inlines. Sertulæ campanæ fasciculum ex aceto decoques, & fronti in-
lines. Caput si dolere cœperit, ouo cum melle mixto in balneo laua, sta-
tim cessabit dolor. Intybi contusi succum oleo rosaceo, & aceto acri, æ-
quali mensura mixtum, capiti laborantis infunde. Betae nigræ succus re-
poribus dolentis inpositus, mirum remedium est. Serpyllum in aceto
decoctū fronti laborantis infunde, uel temporibus imponito, & si somnus
difficilis est, oleo amygdalino caput perunge. Rutam uiridem tritam
cum aceto acerrimo & oleo rosaceo, æquali mensura, toto capiti laborantis
infunde. Lauri baccas xxxv. piperis grana xx xv. tere, & tritas cū ouo
albo temperabis, & fronti impones. Ossa de persicis etiam duracinis frā-
ges, & nucleos eorum colliges & siccabis in umbra & cum necesse fuerit cū
oui albo temperabis & fronti superimpones. Caput si quis sic doluerit ut
medium findi videatur, hederæ contusæ succum per linteolum delicatum
mundum exprimat & oleo etiam rosaceo admisceat, & sic frontem & tem-
pora perungat, & cerebro & naribus inde & auriculis infundat. Caput si
ex frigore doluerit, ungentum irinum cum oleo laurino misce, & calefactū
cerebro superfunde & insuper lanā unctam circa caput pone. Sicui nul-
la de causa subito caput & tempora doluerint, myrra ex uino crassius trita
tempora oblinat, uel fabam fresam in aqua prius maceratam, postea in ui-
no decoctam tritamq; inlinat fronti, uel baccas lauri impari numero con-
terat prius, deinde admixto oleo diligētius terat, ad instar collyrij, & postea
in futili calefaciat, eoq; caput perficit. Purgatio autem capitis ne supra/
scripta nascantur utilissima fertur hæc, si hyssopi aut origani summitatibus
contritis, & ex mulsa aquæ cotyla dimidia coctis, os adsidue conlueris.

Capitis ulcerationes sanantur, si succo de beta è radice expresso caput in
balneo perfricitur. Si cui in capite tubera nascuntur, cupressi baccas uiri-
des in uino decoctas tritas tuberibus adponat, ita ut per dies quinq; in ca-
pite alligatum & signatum medicamen maneat, post diem quintum soluat
ac renouet: & hoc si necesse fuerit ter aut quater faciat, intra diem uicesimum
persanabit. Brassicæ succus naribus infusus capite purgato, dolorē quo-
que eius efficaciter adimit. Radix pyretri in sole diu commanducata, etiā
pituitam expellit. Hiera maior faciens ad capitis nimium & ueterem do-
lorē, & ad phlegmata spissa & constricta laxanda et prouocanda, ex calida
aqua ieiunis data, ad spleniticos ex posca, ad hepaticos ex uino græco, ad
accessiones cotidianas ante suspicionem datur ex muria, quia & uentrem té-
perat, maxime prodest etiam melancholicis & scotomaticis: danda autem
d omnibus

omnibus ieiunis & bene digestis ad modum nucis auellanæ, quæ cōstat ex speciebus his, stichados — I. 3. vi. agarici — I. 3. vi. colocynthidos, id est, cucurbitæ quod habet interius molle inter semina siccatum — I. 3. vi. I. opopanaxis 3 xv. sagapeni 3 xv. petroselini 3 xv. aristolochiae rotundæ 3 xv. piperis albi 3 xv. cynamomi, spicæ nardi, myrræ troglodytis, folij, croci, uncias singulas, mellis uero optimi despumati tantum mittes quātum sufficiat pulueri specierum supra scriptarum colligendo ad spissitudinem cōgruentem, deinde confectum medicamen in uascolo uitreo aut fictili sub signaculo reponatur. Cupressi tenuissimi radice caput coronatum dolorē breui posuit. Pulegij florem destringes & teres ex acetū cyathis duobus, adiūcies rute tantudem quantum pulegij, & unam cepam, & salis bolū. cum omnia trita erūt, adiūcies olei boni cyathū, & tenuiter subcoques, ac bene permiscebis, atq; aduersus pilos caput ex eo diligenter perunges.

AD OMNES DOLORES HEMICRANII ET HETEROCRANII
SUBITOS & DIUTINOS. CAP V T. II.

Hemicrania



IRCINVM finum tritum cum acetō scillitico misce, & fronti & temporibus inline. hoc ad dolorem hemicranij sedandum etiam in perpetuum prodest. Tus, & myrram, & ouum teres simul, & fronti induces uel temporibus subitus cum hemicranij dolor fuerit. Lasfer cyrenaicum cum acetō tere & inline frontem cum temporibus. Hemicranium statim curat uermes terreni pati numero sinistra manu lecti, & in limine cum terra de limine eadem manu triti, & cum acetō optimo eadem manu fronti uel temporibus inliti cum dolor ugebis. Finum uel cinerē coclearum & granum sinapis cum acetō ad ternos scripulos miscere, & temporibus inlinire prodest. Herba strumus & stercus murinum cōtrita, & ex acetō fronti inlita, celeriter dolores etiam heterocranij abolent. Ossicula in capite porci duo naturaliter forata inueniuntur, id est unum in dextera parte, & aliud in sinistra, quæ reperta & reposita, & cum opus fuerit licio suspensa, medelā capiti prout inuenta sunt praestant, id est dextrum dexteræ parti, & sinistrum sinistre: sed prēter te & ægrum ossicula tertius non contingat, quæ ad hanc necessitatem colligi diligenter & seruari debent. Piperis grana xx i. murinati simi pilulas xx i. sinapis quātum tribus digitis possis tollere, teres & acetō acri ad ceroti modum permiscebis, & ita frōti impones, & aluta desuper teges. Lasferis granum medicinalibus digitis auri injice ex ea parte qua caput dolebit, statim proderit. Herbæ meliloti interiora, & oui cocti uitellum cum uino modo tere diligenter, & inde hemicranium uel tempora quæ dolebunt inlines, confessim sanabis. Pampinum continuò de vite lectum cum oleo coques atq; simul tritis diligenter tempora inlines. De muris simo pilulas septem teres, & cum acetō fronti uel temporibus dolentibus inlines. Si

Heterocrania

uir

vir aut adulescēs aut infans hemicraniam patietur, obseruet ut semper luna septimā, & septimadecima, & uicesima septima se tondeat. mirum remediū *Septimariū lunū* habebit, neq; curet si dies mātis aut saturni in has lunas inciderit. Hete, *nārum uis* rocraniam siue hemicraniam discutit hāc compositio, gallæ syriacæ — iii. crocomagmatis — iii. aloes — iii. sed gallas prius tūdes & cibrabis, tum cæ teta similiter tūsa & cibrata miscebis, idēp; medicamen in pyxide conditū seruabis, cumq; usus exegerit ex aceto temperatum parte frontis quæ dolebit impones. Terre ægyptiacæ partes duas, crocomagmatis partem unam cum aceto diligentissime ac minutissime contere, & partem quæ dolebit inlinito. Opij — i. colophonij — i. myrræ — i. hyoscyami — i. peucedani — i. anethi — iii. crocomagmatis — i. seorsum hæc tūdes, & cibrata in mortario diutissime conteres, & ex aceto optimo de hoc puluere collyria formabis, cumq; opus fuerit, in cote ex aceto terces, & spissum parti frontis & temporum quæ dolebit ante diligenter detersæ frequentet induces. Grana hederæ & serpyllum pari pondere teres ex aceto, & inde totum uerticem perfricabis. Baccas lauri ex aceto tritas adiecto oleo fronti impones aduersum heterocranij molestias. Peucedanus herba trita & ex aceto & oleo fronti inlita heterocraniam statim sedat. Herba uel hedera in capite statuæ cuiuslibet nasci solet, ea si in pāno rufo acia rufa, uel lino rufo ligata, capiti uel temporibus alligetur, mirum remedium hemicraniae, uel heterocraniae præstabit. Nouem grana piperis in uino optimo teres, atq; ex eo frontem & tempora inlines in ea parte capitū quæ de hemicrania dolebit. Succū de allio in eam aurē ex cuius parte dolor hemicranij fuerit infundes.

AD. VERTIGINEM CAPITIS.

CAPUT III.



D uertiginem capitū quam Græci scotoma uocant: peucedani *Vertigo* ✕ ii. castorei ✕ i. spondilij ✕ i. baccarum lauti purgatarum ✕ i. terentur hæc omnia diligenter; & ex his componetur medicamentum, quod cum opus erit admiscebitur ei rosæ & aceti quod satis sit: est enim hoc mirabile medicamentum. Cerebri dolores ex quibus etiam subitæ uertigines oriuntur discuties si planta ulmea caput circumligaueris, atq; coronatus ita triduo dormieris: expertum est. Veteres dolores capitū & uertigines cito emendabis, si betæ nigrae succo tempora perlitas: idem præstat intibi succus si cū rosaceo oleo & aceto mixtus caput inlinatur. Ad uertiginem abolendam efficacissimum est, si abrotonum tritum in uini potionē tepidum bibatur, uel cum oximelle nō acri accipiatur. Quibus uertigines fiunt, aut quibus mens perturbatione capitū alienatur, cochlearē singulæ contritæ maiores cum suis testis ex calida passi uel defruti potionē datæ diebus plurimis, prostrant si post triduum continuum interpositum, iterum plurimis diebus accipientur. Qui unam coeleam maiorem *Cochlearē remedium* d 2 semi,

semicoctā comederit die primo, sequēti duas, tertio tres, quarto duas, quinto unam, remedium experietur non solum ad uertiginē, sed etiam ad suspīria & uomitus prodest. Vertiginem capitis abolet uetonicæ fasciculus cū aqua nitida ad tertias excoctus, aut apij uiridis fasciculus cum ture similiter decoctus & ex multa aqua tepida potatus. Hyoscyami ramuscum in aquæ sextarijs tribus usq; ad tertias decoques, & dabis per triduum potui quartarios singulos, aut etiam minus pro habitudine, uel ætate, uel sexu.

Trifolium nigrum sumarum Trifolium herbam, quæ gallice dicitur uisumarus, aqua frigida macerato, & eam aquam diebus decem bibito, sed ut herbam cotidie mutes. Misyliza una cum aceto acri contrita & fronti inlita, mirabiliter uertiginem sedat.

PITYRIASI, ET PORRIGINI, AC PRVRIGINI, ATQVE
ulceribus, & lēndibus, & pedunculis capitis. CAP. III.

Pityriasis



PITYRIASI & porriginēs capitis quæ plerūq; in perniciem se conuertunt nisi occurratur, perungi oportet assidue bulbis tritis, sulfure uiuo, & uino bono in unum permixtis. Item prodest cedria tantum ungere caput, uel allio trito et aceto & nitro. Farina feniculi ex uino capiti inducta porriginē expurgat, furfures quoq; idem præstant, si caput inde assidue in balneo luatur. Oesypum ex oleo tritum & instillatum capiti, pityriasi medetur. Ex uino & oleo & cedarīa pruritum scabiemq; capitis tolli manifestum est, si ungatur assidue. Pruriginēs capitis discutit fel ouillum inlītum cum creta cimolia, donec arescat, mirum est. Nitrum alumini admixtum pruriginēs capitis tollit, si inde frequenter fricitur & lauetur. Ulcera in capite tāquam proprius morbus præcipue infantibus nascuntur, sed & uiros & mulieres grauiter molestant, hæc ergo felle taurino cum aceto tepefacto inlita, efficaci remedio sanantur. Seuū uituli cum sale subactū utilissime adhibetur pityriasi. Testarum muricū uel purpuratū exustarū cinerē ex melle ulceribus capitis imponi oportet. Allium cum sua ueste cōburitur cīnisc̄ eius ex oleo capiti ulceroſo imponitur. Oleum amygdalinū cū uino optimo permixtū expurgat capitis uitia. Folia rubi in quo mora nascuntur, arida contrita capiti insperguntur & desuper lana succida & charta superponitur. Malua erratica cum urina humana, id est puerili trita & inposita, ualde siccata capitis humores. Omnia autem capitis ulcera cum purgata sunt iucundissime ad cicatricem perducuntur sic. spuma argēti tunsæ selibra, & cærē libra, cerussæ libra, olei rosacei libra, cum liquefacta & mixta & trita fuerint, hæc refrigeratur & adiūcuntur his ouorum incoctorum quatuor lutea, id est uitella, & simul pistillo in mortario permiscentur, atq; inde inducitur caput, mirum remedium experieris. Nasturciū semen mixtū adipi anserinē tritumq; furfures capitis assidua lauatione depellit. Betæ uiridis contusæ expressæq; succo porriginosum caput frequēter in balneo lotum omni tabe purgatur.

Semine

Semine salicis contrito caput lautum furfures cito deſicit. Ovo galli/
naceo caput inlinito, postea aqua uel succo herbæ cyclaminis, quæ orbicu/
laris dicitur, caput lauato, hoc pacto lendes necati ultra non renascuntur. *Cyclamen est
orbicularis
Lendes*

Puerile lotium nitro admixtum ulcera quæ erumpunt lauto capite mire
deliniunt expertum remedium. Cornu ceruinum in scobem limatum, &
cum uino potum lendes enecat, renascit̄ nō patitur. Stercus scrofinum
uino inmixtum cum rosa liquida id est rosæ succo, lendes pedunculosq; di-
scruciat. Felle uituli caput perunctum lendes exterminat. Axun-
gię ueteris semūcia, seuī caprini semuncia, resinæ perlucide semuncia, alum-
inis infectorij semuncia. alumen teres in mortario, cætera igni resolues & co-
fundes: ac sic leni uapore deficere uel excoqui facies, ut ex omni confectione
uncia medicaminis restet. tum caput lautum diligēter, atq; siccatum hoc
medicamine perunges, porriginemq; discutes. Scobem citream ex aqua
defeuere facies nitrumq; asperges, atq; inde caput porriginosum oportet
lauare. Fimo bubulo usto succum betæ admisceri, atq; inde caput porri-
ginosum lauari oportet. Porriginem potentissime hac potionē purgabis:
rosmarinum teres, succumq; eius uino uel aqua scripulis tribus dabis potui,
sed qui sumit supra limen adſistat idq; triduo faciat. Fraxineo cinere lixi
uiam maturam nimis facies, eaq; caput lauabis in balneo: quod cum sicca,
ueris, saponem & argenti ſputnam conteres, eoq; caput perfricabis porrigi-
nemq; exterminabis, si capiti lauto atq; siccato hoc medicamen addideris.
Cretæ citmolice p. i. nitri alexandrini p. i. sulphuris uiui p. i. hæc omnia tun-
duntur atq; cribrantur, & capiti porriginoso imponuntur. Mali punici co-
rium ex aceto coquitor, & succus eius capiti porriginoso imponitur, & fre-
quenter abluitur, ita ut & ipsum pomum excoctum teratur & sic exprima-
tur. Anethi surculi uruntur, eiusq; pulueris cribrati — i. cicharbae — iii. *Cicharba*
remittes in olei 8. i. & adjicies gallæ tunſæ semunciam, inlinesq; eo porrigi-
nosum & ulcerosum capite, contra pilum, & postea lauabis in balneo.
Compositio optima & experta ad uitia capitis omnia suprascripta: pumi-
cis unciam, castorei — v. ſpumæ argenti uncias vi. cyperi — iii. myrræ —
iii. myrobalani — iiiii. sulphuris uiui — i. omnia tundes & cribrabis & per-
mixtis pro aphronitro in balneo uteris. Adipis ueteris fuillæ p. i. & picis
cedriæ p. i. igne diſſolues. tum Staphidos agriæ tunſæ unciam miſcebis: &
& ante horam quam ad balneum uadas ita caput uitris supra scriptis labo-
rantem contra pilum fricabis, ut inſideat medicamen. quod non ante dilues
quam ad ſolium uenias. Si autem medicamini huic adieceris ladani ſcripu-
lum, capillum nutries pulchriorem. Furfures capitis extenuabuntur si
ſtercore murino liquefacto in aceto caput in balneo perfricueris. Lo-
tio taurino caput si laueris, porriginem uetustissimam tollit. Vetustam
porriginem mire adimes, si herbæ cyclaminis, id est orbicularis succo sul-
phuris aliquantum miſcueris, & fel ſcrofinum, atq; inde caput in balneo
d ; bene

bene perfricabis. Ulcera capitum subito nata sanantur si asini steroris succo, & scillæ contritæ quantum satis videbitur, & bubulæ adipis tantum dem miscueris, atque ad capitum ulcera ueluti ceroto usus fueris. Fel taurinum mixtum cum nitro & uino & oleo quod satis sit, ulcera capitum uel seruentem scabiem sanat.

Vermes arborei in capite sanant uermes qui in arbore caua uel putrida nascuntur triti & in panno impositi. Idem uermes combusti, & cum anetho sicco pari pondere triti & impositi sanant etiam carcinomata.

Cacoethes contrita & cum butyro ouillo & melle imposta, Cacoethes maligna emendat eadem ratione curantur & tubera, sed hoc uitio emplastri panno inlini

Vermes ulcerum debet. Vermes ulceribus capitum uel quibuscumque innati, ranarum feluum tolluntur. ea uero quæ intrinsecus serpunt, salramento ueteri tunso in uitio emplastri imposito sanantur.

Ulcera fauorum sanat ulcerum quæ capiti in modum faui concrescunt. Semen rafani modo tritum & ex aqua adpositum, fistit omnia ulcerum.

Potrum capitatum contritum & ex melle impositum uniuersa ulcerum optime purgat.

Alium contritum cum sulphure & resina, ulcerum & fistularum quælibet uitia extrahit.

Vetera ulcerum etiam carcinosa foueri debent aqua calida in qua excocta sint holera diuersa. deinde ipsa holera trita si imponantur ualde profundit. Farina lini seminis, uel farina erui, uel lenticulae, decocta & ex melle adposita, suppurationes & pustulas ulcerum sanat. etiam genitalibus laborantibus bene adiiciatur.

Cinis uitium cum axungia ueteri impositus pustulas omnes in qualibet parte corporis curat & sanat.

Folia oliuæ commanducata & imposta ulceribus manantibus mendentur.

Oleastri cauliculi teneri decocti, & cum melle impositi, carnes supra oscula in vulneribus quælibet prohibent excrescere.

Herba chelidonia cōtrita & cum axungia ueteri subacta & imposta ulcerum uetusta & putrida purgat & sanat.

Nuces iuglandes peruerteres contritæ, uel quod melius est commanducatae & impositæ, singulare remedium ulceribus presentant.

Glandes de robore tritæ cum axungia & impositæ duritias, quas

Duritiae cacoethes Cacoethes medici uocant, emendant & reprimunt.

Pix brutia cum melle trita & imposta omnia purgat & sanat. eadem pix ex uua passa purgata & cum axungia ueteri imposta, ulceribus medetur.

Aqua in qua lentiscum decoxeris, ulcerum quæ serpunt utiliter fouebis.

Hedera ex uino decocta ulceribus quibuscumque imponitur prodest.

Cinis ex osibus agnorum recte adhibetur ulceribus quæ non trahunt cicatricem.

Pulmo arietinus calidus adpositus carnes excrescentes in vulneribus ex

Ulcera serpentaria æquat & reprimit.

Vim serpentium ulcerum coerget calx uiva ex aceto & oleo rosaceo temperata atque inlita: rosaceo autem & ceras permixta

Carcinomata mox perducit ad cicatricem.

Carcinomata curantur coagulo leporis cum pari pondere capparis, quod utrumque uino aspersum una teritur & sic adponitur

natur. Carcinomatis quæ serpunt circa ulceræ, fel ursinum uel ciniis de astri angula exusta per pinnulam bene adponitur. Ulceræ quæ sordidata sunt, simi uitulini cinere & muliebri lacte purgantur. Vetustis ulceribus uettonica cum sale contrita & adposita medetur. Idem prestat farina lupini incocti, & sine cortice inspersa cum uino. Ad porrigines detergendas rutæ fasciculum & sulphur uitium cum uino ueteræ simul decoque, & caput ex eo in balneo laua: ante tamen aqua tepida sicut est consuetudinis, elue.

Ad papulas in capite effervescentes, uel quilibet parte corporis, etiam ad ignem sacrum benefacit hoc medicamentum: rutæ uiridis p. ii. spuma argenti p. i. aceti. 8 i. olei uiridis 8 i. cum aceti parte spuma & ruta teruntur, donec leuia fiant, postea quod super est aceti, uicissim cum oleo adjiciatur, uel superfunditur medicamini dum teritur, & cum bene tritum & permixtum fuerit, tum imponitur locis necessarijs. Ad pedunculos necando^{Peduncule} s hoc medicamite uteris. oleum cum puluere citieris cuiuslibet de foco, sed bene crcti, pariter miscebis: & ita teres ut sit ad spissitudinem mellis, atq; inde cum opus fuerit, caput unge. Ad pedunculos in omni parte corporis necandos efficax hoc remediu est: ellebori radicis uncia, staphidos agrie uncia, simul trita adiecto q; oleo totum corpus perunctum, etiam in tunicis necabuntur. Nitri alexandrini, & staphidos agrie, æquale podus, aphronitri quoq; aliquam portionem, & sulphuris uiui particulam simul terito, ac decimo die in balneo corpus fricato, omnes pedunculos necabis. Serum id est aqua lactis quæ remanet facto caseo, si quis adiecto acero in potionem aliquotiens sumpererit, ita liberatur à pedunculis, ut penitus extirpetur, nec postea in eo renascantur. Ceruini cornus scobes limatae, & ex uino potu datæ, pedunculos in capite lende s; nasci non sinunt.

AD CAPITIS REVMATA, ET PURGATIONEM, ET AD PERTUITÆ, & PHLEGMATIS DEDUCTIONEM, & RESTRICTIONEM CATARRI.

CAPUT V.

Ad reuma quod de capite descendit medicamentum facies tale. nitri — vi. pyretri — is. capparis — ii. struthij — ii. hæc omnia tunsa & in puluerem tenuissimum redacta permisce, atque in balneo feruenti ita utere, ut tertiam partem pulueris de superscripta mensura specierum mittas in caput, & perfices diu ac diligenter, ut per sudorem digeras: postea aqua tepida laues caput, & in frigidam mergas, & trasso sabano diligenter siccabis. Ad reumata capititis talpā in uaso fictili clauso ita in furno torreto, ut tenuissimum puluerem ex ea facias, cui addes *sabanum panus crassus* puluerem piperis albi ex granis decem & octo, & cocleare unū de succo ocimi, de quo medicamine dabis cui medendū erit, in potionē uini ueteris calida cocleare unum: ita ut in balneo in quo nunquam lauit nec laurus sit,

d 4 in folio

in solio remedium accipiat: & interposito bido, alternis iterum accipiat: sed cui remedio opus est, xix. ferme diebus porcina, liquamine, & holeribus abstineat. Ad idem trochiscus: croci drachmas duas. myrræ — ii. calchanti — ii. cymini — ii. opij drachmas ii. turis — i. Crocomagmatis drachmas ii. aluminis scissi — i. haec omnia contrita austerrissimo uino permiscebis, ut sint ad crassitudinem mellis, & inde frontem densissime superlines usque ad capillos, intermissa semita super nasum: præcluso enim itinere quod ad oculos humori patere consueuerat, uiam facies qua de cerebro per nares fluxus omnis emanat, & hinc perpetuus decursus fiet: quo humores oculorum ab omni inundatione siccentur. hac curatione in perpetuum lippitudo remouebitur, sed his quos nimium reuma humoris urget, ex aceto acri trochiscus supra scriptus imponatur. Ad distillationes perfictionesque & grauedines, cyclaminis herbæ quæ latine orbicularis dicitur radicem supra carbones cultello radito, fumumq; eius ramenti naribus trahito. Hyoscyami drachmas duas, apij feminis bene purgati drachmas quatuor, anethi bene purgati drachmam unam, opij pondus uictoriati argentei unius, haec omnia trita & cibrata permisceto, & ex aqua pastillos temperato, atque ex his singulos in aquæ calidæ cyathis duobus, cum dormitum ibit cui medendum erit, potui dato, eiusdem herbæ radices si decoquantur, succusq; earum ad crassitudinem mellis missus in aquam naribus trahatur, omnem à capite pituitam detrahit mire.

*Victoriatus
argenteus*

Creta cimolia ex aceto trita, & quam densissime fronti imposita pituitam sistit. Mastichen cum pipere qui diu commanduauerit, calefacto cerebro humorum pituitæ naribus effundit. Ad catarrum siue distillationem humoris ex capite, turis 3. unum, piperis 3. unum, conteres diligenter & uini nouelli quod sufficiat admiscebis, & naribus tepidum infundes, uel gargarizabis, sed utilius est naribus infundi. Ad caput leuiter purgandum, sinapi tritum ante diem in aceto infunde ad heminæ mensuram, & ex eo intra os tene, & gargariza in sole calido ieiunus, & aperto ore postmodum sede ut humor decurrat. Staphidem agriam sumito, & pro modo sinapis granum, & uuam passam commisce cum betæ seminæ, & ex eo facito pastillos, quibus si opus fuerit adjicies acetum, & eos ieiunus in sole aut in balineo commanduca, & apertum os tene, ut humor defluat. Ad caput purgandum quod fuerit humorosum, staphidos agriæ 3. iii. pyretrei 3. ii. hyslopi 3. iii. pariter haec pro modo assidue in ore missa communies & masticabis, incuruato capite ut humor ex masticatione defluat, quod facito aut ad solem, aut in loco tepido. Ad pituitam ex ore euocandam. aeris floris scripulus unus, & de succo hederæ idem pondus in unum mixtum, & naribus infusum, euocant pituitam, & defluere compellunt. Radix pyretrei in sole commanducata pituitam & humorum capitum patesfacto ore depromit. Bete radicibus tunis,

recte

recte succus eius naribus dicitur ad humorem capitis extraheendum. Melis & sinapis triti æqualiter mixtae partes tepefiunt & humor multus è capite post longam gargarizationem deducitur. Ad catarrum restringendū mittes in ollam rudē pro modo olla heminam rosæ siccæ, & tres heminas aquæ mulsæ, & heminam sapæ, inhibe nucem pineam, haec coques ad tertias et tepidum gargarizas. Romicis acumina tenera colliges, siue rubi, & herbam quam alij burdunculum uocant, alij linguam bouis: addes etiā rosæ heminam, haec omnia in ollam mittes, præterea addes furfuricas in linteo ligatas, ad hoc ut amaritudinem herbæ deliniant, & sic furfuriculæ ipsæ in facello combulliant: haec omnia ad tertias decoques & tepidum gargarizabis. Experimentatum remedium aduersum ingruentem catarrum, ut cœna te abstineas, & ab holere, & à rebus salcis & liquaminosis. Nam indigestione cibi, & uitio cruditatis nascitur catarrus, abstinentia sanè ante omnia pinguibus cibis. Sed si de perfriktione fuerit catarrus: caldamentis inhibitis illico sopietur: quod si de cruditate, placabitur illa re sola ut nō cœnatur, donec penitus fluxus eius arescat. cum substrictus fuerit, ad consuetudinem cœnandi reuerteris. Ad catarrum restringendū sapæ heminas tres, & satureiae fasciculum, & hysopi aliquantum seruere simul facies, quo usq; inde sextarius fiat, & sic gargarizabitur ter in die in loco tepido, aut ad sole, atq; hoc tadiu facies, donec inhibeat omnis catarrus: atq; illis diebus quibus gargarizas abstinebis liquamine, & holere, & salcis ac pinguibus cibis. Ad catarrum restringendum quinq; partes uini, & sextam mellis miscebis, ac tepefacies & sic gargarizabis.

*Burdunculus
est lingua bo-
uis*

A L O P E C I I S, E T T I N E I S, E T C A P I L L O F L V E N T I atq; infirmo.

C A P V T VI.



E R B A quæ dicitur trichomanes, uel adianton, eadem & callitrichos appellatur. contusa & cum oleo inlita uel incocta alopecias facile curat. Cepe longum quod ceputius nominatur super alopecias terito frequenter, quo facto capillos maturius excitas. Nucis escariae, id est iuglandis testa contusa, uel combusta, & minutatim trita atq; adiecto oleo imposita infantū alopecijs, capilli nascuntur. Infantum alopeciarum uitia anserinæ adipis perfriktione supplentur.

Nuxescaria

Gallinaceorum sterlus cum oleo utroq; permixtum alopecijs utile est. Adeps ursina cum fungis qui in lichno lucernæ concrescent subacta, & alopecijs perunctione imposita, pristino decori caput reuocato crine restituit. Sterlus murinum cum aceto tritū ad alopecias unctas forma priore mirabiliter crines commodat. Lac caprinū incoctum sed nō adulteratum aut uitiatum recte alopecijs infriicutur: mirum est. Vitiū capitū in quo sunt alopecię, prius raditur. post illic cepa accrima perfriicitur, deinde hordeū cōbusstū et in puluerē redactū cū ursinā adipe permixtū superponitur.

*Fungi lucer-
narum*

ponitur. Herba cardui agrestis in mortario usq; ad levitatem terito, succo q; ei us expresso locu alopecie ix. dieb. oblinito: sed bis per dies singulos peructi one renouata. Cum sinape nasturtium tritum alopecijs inlinitu efficaciter prodest. Cydonia mala discocta cu uino, debinc trita cerae q; liquefacta addita, & capiti imposta, capillu nutrita. Opopalsamo opere pretium est alopecias ungere, ut cito capilli nascatur. Nitri cubri e viii. pumicis e ii. salis ammoniaci e viii. teres diligenter et postea miscetis: prius q; caput alcyonio & nitro mixto perfricabis, mox medicamē impones, quo facto capilli nascuntur. Magnā fceditatē capiti adferūt alopecie quæ sic emendātur. ex pelle uiperarū cinerē facies atq; assidue illic asperges: emendabis sine mora uitiūm.

Fermētum sulphuris

Fermentū sulphuris cōbusti, quod à fullone factū fuerit, cu oleo rosa ceo miscetis, & de pinnula capiti inlines. Roboris pilulae quæ gallas similant, cu adipe ursina trite emendant alopecias. Glandis quoq; fagine exustæ cinis cu melle alopecijs inlitus prodest. Cupressi pilularū exustarū puluis tritus unguilarū muli uel mulæ exustarū cinis, et oleū myrtinū, cinis quoq; uel simus muriū tritus, & cinis exusti erinacei recētis uel simus erinacei recēs, & sandaracha: hęc omnia cu aceto, & cu pice liquida mixta & imposta, etiā fluentes capillos cōtinent. Leporinæ lanæ exustæ cinis cu oleo myrtino & felle taurino, & alumine trito miscetur, tepefactūq; medicamen inlitus ad modū prodest. Muscarum capita cōbusta & cu melle trita, capitiq; inlita, spire alopecias tollunt. Simum columbinū si quis cu aceto tritum capiti imponat, alopecias & cicatrices omnes sanabit. Capilli & barbe nascētur etiā glabro, si lichenē asini, id est collectionē durā quæ est circa crura eius, cōbus ras & teras, & puluerē illum ex oleo ueterē imponas. hoc ita ualidū est, ut si mulieri inde maxilla unixeris, barbas ei nasci scias. Erinacei caput & pellicula cōbusta, cinisq; ei adiecto melle inlitus alopecijs cito prodest. caput autē eius per se combustum, & adiecta ipsius adipe cinis ille alopecijs inlitus, etiā cicatricolis facit pilos renasci. quod si totum ipsum quis exurat, & puluerem eius bene tritum cum adipe ursina caluo ad integrum capiti imponat, decorem pristinum restituet capillorum. Ad tineam curandam, sulphuris uitii — ii. salis fossicij — i. tunsa & cibrata hęc, raso capiti & loto in balneo confricabis, ita ut prius de oleo locus capitū tineosus perungatur, & sic puluis iste aspergatur, & diu fricitur quoq; liquefiat sudore capitis. hoc modo intra sex dies curabitur tinea, facit hoc medicamen & ad seabiosos, prodest & his quibus pustulae nascuntur in facie tanquam elefantiacæ rubentes.

Lichen asini

Ad capillos qui post infirmitatē decidunt confirmandos cedria & oleo paripondere mixto assidue eos unge & leuiter pectina, laudabis effectum. Ad capillos decidentes cōfirmandos adipem ursinā cum ladano miscetis, & caput perunges, uel loca defluentium capillorum: aut ladani uncia una

Tinea capitū
Oeneleum

& oenelei uncis duabus, tritis & permixtis caput perunges. Ad fluentes capillos, scobē de cornu ceruino permisce cum semine myrti nigrae, adiecto butyro

butyro oleoꝝ, & capiti raso densissime obline, etiam ex infirmitate fluentes capillos efficaciter continebis. Sandaracha cum aceto incocta & emplasti more imposita, fluentem capillum ualidissime solidat. Si quis maleficijs capillos perdiderit, hac eos ad pristinam formam ratione reparabit: si lacertum salsum martensem cum suo capite, & lanæ purpureæ optime in *Lacertus* conchylio tinctæ duas ligulas, & chartam cubitalis mensuræ separatim cō *martenſis* burat: cinerem cō permisceat conterat cō cum oleo cedrino paulatim adiecto, ut crassitudinē uelut glutinis faciat: eoꝝ medicamine glabrum locum perfricet, ita ut prius diu linteo asperiore detergeat. Aphronitri floris pilulas **xxx.** nucē pineam de qua propter uetusatem nuclei deciderint tunsam, saponis gallici selibram, uini aminei cyathos tres, simul permiscebis & conteres, & caput glabrum inlines, hoc medicamine etiam crispī capilli nascentur. Malua cum sua radice uehementer coquitur, ex cuius aqua capsillus cui curatione opus est, in balneo assidue lauatur. Olei cicini — **iiii.** ladani — **iii.** ladano trito paulatim admiscebis oleum, et cum mellis crassitudinem feceris, radices capillorum assidue inlines.

C A P I L L O N I G R A N D O, ET **I N C R I S P A N D O,** H I S A Diecta sunt quæ phlegma, & perfrictiones capitis deducunt. CAP. VII.



R I S P A N D O capillo cōpositionem huiusmodi facies: aphronitri floris tortulas numero **xx.** nucem pineam de qua propter uetusatem nuclei delapsi sint, tunsam & in puluerem redactam, saponis gallici — **iii.** & aminei uini cyathos **iii.** atq; inde caput inlines & in balneo lauabis: sphondilio quoꝝ caput perungatur, sed prius radatur. Cornū arietis uratur: cinis cō eius cū oleo conteratur, atq; inde dera sum caput frequenter ungatur. Capillis nigrandis infectio optima: hirundinum stercus quantum sufficiat cum aceti sextario, mitte in uas fictile, atq; in fimo caballino per dies **xxv.** suffossum habeto, ac sic macerato, atq; hoc medicamento rasum caput inlinito in umbra per peniculum pictoris: sed seu ceruino faciem prius perunge, ne quid inde destillet, & maculet, & dum siccatur infectio, oleum intra os teneto, ne & dentes inficiantur: ac postquam imposueris medicamen quarto die caput lauato.

Medium lapidem conterito eiꝝ admisceto nardi puri quantum satis videbitur, quo medicamine si frequenter caput ungas prohibebis canos nasci, & in locum canorum nigri emicabunt capilli. Experieris uerum remedium si agnum candidissimi capit is decoixeris: atq; inde caput eius quē canum esse nolis ungi præceperis. Hoc facito ne capilli catiescant, radicem unam caulis quanto ampliore & uetus iorem in furno siccabis, eam cō minutissime cōcides, & in ollam rudem mittes, & aqua fontana recenti implebis, & ad medium decoques operta olla, tū in balneo caput sapone optime lauabis. Cū cō satis mundū effeceris, etiā ea aqua quā paraueris de radice caulis, caput ita confris.

confribabis tanquam solū ex ea laues, mox capillum lincteo inuolues, nec ul-
la supra aqua uteris & ita siccabis, hoc purus ages puris etiā ministris usus.

Ouum corui Ad nigrandum capillū egregie facit, si oui coruini quae sunt interiora impari
numero in uas æreum mittas, atq; illic diu coagites, & raso capite in umbra
per peniculū pictoris imponas: sed donec siccetur infectio, & oleū in ore te-
neri oportet, & seu ceruino faciem perungi, ne distillantibus guttis macule-
tur. tanta enim solet esse uis eius, ut etiam dētes dum siccatur inficiat. quarto
autem die caput lauari oportet post medicamen impositum. Vermium
terrenorum cinis, oleo adiectus quo uti fœminæ in pectedo solent, capillos
prohibet senectute mutari. Folia cupressi trita & ex aceto capiti inlita & in-
ficiunt canos & in eorum locum nigros educunt capillos. Nuces iuglandes
adhuc uirides & teneras, & totidem glandes uelles ex arbore adhuc uirides,
& ne cum maturitate solidatas, atq; in pila cōtusas exprimes, earumq; suc-
co, ad inficiendos canos dum caput pectis, pectinem tinges. Sanguisuga-
rum sextarius duobus sextarijs nigri uini miscetur & xl. diebus in uasco
plumbico diligenter clauso maceratur, postmodum cum ipso uino cōterun-
tur hirudines, & in sole calido, capiti derafo, ad permundandos capillos, earū
succus imponitur, oleo ne dentes inficiantur, donec siccetur medicamen, in
ore detento. Erui siliquæ priusquam arescant cum folijs & caule suo con-
teruntur, & raso capiti ut capilli nigrescant protinus inlinūtur. Herba que

Chamaeacte est ebulus græce chamaeacte, latine ebulus, gallice odocos dicitur, exprimitur etiam cū
suis granis, eiusq; succo cotidie inlito pectine, crines qui inficiendi sunt per-
ducuntur. Pomorum de moro maturrimorum — iii. acaciæ p. i. caricas,
numero vii. quanto nigriores, pariter macerabis cælesti aqua in uasco
æreo clauso, atq; inde capillos semper inlines & fricabis: sed quæ superfue-
rint in eodem uasco permaneant, diuturnitate enim efficaciora sunt. Cō-
positio efficax ad capillos inficiendos & confirmandos & specie augēdos:
fœnogreci sextarium, lini seminis tantudem, calami aromatici p. i. schœni
p. i. cassiae p. i. gallæ trichidos p. i. ladani — iii. Rhois coriarij p. i. aquæ flu-
uialis s. xix. omnia hæc in unum uas mittes & diebus xl. sub diu pos-
sum iubebis cotidie per puerum uirginem commoueri. Ita ut si quādo puer
ipse defuerit signetur, neq; à quoquam nisi à puero alio uirgine cōtingatur:
postea recondes diligenter & sub signaculo habeto, & cotidie aqua eadem
caput inrora, & pectine inde madefacto caput pecte. Ad phlegmata de
capite & aqualiculo deducenda: scilla libram unam in aquæ s. ii. infusam
coques ad tertias, postea acetij optimi sextarium adiicies, & tamdiu iterum
simul omnia excoques quamdiu ad sextariū perducas, tum colabis & adi-
cies mellis optimi p. ii. Iterumq; omnia simul tam diu coques quamdiu ad
mellis crassitudinem ueniāt. Compositio pulueris ad reuma totius cor-
poris, sed maxime ad capitis, nec non & ad perfrictiones & constrictiones
cerebri resoluendas: euforbij — ii. piperis — iii. bacarū lauri siccariū — iii.
samsuci

sansuci — II. centaureæ — III. aristolochiæ longæ — IIII. iris illyricæ — III. myrræ — IIII. bdellæ — III. cicidos — III. styptericæ schistes — IIII. nitri a/
 lexandrini combusti & uino ueteri extincti — III. salis ammoniaci — IIII. cidos & sty/
 hæc omnia contundenda, deinde cibranda & permixta in uasculo uitreo
 habenda, cum necesse erit cōspergendus in balineo capiti hic puluis uel mē
 bris dum adhuc sicca sunt, id est anteç̄ sudēt, & perficanda diutissime po/
 stea quām puluerem consperferis. dehinc lauandum caput in calore frigi/
 da aqua, & obseruandum ne in calidam caput mergas. in frigidam sanè
 quotiens uolueris merge, & postea sabano diligenter exsicca.

CONFECTIO SIVE DISPOSITIO EMPLASTRI

cui uocabulum est Dictamnos.

Dictamni part. XXV. chamæmeli part. XIII. sphagni part. IX.
 cyperi part. VII. polij part. XII. lapidis gagatæ part. VII. ceræ ru/
 fæ part. XII. resinæ terebinthinæ part. XIII. ammoniacæ guttæ part.
 XXXV. propolcos part. XII. psimmythij part. XII. chalcanthi part. XXIII.
 galbani part. XXV. chamæpityos part. VIII. trifoliij part. III. pen/
 tafoliij part. III. aristolochiæ grossæ part. XXXV. centaureæ aut gen/
 tianæ part. XII. lithargyrij part. CL. resinæ colophoniæ part. L.
 terræ ampelitidos part. XXII. picis brutiæ uel siccæ si terra ampelitis non
 fuerit part. XII. lepidos chalci, id est, squamæ ferri part. XVIII. diphrygis
 part. VIII. aloes part. XVI. libani cādidissimi part. XII. opopanacis part. VII.
 chamædryos part. XII. mattubij part. XII. artemisiæ part. III. iris illyricæ
 part. VII. libanitidos part. VI. olei ueteris part. XLVIII. resinæ pityinæ part.
 XXII. chalcu cecaumenu part. XVIII. milti part. XII. chalcitidos part. X.
 myrræ part. VII. æruginis part. I.

Oleum uetus quantum mittendum fuerit pro modo specierum supra
 scriptarum mittes in ollam nouam, & calefacies leni flamma uel potius
 igne: tunc mittes sed paulatim de manu inspergens lithargyrum bene tri/
 tum & adsidue spathomela agitabis, quo usq; oleum ita iniciatur ut colorē spathomela
 lithargyri trahat, & aliquantulū spissescat: postea aut picem brutiam tritā
 mittes, aut quod melius est, terram ampelitidem similiter tritam: pro qua
 diximus picem brutiam mitti debere, quia terra ampelitis uera difficile in/
 uenitur: his additis, cum coepert medicamen bene permixtum esse, ceram
 rufam pro modo ut supra scriptum est, postea resinam pityinam remis/
 sam adiicies, nec non & resinam colophoniam: post hæc mittes ammoniæ
 cum thymiam, id est, guttam bene tritam & cribellatam: post addes lepi/
 dos chalcu, nec non & chalcu cecaumenu, deinde addes milton, deinde di/
 phryges, deinde chalcitum, postea chalcanthū & psimmythium: post hæc
 addes libanon leucon, id est thus album & myrram & aloen. super his o/
 mnibus addes resinam terebinthinam & galbanum, & lac uel humorem pa/
 nacis, id est, opopanacen. Sed omnes has species prædictas optime tritas
 e & cribel.

MARCELLI DE MEDICAMENTIS

& cribellatas mittere debebis ad mensuram uel partes supra scriptas, prout
 uolueris confidere medicaminis copiam. quæ cum omnia bene mixta fue-
 rint & bene agitata, ollam tolle de foco, et deinde calido adhuc medicaminis
 herbas supra scriptas bene tritas & cribellatas infundes. immo manu uel di-
 gitis moderantibus paulatim insperges, & adsidue spathomela commoue-
 bis & permiscebis. post hæc omnia mittes charmælum, & iterum igni nō
 nimio adposita olla lente & paulatim decoques medicamen, ita ut illud ma-
 nu non contingas, sed spathomela agites: confessio autem medicamine ute-
 ris sic. ad dolorem temporum uel hemicranij linteo spisso induces medica-
 mentum, & sic fronti uel temporibus adpones. Si uero humore capitis reu-
 matizantis oculi grauabuntur, per totam frontem emplastrum inductum
 linteo similiter impones. Si in naribus uel in auribus dolor aut uulnus fue-
 rit, siue carnulentæ erunt, aut humor inde manabit, oleo rosaceo solutū me-
 dicamē immittes. Si fauces angina uel glandulæ & parotides occupauerint,
 aut inguina paniculae tentauerint, in initio doloris medicamen linteo in-
 ductum, sed siccum adpones. facit & ad splenis dolorem aluta inductum et
 adpositum, nec non & laterum dolori prodest similiter impositum. Empy-
 cis uel hæmoptoicis, id est, qui sanguinem de uisceribus per os ejectant pro-
 derit, si thoraci inductum aluta imponatur. facit & ad thraumata, & ad ar-
 thritim pro malagmate adpositum: protrahit & sagittas & sudes, & si qua
 corpori inhæserint similiter adpositum. ad loca uero pudenda, id est, ad pe-
 niem siue ad podicem, cum aliquod illuc uulnus fuerit, solutum medicamen-
 tum cera et oleo myrtino adponitur. Si uero muliebribus causis fuerit nece-
 sarium, id est, si uulua dolorem uel carcinomata contraxerit, ponetur cum
 oleo susinato, ita ut emplastrum contra illum locum qui in causa est adpo-
 natur. ad carbūculos sanè & anthracas & escharas aliaq; reumatizantia, uel
 ad strumas & apostemata, medicamen solutum aliquantulum melle de-
 bebis adponere. cum autem purgatæ fuerint pustule uel collectiones & uul-
 nera, tum sine melle emplastrum cum puro medicamine adpones. facit &
 ad furunculos similiter siccum adpositum, & ad omnem pustulam & macu-
 lam curandam. Rumpit enim que concreta sunt, & purgat, & cicatricat.
 Cum autem uulnus est de quo immodicus sanguis erumpit, adpositū hoc
 medicamentum ilico & sanguinem sistit, & uulnus curat, & cutem constrin-
 git, & cicatricem tenuem facit. Resolutio autem uel compositio adponendi
 uulneribus medicaminis talis est. mittes huius medicaminis — III. & adjicies
 ceræ — i. olei ueteris — vi. his uero qui habent aut in capite aut in auribus,
 aut in naribus causas et uulnera, adponendum sic resolues medicamen sine
 cera, oleū sanè pro tempore id est, si aestas fuerit minus adjicies, si hyems am-
 plius infundes. facit & ad morsus serpentium & ferarū omniū, & ad morsus
 hominis, & canis rabidi. neruorū quoq; incisiones uel collisiones salubriter
 curat. quibus cum medendū fuerit addes oleū rosaceū cū modico aceto lanę
succidæ

succidæ infuso. Cum autem adposueris his causis hoc medicamentum, post triduum aut post dies quinq; ligaturâ quā feceris solues. si uero ictu aliquo caput fractum fuerit & testa conlisa, medicamen rosaceo oleo liquefacies, & sic ipsi fracturæ uel vulneribus infundes. infuso uero interius medicamine nihilominus desuper solū medicamen linteo inductū adpones, & supra ligabis lanam succidā oleo & aceto modico infectā. de ipso aut medicamine si succenderis in cubiculo, uel in domo, fugabis serpētes, & si qua illuc mala sunt foras ejicies. hoc ipso medicamine incenso suffita mulier facile purgabitur, etiam si pecus intra uterum habuerit immortuum: saluberrimum ^{Pecus utero immortuum} aut esse omnibus & uirilibus & fœmineis causis ne dubites, si primū diligenter ac sollicite conficias, deinde ut supra scriptum est, scienter utaris.

AD OMNES ET MVLTIPLICES OCULORVM DOLORES
collyria & remedia diuersa etiam physica de probabilibus experientiis.

CAPUT VIII.

Ad conturbationes & lippitudines subitas epiphorasq; oculorū scio multa collyria, tametsi tarde, magnos tamē effectus habere, sed nulli collyriorū tantum tribuo, quantum lycio indicō uel ^{Lyciu indicē} per se: hoc em̄ inter initia, si quis ut collyrio inungat, protinus & dolore præsenti, & futuro tumore liberabitur: superuacuū est aut nūc laudes eius referre, in alijs enim expertus, intelliges simplicis rei uix credendos effectus. oportet ergo ut minime quater quinquiesue ex interuallo lippiente inungi, deinde cū cōbiberint oculi, ad singulas inunctiones, ex aqua quam poterint sustinere calidissima sponḡs expressis uaporari diutius, eodemq; die in balneū duci eū qui inūctus fuerit: ita ut cū cetero corpore caput quo, q; & facie calidæ immergit, & foucat, uinumq; post balneū ita ut adsuetus est sumat. postero die si qua uestigia epiphora remanerint, inungi collyrio ^{Epiphora} aliquo acriore aquato sub uespere debet, & rursus in balneū duci, & uinum bibere. hoc modo uno serme die tolletur epiphora, præcipue incipiēs, neq; adhuc alio medicamento tacta. sed si ea uis fuerit epiphora, ut nō cōcedat uno die, exspectari oportebit donec impetus eius sedetur, & ita aget in balneū ducatur, cæteraq; fiant que præcepimus fieri. idem hoc medicamentū etiā supra oculos inlitū tardius quidē sed eosdē effectus prestat, maxime in teneris corporibus, ut mulierū & puerorū, quorū oculi nullius medicamēti uim sustinere possunt. triduo aut aut quadrū plerūq; tollit dolorē adiutū oui infusione, & aquę calidę uapore. Cōpositio collyriorū quā maxime probo ad recētes epiphoras uel cōturbationes oculorū tumoresq; & dolores. plātaginis tritę succi cyathos ii. teri oportebit cū croco quod sufficiat, id est × ii. deinde cætera que infra scripta sunt admisceri pridie macerata cum succo herbæ supra scriptæ, id est, aloes indicē × iiiii. gummis × iiiii. postea eiusdē plantaginis succi cyathos duos addi, ut cū spissata fuerit commixtio,

e 2 collyria

collyria fingantur. Vtrunq; aut genus medicamenti eximie prodesse iudico, proprietate quadā, sed præcipue quod nullā in se asperitudinē habet, ut pleraq; quibus ferè inungūtur homines, nam quæ ex cadmia, aut ære usto, eiusdēcī generis pigmentis cōponuntur, quāuis curiose terantur, naturā tamen suā amittere nō possunt. nunquā enim ut succus diluuntur, sed cum ad summā subtilitatē perducta sunt, tamen quasi puluerulenta necesse est inaneant, quæ oculorū partes uelut cōfigunt. certe exterius pungunt foramina prima, & tuniculae oculi ab initijs adhibita interdū molestiore futurā concitant epiphora. Quo nomine etiam quod dia glauciu dicitur probo iniij tīs: nāq; prodest hoc genere quod ex eadē materia cōstat, quæ nullā aspre tudinē habet, quandoquidē cōponitur ex croci ✕ v. sarcocollæ ✕ x. glaucij succi ✕ xx. tragacāthi ✕ v. & opij ✕ v. hoc em ego adiūcio, & ita melius respondet, sed opiu& in hoc, & in omni collyrio medicamento cōp, uerū adiūci oportet: quod ex lacte ipso papaveris siluatici capitum fit, non ex succo florū eius, ut institores huiusc rei cōpendij & lucrī causa faciunt. illud enim cum magno labore & exiguū conficitur, hoc sine molestia & abundanter te titur. ante omnia crocū aqua pluuiali infusum macerari debet, deinde adiūci

Opium uerum atur illi sarcocolla, glaucium, opiu, tragacāthū: prius enim omnia seorsum macerari oportet, non multa eius generis aqua, id est pluuiali, ut quām primum, id est, si fieri poterit, eodem die fingantur collyria, solet enim hoc diu neglectū mortario inacescere: his ferè utor prīmis diebus, collyrijs, non sine cæteris auxilijs prout res postulat, abstinentia dico, & sanguinis detractio, meliusq; ea cæteris proficere adfirmo. Cum uero pluribus quis diebus uexatus fuerit epiphora, & perseverantia humoris, atq; pituita ipso calore oculorum glutinosior uisa fuerit, quod ferè sexto septimōue die accidere solet: tunc proderunt & ea collyria quorū genus superius improbauiimus, cōposita ex rebus metallicis: facilius enim tum patientur oculi, si modo exulcerati nō fuerint, iniuriā: quorū præcipue hoc mihi placet, quod à colore phæon dicitur, accipit aut hæc, æris usti ✕ xii. cadmiaæ uistæ ✕ xii. stibij cocti ✕ vi. acaciæ chylismatis ✕ vi. croci ✕ iii. aloes ✕ iii. opij ✕ ii. castorei uictoriati pondus, myrræ, lycij, idem ponderis, gummis ✕ xviii. aqua pluuiali quæ sunt dura macerātur, & diu teruntur donec leuissima fiant, postea cætera alio mortario singula trita admiscentur. cum tollendū est, id est, cum sunt fingenda collyria, gummi adiūcitur. hoc quidā etiā in initijs utuntur cūoui aquato liquore per se. Nec non & hoc collyrio quidam in initijs utuntur quod à cinereo colore spodiacon appellatur. Componitur autē ex his, cadmiaæ botrytidos uistæ super testa donec candescat, & uino falerno extinctæ ✕ xl. cretæ samiæ quā astera uocant ✕ lxx. stibij cocti ✕ xx. opij ✕ v. gummis alexandrinæ ✕ xx. terunt hæc omnia pluuiali aqua macerata, ultimū gummī adiūcitur. ante sanè cætera ad leuitatē summā terantur, & ne prima tunicula oculi exesa alias exulcerata sit, ut purum ulcus sit, diluitur

oui

qui albo, quod est ferè tenuissimum. Collyrium psittacinū à colore ita di-
ctum, facit ad epiphoras quæ cum tenui & acrī lacrima existunt. item ad
ustiones & solutas cicatrices & uastū tumorē, quod quia loco interdū uide-
tur propellere oculū, proptosin uocant, cū qui albo, quod est tenuē imponi-
tur. sed præcipue facit cū quasi sanguine suffusū sunt oculi, & ob id nullum
nisi lenissimum collyriū patiuntur: recipit aut̄ hæc, croci × IIII. cadmiæ lotæ,
× IIII. stibij × IIII. opij × II. gummis × II. amyli recētis & dulcissimi × IIII.
eodē ordine quo scripta sunt, in mortario debent teri ex aqua pluuiāli, amy-
lum aut̄ cū iam fingeđum erit collyrium adjicetur. interdū aut̄ & hoc super
inungantur qui prius Athenippio curati sunt. his ferè collyrijs lenibus, o/
mnia quæ cū tumore & dolore fiunt circa oculos remediamus. Perunctio-
nes oculorū lippientium siue inunctiones quæ appellantur galactice huius
modi sunt. crocomagmatis × I. myrræ & croci × VII. aluminis fissi × VI.
turis × VI. gummis × V. rosæ floris × VI. uino chio non salso conspersa te-
runtur hæc omnia diligenter. deinde confecta in collyrijs aut pilulis reponū-
tur. Perunctio oculorū ad omnem epiphorā satis utilis. croci — I. myrræ
— I. crocomagmatis — I. æris floris — I. aluminis fissi — I. turis & ex uino te-
runtur hæc optime: his cosmus medicus solitus erat etiam mandra-
goræ succi — I. & lentisci succi — I. ac deinde permixtis omnibus formare
collyria uel pastillos, aut in uas stanneum recondere, & cum opus esset uti,
ad inungēdum uel superliniendum. Est huiusmodi medicamentū quod
perchristatione uocat græci, quod medicamentū satis efficax est, quo ita uti
oportet, ut palpebræ subtiliter inde superliniantur, ne quid intra oculū fluat.
recipit autem hæc, croci sicuti × III. magmatis croci × XII. turis × III. alumini-
nis rotundi × VI. opij × II. myrræ × II. gummis × III. ex uino falerno te-
runtur hæc uel asperguntur. & cum bene leuia facta sunt ad crassitudinē bo-
ni mellis spissantur, adjicetur postea passi cretici × I. & reponitur in pyxide
stannea. cū enim passum adiectū fuerit collyriū erit, nā ex ipso superlini de-
bet. Benefacit hoc medicamentū ad superliniendos oculos, quo Augustus
usus est. aluminis fissi × XL. turis × X. aloes × XV. croci × XV. opij × II.
gallæ × X. rosæ foliorum aridotū × X. plantaginis succi uel seminis × X.
ex uino falerno teruntur hæc uel asperguntur, & cū leuia facta sunt, ac mel-
lis spissitudinem habēt, adjicuntur his passi sextarius, uel quod sufficiat, &
reponitur in uaso stanneo uel argēteo. Collyrium nigrum ab Antigono
repertū, ad omnia intacta faciens, accipit cadmiæ × XXXV.s. stibis × XX
III. piperis × VIII. æruginis rasæ × VIII. gūmis × XXIII. teritur ex aqua
pluuiatica atq; conficitur. Cosmus adiecit huic collyrio centaureę tenuis suc-
ci × X. quod recte factū reor. Collyrium quod ad omnem epiphoram
& inquietationem & tumorem facit sedādum siue dolorē. accipit hæc, pom-
pholygis × V III. cicutæ succi aridi id est siccati × VI. opij × III. mandra-
goræ succi aridi × V. acaciæ × VI. gummis × V. teritur ex coriandri teneri

e , succo

succo. hoc collyrium prodest etiam extra oculos perunctum, id est circumlitum. Collyrium ab Asclepiade ad epiphoras speciatim repertum. cretæ samicæ denarios undecim, opij denarios decem, stibij denarios XL. gummis denarios uiginti, aloes denarios decem: teruntur hæc & conficiuntur ex aqua pluviiali.

Collyrium Compositum

Collyrium quod habuit Cosmus medicus inter arcana, mirificum ad omnia oculorum uitia. acaciæ ✕ XL. spumæ argenti tritæ bene & lotæ donec candissima & leuissima fiat ✕ XII. plumbi ustæ & loti ✕ XVI. stibij ✕ XI. cretæ samicæ denarios duodecim, cerussæ ✕ XVIII. cornuum ceruinorum ustorum & lotorum quod erit candidissimum ✕ VIII. squamæ æris denarios quatuor, opij ✕ IIII. æruginis rasæ denarios septem, cardamomi interiora ✕ duos, lapidis hæmatitæ ✕ quatuor, lapidis fissi ✕ quatuor, tamaricæ seminis ✕ IIII. croci ✕ IIII. turis denarios quatuor, myrræ ✕ quatuor, opobalsami ✕ quatuor, lycij ✕ quatuor, aloes ✕ quatuor, costi ✕ quatuor, piperis albi ✕ duos, cicutæ succi aridi ✕ VIII. ammoniaci guttarum ✕ VIII. bdellæ ✕ octo, saliuncæ purgatae ✕ sex, gummis ✕ XXV. teruntur hæc omnia diligenter ex uino chio non falso austero, uel ex uino falerno, ac deinde confessim collyria singuntur & in umbra siccantur, quod & de alijs omnibus collyrijs obseruari oportet.

Acharistion

Collyrium acharistum theodotium ab Antigono inuentum ad omnem epiphoram & omne uitium oculorum. accipit hæc, acaciæ ✕ XX. stibij ✕ X. croci ✕ I.S.A. loes ✕ duos, myrræ ✕ duos, cadmiæ ✕ octo, castorei uictoriati duas tertias partes, opij ✕ unum, lycij ✕ duos, etis usti ✕ octo, cerussæ ✕ quatuor, nar dispicæ ✕ unum, & tertias eius, gummis denarios uiginti, palmarum ossa, si ue nucleos ustos, denarios triginta. trita hæc ex aqua pluviatica conficiuntur.

Monemeron

Monemerum collyrium dicitur, quod dolores in impetu statim tollit, conficitur sic. lepidos unciam unam, æris usti semunciam, hæmatitæ — unam, myrræ unciam unam, opij semunciam. unum hoc collyrium mirabiliter prodest, his qui cicatrices nō habebunt ex ouo infusum, & leui admodum agitatione contritum.

Hypochymata

Ad suffusiones oculorum quas Græci hypochymata dicunt: fœniculi succi liquidi ✕ tres, opobalsami ✕ tres, mellis at*tat* tici ✕ tres, olei uiridis ✕ tres, hyenæ fellis ✕ unum, euphorbij ✕ unum. hoc oleo diluitur, & ita admiscetur cæteris. aquato uti oportebit hoc medicamento, est enim acerrium & undiq; humores trahit: quamobrem non sunt inungendi qui capitidolorem aut grauedinem habent, & ante biduum aut triduum aquam bibant quos destinaueris eo inungere, quanquam melius facient si etiam perseveranter aquam potauerint, uitio enim molestissimo facilius inter initia carebunt. non autem præterit me habere te prudentes ocularios, quibus si nomina dixeris collyriorum hoc in libro scriptorū, contendent forsan se quoq; habere eadem composita: sed si pondera aut effectus comparare uoles, longe diuersos inuenies. ego enim ipse eodem nomine multa composita, non iisdem ponderibus & rebus interdum habeo,

sed

scd maxime probatis utor. nec utiq; adfirmo non posse & alios eadem habere, nam & ipse ab alijs accepi: sed raro scio oculatiorum quosdam simpli citer tradere compositiones, meq; multum elaborasse, ut ueras & incorruptas acciperem conscius sum mihi. neque illud rursus dico, nouas omnis & tion aliquibus notas me in hoc libro congestum compositiones: uerum etiam quasdam uulgas, & ut ita dicam publicatas. eiusmodi enim quia efficaces sunt etiam plurimis in noticiam ueniunt. **Collyrium efficacissimum** ad tumorem oculorum & lacrymarum nimium fluorem, etiam supra perunctum uel inlithum efficax est, accipit, acaciae ✕ xvi. cadmiae ✕ duo decim, aloes ✕ duos, croci, myrrae, opij lecti, singulorum denarios binos, castorei ✕ unum, gummis ✕ octo. teruntur haec omnia diligenter & ex aqua permiscentur, atque inde statim collyria formantur ex aqua, quæ sunt omnino mirifica. **Xerocollyrium optimum**, ad epiphoras acres, & **Xerocollyrium initia** lippitudinis, croci 3 duo, sarcocollæ 3 duo, aloes hepatitidos 3 unū, glauci 3 unum: haec omnia diligenter trita simul recondes in pyxide cuprea, & pro xerocollyrio uteris.

AD EPIPHORAS ET LIPPITUDINES OCULORUM
tum remedia de experimento & physica diuersa.

Ad lacrymas & tumores oculorum lippientium restringēdos, atramen tum sutorium, id est chalcantium uiride, cyprinum, tundes & cribabis, & factum mollissimum puluetem ex ouī incoeti albo, id est lacryma consperges, & facies collyria, quæ in umbra siccabis atque inde palpebras inunges & tempora inlines. Si ex reumate lacryma abundans est, ouī albo collyrium temperabis. Si lippitudo & sanguinis infusio est, ex aceto temperabis, & defuper oculos circumlines, ita ut nihil interius de medicamine ingrediatur. tempora quoque dolentis eodem superlines.

Brassica cruda trita cum pane candido madefacto subacta, ac fronti inlita, dolorem oculorum plurimum releuat. Medicamen ad oculum diutina lippitudine uel epiphora laborantem intrinsecus curandum. lapidis gagatis scripula sex, tundes, cribrabis & aqua pluuiali, uel fontana consperatum puluetem liquidum facies. deinde in ampulla uitrea repones. cum necesse fuerit pinna aquilina uel columbina laborantem oculum inunges: quo facto & caliginem & infusum sanguinem absterges, clarorem que uisum restitues.

Dolores oculorum tempore hyemis frigore contractos qualiter curare debeas. Concham æream de melle albo ab intus perunge totam, eandemque supra gastrum lotij utilis ex ea parte qua melle inlita est, superpone ad lotium uersus, & per dies triginta bis in die lotium agitari facito, ut omnis odor uel acritudo lotij, & uirtus eius ad mel in concha hæreat. postea rades concham ipsam, id est,

e. 4 quod

quod melle inlithum fuerat, & rasuram tundes in mortario & cribrabis diu, & repones in ampulla, uel uitrea uel cuprea: cum necesse fuerit, ex melle tem perabis, & intrinsecus oculum peruges, mirabile remedium experieris in omnibus fermè oculorum etiam grauioribus causis. Gramè quod in summo trisulcum habebit decrescente luna radicitus sublatu' quam plurimū reponere, deinde ex multis unum auspicante lippitudine ad collum subliga, celeriter incubentem epiphoram discuties. Si impetus oculorū etuperit huiusmodi remedium confessim adhibebis, atramenti sutoricij — I. in aquā mundam defundes, idq; acriter feruere facies: tum operies ut feruor paululum conquiescat, atque ubi modicum intepuerit in concham transfundes, ibique faciem demerges & oculos patefacies intra ipsam aquam: paululum quidem admordebit, sed certissimo experimento dolorem incubentem auertet. Colophoniæ modicum phœnicio inliga & collo lippientis suspende, statim proderit. Dolorem oculorum ut anno integro non patiaris, cum primum cerasia erunt idonea esui, id est, quasi matura, de tribus cerasijs lapillos pertudes & gaitano lino inserto pro phylacterio ute ris, uoto prius facto contra solem orientē, quod eo anno cerasia non sis mā ducaturus. Herbam quæ appellatur peristerion, discoques ut madefaciat ex aqua fontana ad tertias, & inde oculos fouebis impetu laborantes, intra triduum persanabis. Vitandæ perpetuo lippitudinis gratia obserua, ut kaleñ. Ianua. eo tempore quo kaleñ. solis die fuerint, & etiā hora prima uel octaua, & deinceps alio die solis, & tertio solis die similiter, collyrio tenui in ungariis, dum conuersus ad orientem rogabis deum ut eo anno dolere oculos tuos non sinat. Cum primum hirundinem audieris aut uideris, tacitus illico ad fontē decurres uel ad puteum & inde aqua oculos fouebis, & rogabis deum, ut eo anno non lippias, doloremq; omnem oculorū tuorum hirundines auferant. Expertum remedium ad lippitudinem ne unquam tentetur si quis obseruet sine intermissione aut obliuione, ut quotiens lauerit deducta utrisq; manibus ad pedes infimos aqua, statim manus ambas ad oculos referat, atq; ad angulos eorum utraq; manu perfricit, & hoc ter facere debebis. Aduersus humores & subitos impetus oculorū & epiphoras, radices betæ maxime nigre ex aqua tepida lauabis & expressas sabano siccabis. deinde tundes in pisone marmoreo & succū inde linteo intorto exprimes. tum leuiter ad carbones despumatum tepefacies, & naribus infundes. ita ut is cui medeberis, aquam tepidam in ore contineat: & si unus oculus laborabit diuersæ partis nares infundes, & melle attico continges. Si tamen uideris oculos succi illius infusione turbatos, herbæ quā quidā cerebellū canis appellat, radix ex aqua decoquit, eoq; humore oculi aduersus epiphoras utiliter fouent. Farina ordeacea et galla cōtusa cū aqua permixta & collecta, oculis cū tempore inposita, tumores doloresq; sedabis. Coriadrū uiride tritū lactiū mulieris inmixtū, & tumentibus uel dolentibus oculis ad-

Cerebellum canis herba

lis adpositum statim prodest. idem & apium præstat similiter impositum.

Ros cœleste manu munda collectum & rutæ syluaticæ contusæ succo ad mixtū in plumbea pyxide recōditum , cū opus fuerit aduersum epiphoras oculorum fronti & supercilijs impones. Vino in quo laurus fuerit decoctus oculi foti dolore potentissime leuabuntur. Spina alba combusta & bene trita cum ouo superinlita, uel inuncta, sedat mirifice dolores oculorū.

Gallæ contritæ turfisq; pari modo puluis uino permixtus & frōti inlitus, tumorem oculorum doloremq; sedat. Crebro lacrymantes oculos ut ex sicces, lucernam oleo cedrino repletam accensamq; superposito uel iuxta spenso æneo uascolo permitte cōsumi , inde fuliginem collectam in pyxide cyptina reconde, & cum opus fuerit intinge , mirabēris efficaciam medimenti. Caprinus caseus recens coagulatus supra oculos positus dolores cito lenit. Ruminis syluatici radicem luna decrescēte collige, & tecum habeto nitidissime, quandiu eam tecum habueris non lippies. Democritus adfirmat felle hyenæ si frons perficitur, epiphoras incipientes & omnem oculorum dolorem posse sedari. Si mulieris saliuia, quæ pueros non purellas ediderit, & abstinuerit se pridie uino & cibis acritoribus, & imprimis si pura & nitida erit, angulos oculorū tetigeris, omniē acritudinē lippitudinis lenies humoremq; siccabis.

Chelidonia herba in hirundinum stercore nascitur, que oculis plurimum suffragatur: maxime aut caliginem deterget, si paulatim inde oculi suffundantur, quos cito in pristinam formā reuocato uigore reparabit. Hirundinis uentriculo scisso albi ac nigri lapisculi inueniuntur, qui si lupino aureo includantur, & collo suspendantur, omnem dolorum oculorum perpetuo auertent. sed & contra quartanas prosunt, crocco linteo uel panno inuoluti linoq; ad collum ualidiore suspensi. Mel

in quo apes fuerint mortuæ, utilissimum est oculis si nitidum ac purum opportune & paulatim infundatur.

Qui ciconiæ pullum elixatum comedet, negatur multis annis continuis posse lippire.

Hirundinum pulli plena luna excæcantur, restitutaq; eorum acie capita comburuntur: horū ci

nere cum melle mixto recte usus fueris ad reparandam oculorum claritudinem.

Lacertam uiridem excæcatā acu cuprea in uas uitreum mittes, cū anulis aureis, argenteis, ferreis, & electrinis, si fuerint, aut etiā cupreis, deinde

uas gypsabis, aut clades diligēter atq; signabis. & post quintū uel septimū

diem aperies, lacertāq; sanis luminibus inuenies: quam uiuam dimittes, anulis uero ad lippitudinē ita uteris, ut nō solum digito gestentur, sed etiā oculis crebrius adplicantur, ita ut per foramē anuli uisus transmittatur. obserua-

dū sanè imprimis ut in loco nitido atq; herbido deponatur ampulla , & cū lacerta discesserit, tum anuli colligantur. obseruandum etiam ut luna uetere id est à luna nonadecima in uicesimā quintā, die iouis, septembri mense capiatur lacerta, atq; ita remediū fiat, sed ab homine maxime puro atq; casto.

Lacerti uiridis quem ceperis die iouis, luna uetere, mense septembri, aut etiā

*Lapilli in uen
tre hirundinū*

*Lacerta exca
cata ut uisum
recipit*

etiam quocumque alio, oculos erues acu cuprea, & intra bullam uel lupinum aureum claudes, colloque suspendes: quod remedium quadiu tecum habueris oculos non dolebis. lacertum sanè eodem loco in quo ceperis dimittes. uel etiam si sanguinem de oculis eius lana munda excipias, eaque phoenicio conuoluas, colloque suspendas, uteris efficacissimo aduersum oculorum dolorum remedio. Cancri oculus subtiliter sublatus & in phoenicio colligatus colloque suspensus, lippitudo incipienti medetur, si tamē remediū à casto homine fiat. De manu si nostra muscam capies, & dum capies dicere debebis nomine eius cui remediū facturus es, te ad curados oculos eius muscam prendere. tu uiuā eam ligabis in linteo, & suspendes collo dolentis, nec retro respicies. Ad epiphoras oculorum sedandas, limaces coplures tere in mortario nouo uel nitido, & adiice ibi ouū gallinaceū incoctū, & tinge illic lanā succidā, & fronti impone. Ad epiphoras oculorum pultē fabaceam sine sale, sine ullo uncto, tepidā linteo, lo inline, & oculis de nocte impone, ita ut non alliges, cōtinuo fero ut recedit. Ut omnino non lippias, cum stellam cadere uel transcurrere uideris numera, & celeriter numera, donec se condat, tot enim annis quot numeraueris non lippies. Ad lippitudinē inter principia sedandā: in chartā uirginem scribe οὐβασι, & licio quod in tela fuerit collo lippietis innecte. Incipiens lippitudo mirifice & sine dubitatiōe depelletur, si in charta uirgine scribas, & collo dolētis licio suspendas, φυρφαρη, & hoc praeligamē purus castus facias. Hoc etiam remediū indubitate impetus oculorum si preuenias prohibebit, scriptū in charta uirgine. ηνουβρειρας εγελιος ως. ηαιπαντες ηαιπαντες, quod ad collū dolētis licio suspendi debet. sed & cœptā atque inuenire ratā lippitudinē sedat, si in faciendo ac suscipiendo praeligamine castimonia ab utroque seruetur. In lamella aurea acu cuprea scribes, ορνω ουρωδη, & dabis uel suspendas ex licio collo gestādū praeligamen ei qui lippiet, quod potenter & diu ualebit si obseruata castitate die lunae illud facias & ponas.

Ne anno perpetuo lippias, de acinis nouē uue albe antequā uiuā gustes, non uies te inunges, ita ut intra oculos tuos grana singula singulis uicibus infundas. Stercus caprinū uino cōspersum tritūque & inpositū oculis atque obligatū, omnē dolorum tumorēque detergit. Oculos cum dolere quis cœperit, illico ei subuenies, si quot literas nomine eius habuerit, nominā easdē, totidē nodos in rudi lino stringas, & circa collū dolētis innectas. Si impetus dolorum præuenerit, absinthiū uetus & fuliginē cōteres diligenter, tu mellis quantū satis uidebitur adiicies, & denuo teres, atque ex eo oculos inlines, ualidissime proderit. Ne anno perpetuo lippias, cum primū cucumerē nactus fueris, in fontana aqua eum per triduum esse in uasco mundo permittes. deinde oculis adapertis facie tuā ea aqua fouere curabis. Qui crebro lippitudinis uitio laborabit, millefolium herbam radicitus uellat, & ex ea circulum faciat, ut per illum aspiciat, & dicat ter, excircumacriosos, & totiens ad os sibi circulum illum admoueat, & per medium expuat, & herbam rursus plantet.

Quæ

Quæ si reuixerit, nunquam is qui remedium fecerit uexabit ut oculorū dolore. ad utrumq; oculum hoc facito. quæ si minus reuixerit, ex alia iterum faciat. oportet autem dari operam ut non nimis herba constringatur, quo facilius plantata consurgat. Cæpè longè succus opobalsamo mixtus, & succo feniculi, adiecta adipe anserina, incipientes hypochyses discutit, caliginesq; extenuat. Accipitrem si decoquas in oleo susino donec caro eius resoluatur, & ex eo oculos frequenter inungas, & hypochysim et caliginem discuties. Chamæleontis fel tantam uim habere creditur, ut hypochyses intra triduum inunctionibus sanet. Lupi simus diu perfrictus ad summā levitatem, cum melle mixtus & inunctione adhibitus oculorum hypochysis discutit, & ad summā claritudinem eos perducit suffusione siccata.

X E R O C O L L Y R I A , E T R E M E D I A P H Y S I C A D I V E R S A ad xerophthalmiam, & caliginem, & aspritudinem detergendas.

Ad caliginem & aspritudinem oculorum siccacq; perturbationem, si ne tumore quam xerophthalmiam græci appellant, facit hoc collyriū *Xerophthalmia*, quod psoricō dicitur, accipit autem hæc. croci ✕ xii. psorici ✕ xi. ii. psimy *mia* ✕ viii. opij idem, piperis albi idem, gummis ✕ ii. cum aqua pluuiiali te runtur hæc, collyria statim inde singuntur, ne confessio dilata uanescat.

Collyrium ad caliginem & aspritudinem quod stratioticon dicitur, recipit *Stratioticon* hæc, psimythij ✕ vi. piperis albi ✕ i. omphacij ✕ ii. cadmiae ✕ iii. opobalsami ✕ ii. opij ✕ i. gummis ✕ ii. ex aqua pluuiiali hoc teritur atq; conficiatur, quod melius superiore ad caligines facit. Collyriū quod stacton uocant græci, ad eadem ferè quæ supra scripta sunt utile, sed magis mulieribus prodest, accipit hæc. Cadmiae ✕ ii. stibij ✕ vi. piperis albi ✕ ii. æruginis rasa, & misyos donec puniceū fiat usti ✕ singulos s. æris floris ✕ i. s. gūmis ✕ v. quidā his addunt, opobalsami ✕ ii. trita hæc diligenter pluuiiali aqua asperguntur, & in collyria colliguntur. Collyrium acre ad extenuandas catarices quamvis ueteres, caliginesq; angulorum, quod semel inunctū plurimis diebus effectum prestat. oportet autem eo aquato uti, diu enim tenet morsum: accipit hæc. ammoniaci guttae quæ sit sine forde p. i. æruginis p. s. gummis p. i. primum cum aqua pluuiiali teritur ærugo, postea cætera adjiciuntur macerata aqua pluuiiali, & tum collyria singuntur. Fel testudinis cū melle optimo mixtū & diu coagitatum mire caliginē tollit, si oculi inde ad sidue circumlinantur, aut subtiliter suffundantur. Calliblepharium xero *Calliblepharīū* collyrium primum, accipit hæc. æs ustum, stibium, cadmiam, æquis ponderibus miscebis, teresq; diligenter, & donec spumam nō faciant, neq; crescāt ad ignē lentū agitabis in uaso æreo, ibi q; tādiu esse patieris donec refrigeretur atq; siccentur, quæ postea ad mortariū uitidissimū trāsferes, atq; illic item ex uino ueteri optimo tetes, tādiu quo usq; siccētur, de quib. puluerē te nuissimū factū, intra pyxidē grecā cōdes, eo q; uelut stibio cū uolueris uteris.

Xero

Xerocollyrium optimum cōficitur sic, lapidis phrygij — ii. croci — i. salis ammoniaci — ii. folij — ii. aeris usti — iiiii. piperis albi — i. omnia seorsum diutissime & diligentissime teres, ut pulucrē tenuissimū facias, quem permixtum recondes in doliolo uitreo, & cum uolueris puluere ipso pro ut uolueris uteris. Xerocollyrium optimum & ad initia lippitudinis probatum constat ex his: croci — ii. sarcollæ — ii. aloes hepatitidos — i. glaucij — i. teres hæc omnia diligenter, & puluerem tenuissimum in pyxide cuprea recodes, & cum opus fuerit & intra oculos & ad superliniendos uteris. Capilli muliebres super testam cōbusti & cum spuma argenti contriti atq; ad summā leuitatem redacti, xerophtalmias & prurigines oculorum efficaciter sanat si inde inungantur. Ad caliginem abolendam de experimento uteris hoc remedio: salem ammoniacum exustum tere & permisce cum lotio pueri inuestis, atq; inde adsidue oculos inunge uel superline. Naturalem succum artemoniae, succum millefolij, & succum arnoglossæ, id est plantaginis, colliges diligenter ac nitide equali mensura, & de succo marrubij, rutæ, serpylli, euforbij, exprimes per linteum delicatum & admiscebis — binos, hisc̄p; adiçies mellis optimi despumati libram unam, atq; omnia simul diu conteres. Deinde iterum colabis tenui linteo, & recondes in uasco uitreo, atq; uteris cum opus fuerit ad suffundendos & superliniendos oculos caligine laborates, quibus hoc remedio cito aciem acutissimam reddes. Maluæ succus expressus cum farina tenui miscetur ac diutissime teritur, postea adiçitur mellis despumati aliquid, ac uini uti liquidius fiat: potenter inde inunguntur oculi caligine laborantes. Ros nocturnum colliges nitidissime in prato, & in ampullam mittes, atq; adiçies illi mellis attici — xii. & opobalsami — vi. ac pariter utrūq; miscebis, & sic uteris ad inungendū uel superliniendū: murum remedium experieris. Succum uettonicæ tenuissimum oculis infunde: clariores eos facies, & importunam lacrymarum destillationē cito siccabis. Fel camelī solū per se fronti inlītu prodest aduersum caliginē, sed ne omnino lippiat decoctū cum mellis optimi cyathis tribus, & croci uncia in unum miscebis, & sic suffusionē ad oculos facies, uel etiā superlines inde caligantes & lippiētes oculos, hoc medicamine etiā excrescentes carnes in oculis & cicatrices curant. Ad caligines oculorum deterendas medicamen ualde efficax: rosæ siccæ pugnos duos plenos, cum radice fœniculi diligenter purgati, & fœni græci pugnum unum plenum in ollam nouam mittes, & decocta prima aqua effusa, sic postea decoques ut spissescat: deinde mellis attici uncia supermittes, & piperis scripulum bene tripli: addes etiam passi cretici aliquātulum ut liquidius facias, deinde per linteolum delicatum colabis, & ad suffusionem uel superlinitionem oculorum uteris. Perdicis fel mixtū mellī attico caliginē tollit, si oculis adsidue infundatur, sed cum modo & æquali mensura. Aquilæ fel cum melle attico, myrra uera, & nitro albo, singulis uncij mixtum oculis uisionē acutissimam præstat, si cum modo infundatur

Pueri inuestis
lotium.

Pugni men
sura

datur. Ut acie certiore intueri omnia possis, *ficus Africana* modo pinguissimæ ad ignem calefactæ succo expresso, uinoq; diluto, oculos inunge, gratulaberis remedio. *Vipera uiua* mittitur in uas nouum si *Vipera uiua* ctile, & adiçitur ei succi fœniculi cyathus unus, & turris granum unū. deinde uas obturatur argilla, & circumlinitur, & in furnū feruentē mittitur, atq; illuc excoquitur donec cinis fiat. hoc de experimēto hypochyſes caliginesq; potenter atq; mirifice purgat. *Anagallidos* herbæ flos purpureus ad mēſurā obolorum trīum diligenter tritus, & cum pauxillo uini ueteris mixtus inunctioni caligatiū oculorum mirabiliter prodest. *Lacertas* piſſinæ quæ in segetibus morantur, quas Græci aruras vocant, comburito & ad tenuissimam puluerem redigo: atq; ex eo cū uino aut melle optimo caligantes oculos inunge, ualde prodeit. *Centaureæ* minoris succo oculi ex melle inuncti, caligine cito deposita, tenuissimam aciem resumunt. *Fœniculi* radicis contusæ succo, tantundem mellis optimi despumati, utinam attici, misceto, eaq; lēto igne ad mellis crassitudinem discoquito, repositaq; in pyxi de etiam ærea habeto: cum erit opus, cum aqua cisternina aut muliebri lacte inungito, quamuis crassas caligines cito discuties. *Fœniculi* radicis decoctæ aqua oculos adsidue soueto, cito omnem caliginem tolles. *Caliginatibus* oculis, uisus acutior restituetur, neq; facile in hoc uitium incidet, qui uisus fuerit remedio tali, ut centaureæ manipulum nitidum in uini optimi, sed nouella stri congruum mittat, aut etiam excoquat, ac triduo in uasco clauso uel operto macerari faciat. Deinde post triduum heminam eius uini mixtam cum calida aqua, adiecto melle ieunus manente illic centaurea cotidie bibat. *Lauri* folia x. leuiter contrita passo diluito, & linteo colato & in caccabulo decoquito ad crassitudinem mellis, atq; ex eo inungito, efficaciter caliginem discuties. *Baccæ myrti* supra carbones uiuos ad suffumigandum positæ, caliginem extenuant, si oculis apertis fumum earum patienter excepferis. *Pulli* hirudinum uel assi, uel elixi, in cibo saepius sumpti, oculis caliginantibus efficaciter prosunt. *Lapidē bostrychiten* tecum sem per habeto, quia ad aciem oculorum excitandam efficaciter prodest. *Muris* agrestis, id est, qui in campis inuenitur, combusti cinis cōtritus, & cū melle adsidue inlitus, aciem oculorum caligine extenuata confirmat. *Scara-* bæus coloris smaragdini tantum beneficij oculis præstare dicitur, ut uisus nem ei acutissimā reddat, qui eum contemplatus fuerit assidue. *Cocleas* africanas ueras super spissam craticulā dispositas ponito, & carbones acres adsidue suggerito, ut æqualiter comburantur: deinde mortario terito ut te nuissimum ex his puluerem facias, adiectaq; mellis attici cotyla una, iterū ualidissime terito, & postmodum in uasco fictili repone, & signa: & cum alicui mederi uoles, spicillo inde cum inunge, intra paucos dies integrā aciem eius claramq; restitues. Fit ex uiperæ collyrium ad caligines oculorum adaperiendas discutiendasq; mirificum. comprehensam igitur occisamq;

samq; viperam in uaso fictili repones, eamq; illic putrefdere permittes, do-
 Vermes ex uirgine nec ex ea uermiculi nascatur, hos eliges & conteres & adiicies his croci pau-
 pera putrefacta lulum & iterum teres, atq; inde collyria facies, & sic cum melle attico, aut la-
 tice muliebri oculis inunges. idem præstat & cinis viperæ combustæ sicut
 supra scriptum est, sed cum his quæ hic adiecta sunt temperatus. Salem
 quam candidissimum iejunus si cotidie gustaueris, omnem oculorum cali-
 ginem cito extenuabis. Fel ursinum atq; hyenæ cum melle optimo
 mixtum & diu coagitatum caligines eximit, si adsidue inde oculi suffundan-
 tur, aut superlinantur. Adipes omnium fluuialium piscium in so-
 le liquefactæ adiunctoq; melle inunctioni adhibitæ, mirifice oculis cali-
 gantibus prosunt. Herbæ chelidoniae succum, sceniculi succum, ad
 quartarios singulos misce cum mellis optimi quartarijs quatuor, & oculos
 grauedine & aspritudine laborantes inunge, mire proderit, sed simul omnia
 Lapis medius decoque in uaso æreo, & sic inunctioni referua. Lapis medius in lupina
 pellicula subligatus collo, atq; ita diu portatus, sed prius muliebri lacte per
 tractatus, non tantum caligines tenuare, uerum etiam hypochy sim discute-
 re, & obductam aciem aperire consuevit. Hygra quæ prodest ualde ad
 caliginem detergendam, conficitur sic. croci — ii. piperis albi unciam, aphro-
 nitri unciam, myrræ unciam, mellis attici unciam. crocum & piper ex uino
 teres, nouissime aphronitrum & myrram seorsum conteres, & sic uniuersa
 coniunges, atq; ad suffundendum uteris ex melle. Hygra mirifica quæ
 & caligines abigit, & oculis suffusis lumen instaurat, accipit hæc. opobalsami
 3. iii. myrræ 3. iii. opopanaxis 3. i.s. mellis attici selibram. opopanaxem
 primum ex uino teres diligenter, tum myrram adiicies & teres, postremum
 opobalsamum addes, atque omnia communiter terendo admiscebis & po-
 stea ad inungendum uteris. Fellis gallinacei uel uulturini, quod longe
 magis prodest, scripulum & mellis optimi unciam, bene trita coniunges,
 atq; in pyxide cuprea habebis, & oportune ad inungendū uteris, hoc nihil
 potentius caliginem releuat. Ros matutinum quod inhaeserit rutæ, &
 succum chelidoniae, & mel optimum despumatum pari mensura permisce,
 atque ad tertias decoque, & in pyxide cuprea reconde, & caligantes oculos
 infunde. Fellis terræ, & chelidoniae, utriusq; herbæ succum, cum mellis
 optimi despumati pari mensura permisce, atq; ex eo caligantes oculos inun-
 ge, efficacissimo medicamine uteris. Satureiæ uiridis succo tenuissimo
 si adsidue angulos oculorum contingas, caliginem cito discuties. Idem præ-
 stat & rutæ succus per linteum tenuë expreslus, in pyxide ærea conditus,
 atque angulis oculorum caligantium adpositus. hoc cuiuslibet
 ætatis hominem infirmissimi uisus mirabiliter curat,
 certe si aliquid mellis attici fuerit
 admixtum.

Remedium

RE M E D I V M A D T V M O R E M O C V L O R V M
uel nimiriam destillationem.

PVlegij flores destringe, eosq; madefacito ex aqua frigida, & cōtere bene, atq; ex eo pauni tenuissimi partem dimidiat line, ut ex altera parte panni integras oculos, & cum ibit dormitum cui medendum erit, supra oculos pones, ipsa nocte tumorem humoremq; oculorum eius sedabis.

Ad oculorum subitum impetum uel dolorem remedium efficax sic. succum cardonis, succum urticæ alexandrinæ, succum bugillonis, crocum, atra mentum sutoritum, æquis mensuris ista cōiunges, & addes his sapæ modicum, & aceti quantum sufficiat, & decoques ad spissitudinem mellis liquidi, atq; ita oculos inde superlines, ut modicum ingrediatur eos, & delacrymento: continuo sanabuntur.

A D V V L N E R A V L C E R A Q V E, E T C I C A T R I C E S

atq; carbunculos, crustasq; oculorum, & glaucomata atq;

albugines detergendas, & palpebras componendas, col-

lyria & remedia de experimentis physica &

rationabilia diuersa.

AD sordida ulcera oculorū crustasq; habētia quas medici escharas uocant, & ad carbūculos oculorū, quos anthracas dicūt, facit bene & per se mel atticum purum pyxide cuprea cōditum, & repositum sub signaculo mensibus ferme duobus: quanto enim diutius in pyxide ea manserit effica cius fiet. Sed præcipue hoc quod quidā diaſmyrnon, non nulli euodes quia boni odoris est nomināt: quod etiam ad pustulas papulasq; & suppurationes oculorum, & ad cicatrices non ueteres, & ad palpebrarū recētem etiam in corporibus tenerioribus aspritudinem facit: oportet autē eo ad sordida ulcera diluto oui albo id est aquatissimo uti, deinde cum lacrymę fluere desierint, cineraceo collyrio super inungi: item ad pustulas ex ouo tritum facit ad papulas uero & ad dolores cū rubore & distensione oculi sicca, bene imponitur cū lacte mulieris. ex aqua aut ad cicatrices recentes extenuandas & palpebrarū aspritudinem tollēdam teri debet: & subiecto spicillo, aut inuera palpebra oculis inseri. cōponitur autem ex his rebus: pompholygis lotæ * VIII. æris usti * VIII. croci * IIII. myrræ * IIII. nardi spicæ * I. & pōdus uictoriati, lapidis hematitæ * II. piperis albi grana x. opij * I. & pondus unius uictoriati. gummis * x. teruntur hæc cum chio uino, & confessim collyria singuntur atq; in umbra siccantur. Acriore autem collyrio ad cicatrices extenuandas & ad palpebras asperas utimur, quod quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis constat, & celeres effectus habet, harma dicitur. recipit hæc: æris usti * IIII. tureæ arboris corticis * IIII. ammoniaci guttae * IIII. gummis * IIII. teruntur hæc ex aqua pluuiali. hoc etiam super unctum ad puerorum epiphoras & qui non sufferunt unctionem optime facit. Collyrium quod proprie facit ad aspritudinem palpebrarū & callosi-

Diasmyrnon
Euodes

f 2 tatem,

tatem. oportet autem subiungere spiculum palpebræ, aut inuertere ipsam palpebram, & sic inungere. recipit æris usti ✕ xiiii. eruginis ✕ vi. croci ✕ x. myrræ ✕ i. cassiae rufæ fistularum uictoriati pondus, piperis albi gratia ✕ xv. gummis denarios nouem, cum uino chio hæc teruntur, & sic colliguntur. Ad palpebratum uerteritam aspritudinem, & excrescentem carnem, quam sycosim Græci uocant, in qua est callum durissimum. est autem liquidum medicamentum, quod ideo hygra appellatur, quod etiam carnem ex palpebris tollit sine magno dolore. Recipit hæc: myrræ, turis, croci, misyos singularum specierum denarios ternos, chalciditis ✕ vi. hæc teruntur diligenter ex aceto acri: ubi leuia facta erunt, & habebunt spissitudinem pasti, miscetur his mellis attici p. i. deinde in patella æris cyprij super carbones posita inferuet, donec mellis habeat non nimium liquidi spissitudinem, atque ita reponitur in pyxide æris cyprij. Cum opus est, inuertitur palpebra & per spiculum adponitur, quod medicamentum sufficitur curiose in oculo ad delacrymationem: & ubi desierit mordere, rursus inuerti oportebit palpebram, atque ita pollice impresso membranas in natæ adducere, quæ facile subsequentur, post hoc cinereo collyrio ex aqua inungendi erunt oculi crassius: hoc medicamentum multorum annorum callos & aspritudines palpebratum desperatas à quibusdam medicis ocularijs, paucis diebus tollit.

Collyrium ad ulcera papulas & epiphoras. cadmiæ ✕ viii. cerussæ ✕ iii. amyli ✕ iii. opij ✕ ii. acaciae ✕ i. gummis denarios duos. tragacanthi denariū unum. ouorum semicoctorum uitellos duos, fabæ sine cortice, id est, purgatae modicum, quæ ante diem ex aqua macerari debet cum tragacantho, atq; ita teri, tum formari collyria, quæ lachrymarum impetum & iugitatem potentissime sedant ac reprimunt.

Laerymas restringens

Collyrium dionysianum quod appellatur theodotion ad lacrymam tenuem restringendam, & ad ulcera & aspritudines palpebrum & ad cicatrices recentes efficacissimum conficitur sic. cadmiæ ✕ iii. æris usti & loti ✕ viii. crocomagnatis ✕ viii. stibij ✕ iii. opij ✕ iii. castorei ✕ iii. nardi syriaci ✕ iii. lycij ✕ iii. acaciae ✕ xvi. croci ✕ viii. myrræ ✕ viii. palmulariū ossa uel nucleos ustos, numero xii. gummis ✕ vi. uini auferi ueteris bene odorati sextariū unum. teruntur hæc diligenter & confituntur ex his collyria finguntur, atq; in umbra siccantur.

Collyrium stratioticum facit ad tumores oculorum & lacrymam acrem compescendam atque ad palpebras asperas & ad caligines & cicatrices ex itinere & puluere & fumo collectas. cadmiæ denarios octo. cerussæ ✕ viii. crocodili sterorum ✕ iii. æruginis rasæ ✕ ii. castorei ✕ s. omphacij aridi aluminis fissi atque usti denariū unum. piperis albi ✕ v. opij ✕ i. s. gummis ✕ vi. teruntur hæc diligenter & ex uino falerno colliguntur, atq; inde collyria formantur.

Collyrium quod appellatur sphragis ab Antigono medico inueniuntur, facit ad oimne ulcus & ad omnem uestionem & plagam & ruptionem tunici.

tunicularum oculi, & ad omnia oculorum uitia, præter epiphoram incipientem, accipit hæc, cadmiæ $\frac{1}{2}$ m. pompholygis $\frac{1}{2}$ m. opij $\frac{1}{2}$ m. amyli $\frac{1}{2}$ m. acaciae $\frac{1}{2}$ m. tragacanthi $\frac{1}{2}$ m. gummis $\frac{1}{2}$ m. teruntur diligenter hæc species, & ex aqua pluviatica collyria componuntur. Collyrium stratioticum psoricum compositum ex cadmiæ $\frac{1}{2}$ m. s. croci $\frac{1}{2}$ m. piperis alibi $\frac{1}{2}$ m. cerussæ $\frac{1}{2}$ m. opij $\frac{1}{2}$ m. gummis $\frac{1}{2}$ m. chalcitidis $\frac{1}{2}$ m. componitur autem psoricum sic, teruntur hæc seorsum singula bene siccata. deinde in unum collecta aceto consperguntur, ac postea in ollam fictilem nouam coniunctur cum ipso aceto, quam bene operatam in equino stercore obrui oportet, atque illic haberi per dies XL. postea hæc permixtio in sole arefacti debet, ac deinde teri, & tum aqua pluviali collyria formari conuenit, de quibus & inungi oculos, ut supra scriptum est causis grauibus laborantes, & superlini optimum est. Ad oculorum omnem dolorem & præsentem & ueterem, & ad caliginem atq; albuginem, & pruritum atq; antiquam, ut ita dixerim, cæcitatem. Nam ut auctori huius remedij de experimento credamus, duodecim annorum cæco intra dies uiginti uisum restituisse se dicit: quanto autem recentior ualitudo fuerit oculorum, tanto uelocius curabitur medicamine tali. collyria multi generis, id est, uel decem consecutionum æquali uel numero uel pondere, infundes in lotium pueri uirginis, & ad uncias singulas collyriorum quæ infuderis, septena grana piperis in mortario nitido diligentissime teres, ut puluerem subtilissimum facias, & cum mellis optimi despumati coclearibus tribus miscebis, & iterum diligenter teres, postea simul confundes omnia, id est, collyria, lotium, & piper illud cum melle, & iterum diutissime ac diligentissime teres, collectumq; nitide in pyxide cuprea recondes, atque ex eo quemlibet oculorum causarium intus, id est, intra oculos inunges, quod si per tempus medicamen spissatum fuerit, lotium puerile infantis quantum opus fuerit, ut more collyri liquidum fiat, infundes & sic sub cilio & palpebris, id est, intra oculos sicut diximus, sollicite inunges. hoc medicamine multis experimentis probato, constat nihil esse præstantius, si quis eo castus & purus utatur.

Medicamen barbaricum ad omnis oculorum causas uel impetus, siue sint scabri & lacrymosi, siue etiam uermiculos habeant aut brigantes qui cilia arate & exulcerare solent. in ollam rudem mittes tres sextarios aceti acerrimi & ferrum, id est, clavos ueteres minutos, uel alia minutalia ferri uetusta: & claudes ollam diligenter: operculum tenuiter pertundes, & in illo foramine pones aut cannam, aut sambucum perforatum, unde habeat spiramentum: mittes tamen in eandem ollam cum acetato & ferro, rosæ siccæ unciam unam semis, ac postea ollam ipsam cooperies fimo caballino recenti, ita ut spiramen illud ollæ per calamum liberum sit, hoc est ut supra molem illâ fimi caballini quo fuerit olla constricta uel operta, solum spiramen emineat, ut semper habeat anhelitum, quin-

decim diebus, quibus necesse est ut in fimo illo persevereret, nam omnino obseruabis ne unquam illis xv. diebus deo periatur. sextadecima die tolles ollam de stercore illo, & diligenter mundabis ne quid illuc sordidum hæreat, & cum patefeceris ollam, mittes in eam sceniculū uitidis succum quanta est mensura bonaे potionis in uino. deinde agitatib[us] diu & colabis linteo tenui & mittes in bucculare rude uel diligenter nitidatum: deinde lento igne decoques & semper agitatib[us]: cum aliquantulum coxerit, addes in sextarium medicaminis tria coclearia mellis optimi despumati, & iterum diligenter coagitatum repones in ampulla uitrea, aut pyxide cuprea, ac sub signaculo habebis, & cum opus fuerit ad caliginem & albuginem detergendam interius oculos inunges. Ad præsentem autem impetum uel dolorem quamvis uehemens sit desuper oculos inlines. quod si grandis feruor oculorum & acres uel frequentes lacrymæ erunt, etiam tempora & frontem medicamine inlines, ita ut in die uel quater superlinas: & cum siccata fuerit superlito ipsa, non elues eam, sed semper addes nouam inductionem, quod si scabri oculi fuerint, aut uermes qui palpebras exarent, & inde sit tumor inuestitus, cilia superiora & inferiora, id est, palpebras ipsas, ubi causa ualitudinis est, inunges: experieris ad omnia ferè oculorum uitia mirificum medicamentum, si castus & purus eo utaris, de quo tamen dum in fimo est, uix teritia, aut certe inedia pars remanere debet. ita enim melius fiet: nam quanto plus consumitur uapore simi illius, tanto magis confortatur: & ideo maior olla esse debet, ut propensiis medicamen fiat, quod & diu seruari oportet, & multis necessarium est.

Barbaricum aliud Ad oculos scabros & palpebras perforatas humor uetusto, uel pedunculis exesas, remedium præsens barbaricum quidem, sed multis probatum. Scarabæum pilosum, qui similis est scarabæo uero, in sepibus uetustis lapidosis aut in fossatis sepium requires, qui cutiones sunt, colore pseudoflauo quasi leonino, pilosi lucetes. ante ergo quam illum cutionem tollas, folium caulis primo mane cum suo sibi rore uel gutta conclusa in eodem folio teneatur, ut ubi cutione illum inueneris digitisq[ue] pollice & medicinali adprehenderis, confessim supra folium illud caulis tenelas, ut supra guttā illam lotium eius excipias, quia ubi manu adprehensus fuerit, statim se submejt. prouidendum ergo ut uelocius supra folium illud caulis ponatur, ne lotium eius quod cito effundit, alibi excidat, quod cōmixtū cū illo rore caulis per spicillū palpebris inpones, & loca scabra, uel exesa inter pilos peruges, effectum rei cito miraberis. quod si casu uno in loco uel in diuersis plures istos cutiones inueneris, omnium lotium uel humorē quē admodū diximus, in folio caulis humidi statim de horto suscipere debebis. & adiectis guttis aliorum de caule foliorum in uasco uiteo recordere, ut cum opus fuerit præsto habeas, quia difficulter huiusmodi bestiolæ inueniuntur. Ad albuginem oculoru[m] detergendam efficax hoc remediū. uulpe uiuam capies, eiçp[re] linguam præcides, ipsamq[ue] uiuā dimittes, linguam autē minob[us]

Ligula vulpis eiçp[re] linguam præcides, ipsamq[ue] uiuā dimittes, linguam autē eius

eius arefactam, phoenicio ligabis, & collo eius qui albuginem patietur suspedes. Herbae symphoniacae surculum collo eius qui albuginem patitur lino suspendes, ita ut per dies triginta illic sit: quanto recentior albugo fuerit, tanto citius sanabitur. Rosmarinum combure & puluerem eius cum melle attico diligenter tere ac permisce, atq; inde inunge, cōfestim subuenies ei qui albuginem patitur. Fabam fractam purgatā atq; ustam ad summā leuitatem teres, & oculos inde albugine occupatos adsidue ex aqua circūlimes, miro remedio subuenies. Piscis marini selle qui scorpions dicitur, oculi ^{scorpij piscis} fel inuncti caligine atq; albugine quamuis crassa cito liberabūtur. Sanguis columbarū de loco pinnarū eo momento quo pinna auellitur, oculis dū ad hoc repet debet infundi, qui iectu aliquo vulnerati aut sanguine suffusi fuerint: albū quoq; oui incociti cū croco trito oculis superpositū, & lana alba succida inuolutū medetur. Ranā de lacu prendes, & spina oculos ei subtiliter erues, atq; in panno coccineo de licio ligatos oculis interius cruētis superpones, cito medeberis. Mel atticum & stercus infantis quod primū dimittit, statim ex lacte mulieris quæ puerū allactat permiscebis, & sic inunges: sed prius eū qui curādus est erectū ad scalā alligabis, quia tāta uis medicaminis est, ut eā nisi alligatus patiéter ferre nō possit, cuius beneficiū tā præsens est ut tertio die abstersa omni macula, mirifice uisum reddat in columē. Ad cicatricē uel plumbū extenuandū, & aspritudinē pruriginē cōp; oculorū purganda, & humorē siccandū, & ad scabras ac scabidas palpebras, atq; alia oculorū uitia, unū hoc remediū uel p̄cipuū est. folia oleagina cōmanducato diligenter, eoruūcō succo quē in ore collegeris, cotidie ieiunus oculos ablingito, uel inlinito per linguā: celeriter uitia suprascripta discuties. Ex hirundinum pullis fit calliblephariō bonū quod aspritudinē pruriginē cōp; oculorū potenter expurgat, nec patitur quicquā in his molestiā cōcrescere: humidos quoq; naturaliter oculos exsiccat, quod hoc modo componitur: capita pullorū quam plurima igne lentillimo comburuntur, & trita in puluerem tenuissimum rediguntur, quæ admixta recenti adipe gallinæ inunctioni maxime prosunt. Intibi rustici, de quo nascuntur cauliculi complures, contriti succus in oculum instillatus celeriter cicatrices & plumbum oculorum exi- ^{Plumbum oculorum} mit. Caput stellionis combustum, & tritum, & melli attico admixtū, oculos lacrymosos inunctione adsidua siccat & sanat. Pulmonis hedini cōbusti cīnis prurigines oculorum discutit, & scabras palpebras emendat, si quasi stibiuū imponatur. Felle catelli dierum septem, oculi ex melle inuncti cito à leucomate liberabuntur. quidam etiam adfirmant efficacissimum remedium esse ad detergēda glaucomata, si catello dierum septem caput uiuenti diffindatur, & de dextra parte cerebri oculus dexter, de sinistra sinister, intincto illic spicillo inungatur.

Vt leuomata & albuginem quamuis densam ex oculo detergeas, turam ^{Tura} & antu- ^{antu} ^{ra herbe} & anturam herbas uirentes nitidissime collectas contundes, & per linteum ^{ra herbe}

f 4. tenuc

tenue succum earum exprime, eoq; oculos inunge. Leucomata ut ex tenues & discutias, utere medicamine quod conficitur sic pumicis combusti triti e. xiiii. chalcitidis e.viii. gummis e. quatuor, & sinapis pusillum ut toleretur adiicies, hæc omnia in tenuissimum puluerem redacta in unum permisce, & ex aqua fontana facito collyria crassiora: quibus sic uteris ut circundetur tribus partibus cera collyrium, sed extremum collyrij sit leue ac tenue, quod in ipsum leucoma inponas, et iube oculū adoperiri paulisper ne excidat collyriū, quod si exciderit, iterū reponatur: post hæc in unge oculum leni collyrio, statim emitte quasi squamam. si ergo magnum leucoma fuerit & crassum ita curabis: sin autem tenue, cū inposueris medicamen maturius tolles: postea uero utere ad inunctionem collyrio quod græ

*Diacopon for
te diarodō aut
diacrocon le/
gendum*

co uocabulo diacopon appellatur, etenim apud medicos hoc collyrij genus magnā habet effectus sui dignitatem. Turturis simus ad summam leuitatem tritus & cum melle attico, aut etiam alterius generis, dummodo optimo & despumato inunctus, leucomata oculorum potenter extenuat.

Galli gallinacei maxime albi fel ex aqua dilutū, & inunctione adhibitum, leucomata oculorum & hypochySES sanat, & aciem luminum confirmat. Stercus quoq; gallinaceum album cum oleo ueteri tenuissime tritum & ad positum, idem oculis remedij præstat. Fcl uituli diligenter collectum ad cotylæ mensuram in uas æreum mittitur, tenuiç igne admoto ita excoquitur ut spissetur, deinde mellis boni tantum mittitur, quantum fellis illius decocti remanserit: adiiciuntur postea myrræ tritæ drachmæ duæ, & croci una, & æris flos pauxillum, ac postea simul omnia diu coagitata ad tertias decoquuntur, quod medicamen in pyxide ærea debet reponi, satis utile & leuomatis & cicatricibus, & omnibus uitijis oculorum, si adsidue inde & oportune inungantur. Ut leucomata oculorum efficaciter discutias, ungulas asini uiuentis lima, & scobe eatum quām tenuissimo qui leuitate sua oculos non offendat, cum lacte muliebri mixto, frequenter inungi to. Araneus albus cruribus longissimis ac tenuissimis cum oleo ueteri contritus, per inunctionem adsiduam leucomata eximit, & ideo plures cum oleo sufficienti teri oportet, ne ante confirmatam sanitatem medicamen ne cessarium desit. Cæpa longa contusa exprimitur eiusq; succus opobalsamo, uel quod efficacius est, laeti mulieris admixtus, leucomata & cicatrices & quæ græci argemata appellat miro effectu inunctioe adhibita extenuat atq; persanat. Anemone dicitur à Græcis herba, quæ tantam uim remedij habere creditur, ut portata ab eo uel subligata collo eius, qui glaucoma patitur, intra dies quadraginta quinq; eum sanissimum reddat.

Vt glaucoma incipiens celeriter discutiatur, herbam serpyllum decoque, & eius aqua oculos adsidue soue: postea pice liquida pura ac nitida uel collyrio inunge, cito recipies sanitatem. Perdixis unius fel, opobalsami cyathum unum, cypri sidonij cyathi partem dimidiām, trita hæc

hæc & ad summā levitatem perducta, permixtaq; in pyxide plūbea repones & inunctione aduersum glaucomata et hypochyses, & caliginē mire uteris.

Corui marini fel inunctione adhibitum, caligines tollit, albugines & cicatrices extenuat, carnes excrescentes compescit, fluoresq; oculorum reprimit. Pisciculi qui equum marinum similat fel, ouorum albumini mixtum & cum lana succida oculis adpositum, melius remedium suprascriptis oculorum causis, quām ullum aliud medicamen prestare manifestū est. Scrofa adipe recenti si quis contritos angulos oculorum, quos græci canthus uocant, interius exteriusq; inunxerit, uermiculos qui noxiū sunt oculis potenter educit. Sepiæ testa interior quæ mollis est, diligentissime trita, & mulierib; lacte permixta, atq; inunctioni adhibita, supradictis oculorū causis plurimum prodest. Nardi indici uel syriaci ex uino uetere triti siccatisq; puluis, pro xerocollyrio oculis impositus mirabiliter prodest ad ualitudines superscriptas. Mel optimum despumabis ut bene purum sit, & admiscebis partim mēsura succum rutaë & herbæ chelidoniae, atq; ad tertias decoques, & cū omnia bene permiscueris, in ampulla uitrea sub signaculo seruabis, & uteris miro medicamine ad scabros & lippos oculos inungendos.

ITEM AD OCVLORVM CAVSAS REMEDIA PHYSICA
& rationabilia diuersa, id est, oculis ictu læsis, & si quid subito eos fuerit ingressum, & aduersum molestias pilorum, & ad ægilopas & ad nyctalopas,
& ad uarulos, id est ordeolos oculis infestos, his additæ infra
collyriorum diuersorum confectiones.

Quoniamq; ictu læsus oculus, si sanguinolentus uidebitur, palumbinus ei uel perdicis, uel turturis sanguis, aut si hæc animalia non erunt, columbinus de pinna sublatus statim, id est adhuc calens infundatur. Bitumine, sulphure, & ture permixtis, oculos ictu læsos suffumigato, statim sanabis si frequenter id feceris. Herba quam græci sarcocollam, nos argemoniam appellamus, si uiridis erit trita, sin arida calida aqua maccrata, quo facilius teri possit, inlita oculis sugillationes liquoresq; eorum matre discutit. Sanguine hirundinis recenti ac tepido inunctus oculus ictu læsus & cruore suffusus statim sanabitur. Radix rutaë trita & inlita oculis cruore suffusis, etiam commansis & adsidue posita plurimū prodest: uinū quoq; in quo ruta diu fuerit macerata rationabiliter infunditur.

Mulieris primiparæ puræ ac nitidæ saliuæ ieiunis instillata oculis liuorem suffusionemq; quamlibet cruentam, efficaciter adimit. Herbæ uettonice folia teres, & salis triti modicum adiicies, & super ictu percussum uel cruentibus suffusum oculum conligabis, mire proderit. nam quādo ei id solueris, uidebis ex eo sanguinē distillare, ita omnem causam extrahet. Lana succida madefacta oleo uinoq; permixto ac tepens oculis superposita, optime uitia superscripta persanat. Ad ejciendū quæ casu oculū intrauerint, herba artemisiæ

*Incantationes
superstitiosissimae*

artemisiā uelles radicitus, & inde coronam factam capiti impones. sed is cui medendum erit, dum coronam illam in capite habet, quantum fieri potest oculos apertos habeat. Digitis quinque manus eiusdem cuius partis oculum sordicula aliqua fuerit ingressa, percurrent & pertractans oculum, ter dices: tetunc resonco, bregan, gresso. ter deinde spues, terque facies. Item ipso oculo clauso qui carminatus erit, patientem perfribabis, & ter carmen hoc dices, & totiens spues, in mons dercomarcos axatison. scito remedium hoc in huiusmodi casibus esse mirificum. Si arista uel quaelibet sordicula oculum fuerit ingressa, obcluso alio oculo, ipsoque qui dolet patefacto, & digitis medicinali ac pollice leuiter pertractato, ter per singula despueas dices: os gorgonis basio. hoc item carmen si ter nouies dicatur, etiam de fauibus hominis uel iumenti os, aut si quid aliud haeserit, potenter eximit.

*Pilis noxijs
palpebrarū
extirpandis*

Leporem marinum, uel eius sanguinem cum oleo tere, atque ex eo uulso, rum de oculis pilorum loca frequenter perunge, post quod & si renascetur pilum, molliores erunt, quibus iterum euulsis, supradictum medicamen inducitur, tu uero non renascentur. Si autem etiam lacrymas oculi destillantes adsidue, uitare uis, hederam & uitem exustas & in puluerē tenuissimum redactas, pari mensura cum suprascriptis permisce ad spissitudinem mellis, atque inde inducito uel superline frequenter oculos, & confessim defluet humor noxious, & aduersum uulso palpebrarum pilos proderit. Si felle hyenæ loca quibus molesti sunt pili in palpebris nati adsidue tangatur, confessim tabescunt, certe si prius euulsis superducatur, non renascetur. Pilos oculis molestos si extirpare penitus uolueris, loca eorum cum prius eos euulseris, ranæ marinæ felle contingit: quod si fel eius depositum aruerit, aqua marinata ei modice admisce. Sic uolueris pilos uulso non solum in oculis, sed etiam in locis uerecundioribus non renasci, lacte mulieris eo die expresso quo peperit contingit crebrius loca de quibus pilos tuleris. Pili si oculis molesti erunt, potenter uteris hoc medicamine, lacertæ uiridis fel misce cum uino albo quantum sufficere existimaueris, & mitte in uas æreum, positumque ad solem tam diu agita donec crassitudinem mellis habeat, atque ex eo loca pilorum uulorum ungue. Lucernam fictilem de papyro & medulla uaccina concinnato, atque eius fumo, siue fuligine uel ligny, pro calliblephario utere, quo palpebras exeras & glabras sepius inungendo, decentissimas facies. Glabris palpebris pilos induces, si cesypo quod sub armis ouium nascitur, adiecta myrra, pariterque in mortario trita, spicillo calido loca pilis nuda perduxeris.

*Calliblephari
on ex ligny si
ne fuligine*

Pilos oculis molestos diligenter uelles, atque eorum loca hircino sanguine receti, aut leporis, aut uespertilionis inlines, uel canino lacte cointeges, aut acu cuprea calido acetato sepius delibuta perduces. Capnos nomine est herba cuius succus uino mixtus atque inlinitus locis de quibus pili ab oculis sunt extirpati, renasci eos non permittit. Ranunculum uiridem comprehendens acu cuprea pungito, & sanguine eius excepto palpebras de quibus pilos

pilos tuleris subinde contingit, nunquam renascentur. Sanguisugarum in olla combustarum tritus delicatissime cinis, & uulsi pilis palpebrarum impositus uel inspersus, renasci eos non sinit. Adipe uituli si palpebras crassiores perunixeris, extenuabis eas & ad sanitatem perduces. eiusdem medulla cum cera & oleo rosaceo æquis ponderibus liquefacta & permixta, & ad emplaсти modum imposta, duritas palpebrarum & si qua illic in modum pilularum nascuntur commollit ac discutit. *Aegilopias* emendat firmus columbinus ex aceto coctus & inlitus. cicatrices quoq; oculorum & albugines mire detergit. Inula rusticæ radix ualide commundata & cum succo suo imposta, ægilopas potenter emedat. quæ quia ubi aruerit cadit, recentior donec persanet assidue debet imponi. Ad nyctalopes lychnitens lapidem quem nos carbunculum dicimus, tecum habeto, magno remedio uteris: quem ut uerum esse scias, sic experire, si festucas leues adnotas ad se rapit, sicut lapis magnes ferrum rapere consuevit. Iecur ouillum, id est, ouis candidæ discoctum, cum aqua mades factum contritumq; & oculis superpositum nyctalopas purgat. *Varulus* id est, hordeolis oculorum remediu tale facies. anulos digitis eximes, & sinistræ manus digitis tribus, oculum circum tenebis, & ter despues, terq; dices, rica, rica, soro. Si in dextro oculo uarulus erit natus, manu sinistra digitis tribus sub diu orientem spectans uarulum tenebis & dices. nec mula parit, nec lapis lanam fert, nec huic morbo caput crescat, aut si creuerit, tabescat. cum hæc dixeris, iisdem tribus digitis terram tanges, & despues idq; ter facies. Efficax hoc remedium hordeolis: nouem grana hordei sumes & de singulis uarū punges, perq; singula puncta carmen dices: & projectis nouem granis, septem alia corripies, & similiter de singulis punges, & carmine septies dices. abiectis etiam his, quinq; sumes, & idem quinquies facies. idem de tribus granis similiter. idem de uno similiter. carmen autem hoc dices. *Lvacia, Lvacia, καροτερια, συνεωβετι.* Item hoc remedium efficax, grana nouem hordei sumes, & de eorum acumine uarolu punges, & per pungitorum singulas uices, carmen hoc dices. φυγε φύγε, κερβη τε θάκε. Item dito medicinali uarum contingens dices ter. uigaria, gasaria, uarumq; grano hordei ardenti, aut stipula fœni, aut palea ures.

CONFECTIONES COLLYRIORVM DIVER

forum de experimentis sic.

Collyrium factum ad recentes caligines, & coepitas suffusiones oculorum, conficitur sic. cadmiae $\frac{1}{2}$ s. nardi celticæ $\frac{1}{2}$ s. acaciæ $\frac{1}{2}$ s. æteris usti $\frac{1}{2}$ s. stibij cocti $\frac{1}{2}$ s. myrræ $\frac{1}{2}$ s. lycij $\frac{1}{2}$ s. croci $\frac{1}{2}$ s. cerasussæ $\frac{1}{2}$ s. aloes $\frac{1}{2}$ s. æruginis $\frac{1}{2}$ s. lepidos cypriæ $\frac{1}{2}$ s. opij $\frac{1}{2}$ s. piperis grana uiginti. castorei $\frac{1}{2}$ s. gummis $\frac{1}{2}$ s. hæc omnia in puluentem tenuissimum redacta aqua pluiali colliges & collyria inde formabis,

*Superstitione
carmina*

Monemerum quæ in umbra siccentur. Collyrium nomine monemeron, facit ad imper-
tus lippitudinis ex ouo inunctum: ita ut cum ovi liquidissimo inunxeris lip-
pientem, pusillum sustineat, & iterum cum inunges: quæ cum bis aut ter in-
unxeris eadē die iube bis lauari. hoc collyrium facit ad scabritudines, & dia-
theses tollendas ex aqua inunctum, recipit autem hæc. Lapidis hæmatitis
xii. popholygis xii. croci xii. myrræ xii. æris usq; vi. Nardi
syriaci xii. piperis albi grana xx. opij vi. Gummis xix. hæc uniuersa
in puluerem tenuissimum redacta, postea cum falerno uino cōteres, atq;
Didibanos inde collyria facies, quæ diu in umbra siccentur. Collyrium dialibanos,
ad suppurationes oculorum, conficitur sic. cadmiae s. cerussæ xii. opij
i. gummis s. rosæ siccæ i. gentianæ s. puluerem tenuissimum ex
his factum cum aqua pluuiali teres, & ita collyria qualia uolueris effinges.

Dialepidos Collyrium dialepidos accipit hæc. Croci iii. spicænardi v. cadmiae
i. hæmatitidos i. piperis grana v. myrræ i. æris usq; s. lepidos i.
gummis i. rosæ uiridis foliorum purgatorum ii. hæc ut supra de alijs
collyrijs scriptum est, trita aqua pluuiali subiges, & ita collyria formabis.

Collyrium ad lippitudines & primos imperus oculorum, conficitur sic.
Acaciae x. cadmiae combustæ & de lacte caprino aut muliebri, quod me-
ius est extinctæ & tunsæ & cibratæ & lotæ bene, donec aqua eius limpida
sit x. hoc quoq; pluuiali aqua colliges, & ita collyria formabis. Col-
Diamyros lyrium diamyros, quod facit ad aspritudines oculorum tollendas & ad la-
crymas substringendas, componitur sic. misy combures hoc more: coniici
Pultarium es illud in pultarium & purgabis & in furnum mittes, ut tamdiu coqua-
tur donec sit sanguineum. huius ergo v. spicænardi v. croci ii.
cadmiae s. æris usq; s. opij s. myrræ s. lepidos cypriæ s. gum-
mis i. s. hæc tunsæ & cibrata cum uino optimo teres atq; inde collyria for-
mabis. Quidam adjiciunt huic collyrio uiperam siccā & arefactam bene
in sole, tanquam si sit salita. hanc ergo si uolueris adjicere, ex ossibus prius
& linteolo inuolues, atq; ita super eam uinum unde collyrium hoc tempe-
randum est defundes, sed prius eam sic præcantabis: ne lacrymus exeat, ne

Vipere incan- extillet, ne noceat. dices autem: quomodo tu non uides, sic & tuus succus
tatio gustatus nulli noceat, sed ob rem propter quā adiecta es proficias bene cu-
ratione precor. Collyrium liquidum delacrymatorium accipit hæc. che-

rium lidoniæ herbæ succi s. mellis attici i. opobalsami s. succi porri s.
hæc mixta de ipso succo colliges, uel de aqua fontana, atq; ita collyria for-
mabis. Collyrium siccum oculis siccandis utile, conficitur sic: cadmiae i.
æris usq; i. stibij i. adjicies huic collyrio si acrius illud facere uolueris,
stactes s. & tundes atq; cibrabis per tenuissimum cibrum, & sicco pul-
uere ueris. Aliud siccum collyrium ad idem efficax, sic. cadmiae viii.
salis ammoniaci vii. piperis v. cassiae v. tundes hæc atq; in puluerē
tenuissimum rediges, & sic ueris. Collyrium siccum calliblepharon con-
ficitur

ficitur sic. stibij combusti ✕ i. piperis albi ✕ s. folij capitulum i. stibium com
bures & lotio pueri in pubis extingues & siccabis & tudes & cibrabis & sic
uteris. Collyriū dioxus ad aspritudines oculorū tollendas conficitur, cad *Collyrium*
miæ ✕ xii. æris usti ✕ x. hæmatitis ✕ v. myrræ ✕ iii. gummis ✕ vii. *Dioxus*
haec in puluerem redacta aceto optimo colliges, & deinde collyria forma-
bis. Collyrium stactum accipit haec: piperis albi ✕ ii. cadmia ✕ vii. s. *Stactum*
cerussæ ✕ v. s. indici ✕ v. s. opobalsami ✕ s. gummis ✕ viii. haec in pul-
uerem redacta salerno uino temperabis & colliges. Collyrium diapso, *Diapsoricum*
ricum accipit haec. piperis albi ✕ i. croci siculī ✕ i. myrræ ✕ ii. amyli ✕ i.
opij ✕ s. opobalsami ✕ s. gummis ✕ ii. aqua pluuiali haec colliges tunsa
atq; cibrata atq; inde collyria facies. Collyrium dialibanum, *Dialibanum*
✖ i. s. cerussæ ✕ i. turis masculi ✕ i. opij ✕ i. gummis ✕ i. aqua pluuiali
colliges haec similiter tunsa atq; cibrata atq; ita collyria formabis.

Hygra ad suppurationes oculorum conficitur sic. croci siculī denarium *Hygra*
unum, turis masculi ✕ i. ex melle optimo despumato haec bene trita collig-
ges, & cū eo prius bene permiscebis, & sic collyria facies. Collyrium idem
id est, hygra recipit haec, croci ✕ iii. æris usti ✕ v. cadmia ✕ ii. hæma-
titis ✕ v. s. folij ✕ i. amomi ✕ i. stibij ✕ i. cerussæ ✕ i. myrræ ✕ i. opij
✖ i. piperis albi ✕ i. gummis ✕ ii. s. uino amineo tunsa & cibrata haec col-
liges atq; ita collyria formabis. Collyrium dialoes conficitur sic, cadmia ✕
✖ i. s. hæmatitis ✕ v. ammoniaci ✕ i. s. opij ✕ s. æris usti ✕ s. aloes ✕ ii. eru-
ginis ✕ s. opopanacis ✕ s. salis ammoniaci ✕ i. galbanij ✕ s. myrræ ✕ s.
fellis taurini ✕ s. lepidos ✕ s. gummis ✕ i. s. cum aqua pluuiali haec in
puluerem redacta teres, & formabis. Collyrium diaſmyrnes recipit *Dismyrnes*
haec, croci denarium unum, cadmia ✕ s. hæmatitis denarium unum,
myrræ ✕ s. misui ✕ s. piperis ✕ s. opij ✕ s. gummis ✕ s. puluerem
tenuissimum harum specierum cum uino ueteri teres, sed collyria inde
formabis. Hygra ad suppurationes oculorum recipit haec, cadmia ✕
viii. spodi ✕ iii. stibij ✕ vii. croci siculī ✕ vii. amyli ✕ vii. opij ✕
iii. gummis ✕ iii. haec in puluerem subtilissimum redacta cum aqua
pluuiali teres & formabis. Descriptio xerocollyrij quod calliblepha-
ron dicitur, piperis — i. stibij — i. folij — i. lapidis phrygij p. i. quem lapi-
dem diuides in partes septem & combures, combustum extingues hoc mo-
do, unam partem in balsamo, alteram in omphacio, tertiam in lacte mulie-
bri, quartam in uino, quintam in urina infantis, sextam in butyro, septi-
mam in melle attico, que omnia in minutissimum puluerem redacta cibra-
taq; miscebis: quod si acrius esse uolueris, adiectes balsami unciam, piperis
semunciam. Descriptio acharisti collyrij: æris usti & loti unc. ii. cad-*Acharistum*
mia & loti — ii. & 3 vi. croci — i. opij — i. & 3 vi. myrræ troglodytidis 3 iii.
turis vi. gummis 3 xviii. uini optimi quod sufficiat quo omnia colligan-
tur & collyria fingantur. Descriptio trachomatici collyrij: æris usti *Trachomatus*
g & loti *cum*

& loti e xviii. cadmia & lotae e xviii. lapidis haematis uncia una, chalcitis ustae e xvi. aeruginis e ix. opij e vi. gummis e vi. aquae pluvialis quantum satis sit ad colligendum puluerem, & collyria formanda miscebis.

Descriptio musæ collyrij: aluminiis schisti e xviii. aloes e xviii. myrræ e xviii. croci e ix. crocomagnatis e ix. chalcanthi e xviii. maligranati calicorum semunciam, quæ trita diligenter cœnomelite confundes, & colliges, & formabis. *Descriptio rosacei collyrij:* rosæ unc. nouem, cadmia & lotae unciæ tres, æris usci scripula septem, croci scripula xii. stibij e nouem, aeruginis e septem, spicænardi e septem, myrræ e septem, opij e duodecim, gummis unciæ tres, aquæ pluvialis adiçies quantum sufficiat ad colligenda & formanda collyria. *Descriptio stacti collyrij:* cadmia p. unum, stibij p. s. æris floris unc. tres, misyos unc. iii. piperis unc. tres, aeruginis — ii. opij — ii. balsami — ii. gummis selibram: hæc omnia diligenter trita & cibrata aqua pluviali colliges & formabis.

Proteus Collyrium quod proteus dicitur, facit ad oculorum suffusiones & ad omnem caliginem & albugines detergendas, conficitur sic. cadmia & lotae — v. psimythij loti — v. chalcitis non ustæ — v. auripigmenti loti — ii. piperis albi — tres, & e xviii. croci uino infusi & triti — ii. myrræ troglodytidis — i.s. guttae ammoniaci — ii.s. rosæ siccæ — v. omnia hæc diligentissime teres ad summam leuitatem, tum addes sagapeni — iii. laseris — ii.s. opopanacis — ii. s. opij — i.s. gummis — ii.s. balsami — ii. quæ per mixta atq; confusa cœlesti aqua colligentur, atq; ita collyria formabuntur.

AD AVRIVM DOLORES VNIVERSOES ET VITIA omnia & surdiginem.

CAPVT IX.

Strigil  ELLIS caprini e unum, mellis e unum, conteres & in strigili calefacies & infundes, & lana obcludes aurem. Nihil hoc mendicamine potentius neq; certius, etiam si intrinsecus canceruerint aures. Porros uirgines, id est non plantatos, impari numeru mero, & lumbricos terrenos impari numero capies, & simul ex oleo optimo ad tertias decoques, & tepidum inde quod sufficiat infundes auriculæ.

Laser cum lacte caprino incocto recenti miscebis, & inde aures prius dilues, ac postea fel taurinum & oleum cedrinum æquis portionibus mixtum tepens infundes: hoc dolores mire mulcet, & dubium auditum confirmat, & pus collectum expurgat. Coriandrum uiride teres & in uini cyatho miscebis & colabis, & lana molli in aurem instillabis, & eadem lana obstrues aurem.

Ad aures

Ad aures que grauiter dolent & uetera uulnera intrinsicus habent, melis optimi unam partem acerim partas confusas decoques feruori bus tribus, & longius ea ab igne remouebis, donec commotus feruor con quiescat. tum nitrum addes eo usq; donec ex uapore agnoscas nitrum refessisse, & iterum leni igne recoques, ne effeuueat: tunc addes fel hircinum, uel aprugnum, uel uerrinum aut porcinum, dum modo non de scrofa, & commouebis & iterum concoques, ac tepefacies, & inde quantum satis est, auribus infunde. Adeps ranarum palustrium liquefacta Ranarū adeps si tepens in aures infundatur, dolores nimios mitigabit. Dolot au rium sedatur etiam canino lacte & ursino, si recens instilletur. Terreni uermes cum anseris adipe uel cum oleo decocti sine dubio medentur auribus purulentis. Urina apri seruatur in vitro sed melius cum uesica ipsius, quo modo ei sublata fuerit, haec tepens infusa auribus unice prodest. Bestio lae multipedes que contractae in globulos complicantur in oleo excoctae in fusaeque auribus statim prosunt. Tres araneae uiuentes in oleo si ferueant ad focum positae, atq; inde tepidum auribus quod sufficiat instilletur, cito me debuntur. Seuum uitulinum adipe anseris mixtum adiecto ocimi succo, tepidum auribus infusum optime sanat. Raphani quoq; id est, radicis que manducatur succus infusus auriculæ dolenti, infinitum prodest. Gari excellens cyathum, & aceti optimi cyathum, & mellis dimidiū cyathum, super aquam seruentem in alio uaso coques & frequenter desputabis de pin nula, tepidoque medicamine aures inrorabis & conchyliata lanula claudes: ualde hoc remedium inter experimenta laudatur. Fraxini tenerrima folia tundes & exprimes succum eorum, atq; auribus dolentibus tepidum infundes. Fraxini recentem surculum, id est, humore proprio adhuc madente, ex una parte in foco pones, & cum per aliam partem succus ebulliet suscipies eum diligenter, & oleo addito tepefactum auribus instillabis. Cardui siluatici semen ex oleo coques ita leniter ne uratur, quod postea colabis per linteolum, & tepidum infundes dolenti auriculæ, ac deinde lana purpurea obturabis. Croci, myrræ, turis, uncias quaternas conteres & adisci es mel atticum quantum sufficere putaueris, ac decoctum medicamen auriculæ infundes. Galbanum cum oleo rosaceo remissum & ter aut quater infusum auribus mire dolores tollit. Aluminis liquidi — IIII. mellis — III. aceti quartarios tres: alumen cum aceto teres & simul omnia concoques ad tertias: hoc medicamen tepidum auriculæ infusum, pus optime purgat, uermes necat, aquam etiam si intrauerit educit. Herbe polygoni, quam nos Polygonum sanguinalis sanguinalem dicimus, succus expressus & infusus, mira efficacia doloré ulce ratiæ aurium sanat. Adeps anseris miscetur croci succo, & allij contusi succo, que infusa auribus incommodos sonitus tinnitusque earum propriæ & unice tollunt. Pueri inuestis urina recens auriculæ dolenti & ulcerosæ instillata, omni humore siccato, & dolorem tollit, & ulceræ mira cer g i eritate.

Ieritate persanat. Lotio humano ueteri si quis iam desperatum aurium uitium eluerit, saluti integre lenito dolore restituet.

Fel ouillum mulso mixtum si clysterio addideris, & inde auriculas irritaueris, expurgatis ulceribus certissimam sanitatem cotisqueris. idem fel cum lacte mulieris instillatum, etiam ruptas interius auriculas certissime sanat. Coriandri uiridis succus cum lacte muliebri mixtus infusus auriculae, dolorem omnem potenter aufert. Cannabis seminis uiridis succus tepens instillatus auribus dolorem apprime tollit.

Scenecionis herbæ succus itidem auribus insertus, eandem efficaciam prestat, quod ab experto scriptum & proditum est. Si auricula aliquo pacto uitiata fuerit, anserina adipe infusa diligenter expurgabitur, sanitatis reddetur. Compositio medicaminis ad omnia ferè aurium uitia, sic: mellis sextarium, aceti bene acris heminam, radices quæ manducantur tres, mittes in ollam rudem bene lotam, sed mundatas & integras radices mittes & pariter decoques. sed ut ne refrigeretur medicamen, citato igne usq; ad modum luti aquationis decoquatur: deinde cum refrigeratum fuerit, condes illud in uasco uentre, ac tepefactum quamdiu dolorem & tintitum, uel sonitum auriculae perleniat, in aurem de spicillo infundes.

Picis flos, **pisselæon** Infirmatis auribus prodest præcipue picis flos, quem pisselæon Graci uocant, cum oleo communi mixtus, ita ut tertia pars sit olei: nam & dolorem sedat, & non patietur suppurationem fieri, & si facta fuerit, eodem medicamine persanatur. ad summam, ego ipse diu uexatus auris tædio, cum multis frustra usus essem medicamentis, ab hoc sum persanatus & alios complures sanaui. florem autem picis appello, qui excipitur dum ea coquitur, lana superposita eius uaporí. hoc etiam grauem odorem de aure protinus tollit.

Ad auriculae tumorem & dolorem sine ulcere, prodest herbæ urceolaris aut cucurbitæ ramentorum succus recens ac tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus.

Cutiones bestiolæ sunt multipedes, cute dura & solida, quæ tactæ complicant se in orbem pilulæ rotundissimæ, polypodias Graci appellant. hæ complures coctæ cum oleo molli in uaso ferreo, remedio sunt auribus laborantibus, si inde curentur.

Gliris pingue, & gallinæ adeps, & medulla bubulina uel taurina liquefacta tepensq; infusa auribus plurimum prodest. Benefacit hoc medicamentum & ad tumorem & ad exulcerationem aurium: aceti acris sextarijs duobus incoquuntur mala granata duo, quibus coriarij utuntur, & quia semper acida sunt nec unquam maturescant rhoas oxias hæc

hæc græci dicunt. Tum deinde adiiciuntur his & admiscentur aluminis fissi — ii. acaciae suci — ii. & cum bene permixta hæc & coagitata fuerint, reposuit medicamentum in ampulla uitrea: cum opus est, ad tumorem, calidū per strigilem infunditur, & foramen summum auriculæ lana succida tegitur, ad ulcus autem frigidius medicamen per ciudem generis lanam & auriscalpium injicitur. Aliud medicamentum ad tumorem aurium & ex ulcerationem: mellis cyathi iii. aceti acris cyathus i. s. miscentur, postea adiicitur gari optimi cyathus unus, deinde carbonibus inferuescit, cuius spuma surgens pinnula abiicitur, & tam diu coquitur uel agitatur, donec habeat spissitudinem, hoc calido ad tumorem, frigido ad ulcus, cum oportebit uteris. Item benefaciet hæc compositio etiam ad ueterem aurium dolorem: aluminis p. i. mellis p. ii. hæc in mortario prius bene permisceri oportet, deinde olla noua excoqui, donec habeant mellis spissitudinem, cum opus est infunditur in auriculam ex lana conchyliata, eaq; clauditur. hoc & combustum locum sanum reddit, sine dolore & sine cicatrice, si ei protinus imponatur. Si caro excruerit in foramine auris comprimetur sine dolore aut ferro, hoc pastillo qui conficitur sic, aluminis fissi p. ii. æruginis p. ii misyos usci p. ii. rubricæ sinopidis p. ii. gummis p. i. teruntur species priores ex aceto acri, donec quasi collyrij confessio leues fiant: ultimum gummi adiicitur, & finguntur pastilli, qui ad omnia ulcera faciunt aqua diluti, emplastri more impositi, cum aut tumores compescendi sunt, aut cicatrices secundæ, sed aquatioribus his uti oportet cum cicatrix ducenda est, ut facilius auriculæ inferantur. benefaciunt ictem & ad nares, qualibet causa exulceratas & grauiter oientes. Araneas uiuentes in aceto macerabis, & sic conteres atq; inde aurem elues, statim proderit. Mel, butyrum, & oleum rosaceum, pari mensura permisce, ac tepidum auriculæ dolentis infunde.

Fel aprugnum, & oleum amygdalinum pari mensura permisce, tepiduq; laboranti auriculæ instilla. Putorem sordesq; auriculæ optime curat cu curbitæ uiridis succus, & porrus capitatus cum oleo decoctus atq; infusus.

Ad auriculæ dolorem hastulæ regiae radicis succus cum melle uel uino infunditur, interdum admisceri oportet turis & myrræ partem, uel capparis foliorum succum infundere, uel rutæ succum, aut eius semen tritum cum rosa, & lentisci succum cum rosa aut amygdalino, uino admixto infundi oportet. Si pus aut sanies manabit ex aure, maluæ succum uino & amygdalino immixtum, uel succo rosæ uel rosaceo, tepefactum instillari oportet: protinus effectum exhibebit. Draconteæ succus aut semen tritum cum rosa aut amygdalino, & uino infusum, purulentæ auriculæ sanitatem maturimam præstat. Crocum tritum cum lacte muliebri, si instilletur tumor, auris plurimum prodest. Hyssopum contusum & cribratum cum aceto & nitro & melle infusum, bene facit ad tinnitus aurium atq; inflationes, sed melius si cyprinum oleum admixtum fuerit. Ad tumores &

g. 3 ad do-

ad dolores auris prōdest, croci & opij par pondus ex aqua tritum, aut ex uino tenui infusum. Opopanax cum rosa & amygdalino, & uino trita reēte laborantibus auribus instillatur. Allium rotundum tritum cum acetō, repositum in pyxide plumbea, & cum opus fuerit cum acetō & rosa in fusum auribus prodest. Opobalsami, rose, croci unguentarij, opij, singulorum æqua pōdera, trita, tepefacta, infusa auribus prosunt. Virentis paupieris succus cum rosa uel amygdalino, & uino, uel porti seminis succus cū lacte muliebri, uel ueratrum album tritum cum amygdalino oleo aut roseo, uel succus granorū punici mali cū rosa aut oleo amygdalino infusus do lentibus auribus prodest. Croci ✕ vii. nucis amarę ✕ v ii. mellis boni cyathos iii. aceti boni quod satis erit, mittes ut spissitudinē habeat medicamentum mellis liquidi, & simul permixtum atq; excoctū dolentibus auribus instillabis. Myrræ, croci, opij, nardi spicæ, turis corticis, mali punici aridi, fabæ ægyptiacæ pulpam, nucum amararum interiora, mellis boni, singulorū ✕ iii. castorei ✕ ii. aluminis fissi ✕ ii. piperis longi ✕ i. tritis his omnibus diligenter & cum acetō acerrimo mixtis atq; excoctis, fieri oportet medicamentum tam temperatum ut simile sit passo. hoc tepefactum instilletur, etiam exulceratis auribus mire prodest. Ad incipientes dolores aurium & exulceratas aures hoc medicamen facies, turis ✕ iii. mellis — iii. uini austeri cyathos ii. aceti acertrimi cyathum i. nardi syriaci ✕ ii. myrræ ✕ i. croci ✕ i. s. nuces amaras numero iii. aphronitrum uictoriati pondus. piperis longi. ✕ i. fabæ ægyptiacæ grana purgata iii. hæc omnia primum per se, deinde in unum mixta teruntur, & tepida dolentibus auribus instillantur. Castorei obolos ii. id est, duas partes uictoriati, radicis lanariae, sa

Fabe purgatae grana

Victoriati pōlis ammoniaci, ueratri albi idem ponderis, quibus superadijcie croci uidus obolorum c̄toriati pondus, olei irini & mellis pari mensura, id est, singulorum ✕ xv. trium ea seorsum prius singula trita miscentur in unum, faciunt bene ad dolorem & ulceram aurium tepide inserta. Dolenti auriculæ oportet farinam ordeaceam per se coctam ex aqua mulsa cataplasmati more à foris imponeat, uel farinam lini seminis & fœnogræci in unum coctam, uel alteram eam cum farina ordeacea, similiter ex aqua mulsa coctam: oportet etiam extra adhiberi spongias molles & aqua calida bene expressas, deinde tepidum instillare amygdalinum oleum uel lauritum saepius in die. Prodest bene auribus infirmis huiusmodi medicamentum: myrræ denariū i. croci ✕ i. styracis globulos nō ampliores quam cicer est, numero xxii. piperis longi grana xxx. nuces amaras numero xxii. cū acetō hæc teruntur, tādiu donec habeat spissitudinē passi, atq; ita reponuntur in pyxide cuprea aut in doliolo uitreo: cū opus fuerit medicamentū rosa admixta liquefactū tepidum fiet, quod in lana succida auribus instillabitur. Nardi syriaci ✕ vi. aphronitri ✕ vi. myrræ ✕ iii. piperis longi & turis ✕ iii. mellis attici denarios quatuor, balani qua unguentarij utuntur in pilulis ✕ vii. fabæ ægyptiacæ

bæ ægyptiacæ interiora quæ sunt amara ✕ vii. diligenter & seorsum trita prius hæc postea permixta cum aceto leuigantur, & cum res postulauerit rosacei olei quod satis sit admiscebitur, atq; ita tepens instillabitur hoc medicamentum, quod protinus omnes aurium sedabit dolores. Hæc quoq; compositio statim dolores aurium sedat. centauricæ succo, si non folidum ulcus fuerit ex aqua uti oportebit, cum autem multum puris erit, unum ad miscebitur. Supra opinionem efficax auribus hoc medicamentum repetitur: myrræ, croci, opij, nardi syriaci, turis corticis, malii punici aridi, fabæ ægyptiacæ quæ sunt interiora, nucum amararum itidem, mellis boni, singulorū ✕ quaternos, castorei ✕ ii. aluminis fissi ✕ iii. piperis longi ✕ i. omnia prius seorsum diligenter teruntur, poste à cum aceto acerrimo mixta teruntur tandem donec habeant spissitudinem passi. cum opus fuerit medicamentum instillatur tepidum: idem facit egregie & ad ulceræ aurium sanâda atq; purganda. His qui surdi sunt & quorum aures sonant succus uiræ inmature & rosæ pondere pari admixtus tepideq; infusus plurimum prodest.

Faciunt bene ad auriū uitia, & emplastra quæ scripta sunt in libro secundo, *Liber secundus* plurima rosa, uel amygdalino, & uino diluta, præcipue quæ inscribuntur, *Marcelli Cyzicena*. Terreni uermes cū adipe anseris decocti infunduntur auribus *Cyzicenæ*, etiam ad iam deplorata uitia. Spumæ argéti ✕ vi. olei laurini libram te, *plastra* res in mortario, & coques ad spissitudinem mellis, & auriculæ dolenti infundes. si autem & cætera quæ infra scripta sunt habueris eadem medicamine admiscebis, croci ✕ i. myrræ ✕ ii. rosæ siccæ ✕ ii. hæc uniuersa pariter miscebis, & auriculæ dolenti infundes, qua re curabis & concretionem siue hyperfarcosim auriū, si addes & aluminis schisti ✕ ii. olei cedrini cyathos *iii.*

Aduersus grauitatem audiendi, fel bubulum cum urina hirci, auriculae quæ molestiam surdiginis patitur instillabis, statimq; subuenies.

Auribus purulentis nitrum uino liquefactum recte infunditur, quia statim prodest. Ad aurum dolorem quæ pus emittent, laridum uetus simum teres in mortatio, & succum illum lana delicata collectum in auriculam intimes, & subinde aqua calida souebis, & iterum succum illum infundes, mira uelocitate sanabis. Pullinum sanguinem tepidum in eam aure quæ obtusior erit uel dolebit, infundes. Lotium caprinū sub eo mométo quo egeritur, tepidum auri obtunse infundes. Apri etiam lotium in fumo siccatum & melle liquefactum auri infunditur, & remediatur surdiginæ uel dolorem. Ad auris dolorem mel stillatitium opus est, quod ita facies. fauū contundes & suspendes in linteo nitido & denso, & quod decurrerit suscipes in calice, quem calicem postea pones in ollula fabri cum calida feruentissima, quantum calix sufferre possit, atque inde medicinali spicillo in aurem infundes quæ dolebit, quam lana claudes. iacere autem debet in alio latere is cui medendū est, tādiu donec cōbibat mel quod infusum fuerit. Sābuci uiræ maturæ exprimes & pones ut cōsidant sordes, & post hæc colabis, ut sit

g 4 liquidissit

liquidissimus succus: de hoc liquore duas partes mittes & unam mellis stilaticij aut certe attici optimi, & sic decoques in uase duplice ad tertias, tum decoctum recodes, & cum opus fuerit, calidum per spicillum medicinale in aurem infundes, ita ut postmodum ipsam de lana marino conchylio infecta claudas.

Lana marino conchylio infecta claudas. Cunilæ viridis succus expressus atque auriculæ infusus, unice dolorem tollit. Vettinicæ herbæ viridis & recentis folia uel per se uel in aqua madefacta terito, succumq; eorum excipito, deinde adiecto roſe succo aut rosaceo oleo tepido, in aurem instillato, lanaq; claudito, mirum est. Si auricula interius ulcerosa erit: porri sectui succum 8.1. cum melis hemina ad tertias decoquito, & per lanam tepidum in aurem instillato:

Cannabis foliorum succus auriculæ instillatus uermes innatos necabit, & si quod aliud animal inreperit interficiet. Eiusdem seminis viridis succus instillatus dolorem omnem auriculæ potenter auertit. Cæpè succus cum melle permixtus, & auriculæ instillatus, grauiter audientes emendat, dolorem sedat, purulenta expurgat, uermes enecat, aquam etiam quæ ingressa fuerit & omnem humorem educit. Cyminum silvestre cōtritum & succo rutæ inmixtum, instillatumq; auriculæ dolorem lenit: uentos quoque interius sonantes remouet atq; omne uitium potenter emendat.

Polygonon multa uocabula latia habet Herbam quam græci polygonon, nos aliquot uocabulis sed præcipue sanguinalem dicimus, mira efficacia dolores aurium discutere, etiam nos experti sumus, si expressus succus eius tepefactus auribus instilletur. Ser-

Nardum liquidum, est nardi num nacionis herbae succus cum liquido nardo instillatus, & dolores & ulcera aurium sanat. Oleum laurinum strigili ferreæ inditum atq; ita calefactum infusumq; auriculæ dolorem sedat. Vermes ex qualibet arbore rubri coloris contriti cum oleo & infusi, dolores aurium sedant. Aqua ingressa auriculam si dolorem faciet, rubi teneri succus expressus & infusus sine dubitatione sanabit. Salicis succus foliorum cum rosæ succo aut rosacco oleo, in cortice malii punici calefactus, & auriculæ inditus, mire succurrit.

Gallæ ex uino decoctæ humor instillatus auriculæ ex qua sanies fluit, etiam quæ fuerint purulenta purgabit. Resina terebintina remissa adiecto muliebri lacte instillata, ruptas auriculas potenter sanat. Nucis iuglandis foliorum succus tepidus instillatus, dolenti auriculæ mire proderit.

Myrræ tritæ uictoriati argentei pondus, & lanæ succidae nō carptæ cōbstæ pulueris tantundem, infuso passo cretico simul terito donec ad crassitudinem mellis redigas, tum calefactū per triduum auriculæ infundito, quarta die sanam efficies, & mirabere magnum remedium. Turis masculi, myrræ troglodyticæ, croci corycij, tantundem ponderis, nucum quoq; amararum tantundem miscebis, sed omnia ad summam leuitatem contrita adiecto acetato temperabis, ita ut medicamē ad crassitudinem liquidi mellis adducas: tum in pyxidem plumbeam transfundito, atq; illic sub signaculo conditū habeto: cum opus erit purgata prius auticula utere, ita ut ex eo lanulā mā defactam

defactam inferas: hoc auxilio usq; ad perfectam sanitatem uti poteris, namq; non solum dolores aurium, sed & uetera & purulenta uitia potentissime expurgat & sanat. Galbanum rosa liquida aut unguento nardino dulutum instillatumq;, dolorem aurium lenit. Alumen mulso optimo dulutum & lana instillatum, dolorem aurium sanat. Gallinæ adeps liquefacta & tepide instillata, quodlibet uitium aurium sanat. Galli gallinacei ex uentriculo interiore membrana, quæ projici solet, arefacta tritaç; ex uino, adiecto paululo opij, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem eius expurgat & sanat.

Adeps anserina cum croci succo mixta & tepefacta ac sic infusa, a quam & omnem humorem de auriculis euocat & persanat. quod si ex ictu aliquo casu auricula uitiata fuerit, tum per se anserina adeps sola diligenter expurgata, leuiç; igne liquefacta, infusa auriculæ, & dolorem tollit, & uitium persanat. eadem adeps adiecto ocimi suco tepefacta instillataç; dolores auricularum infantilium leuat. Aranei triti humor expressus & rosæ liquidæ quantum videbitur immixtus, lanaç; molli madefacta auriculae insertus, continuo dolorem releuat. Spuma equi recens detracta & cum olco roseo infusa, auricularū quamuis uehementes dolores resoluit.

Verrinū fel in mali punici cute sicca tepefactū infusumq; purulētas auriculas expurgat. Verris cū scrofam saliet priusquā in terrā destillet de ueridis eius uirus, exceptū tepefactumq; & cum aquæ modico auriculæ inditū, quāvis molestos dolores releuat, quod etiā circa auriculā inlitum plurimū prodest. Apri lotiū infusum auriculæ ualde medetur, quod quia uetustū magis prodest, collectum seruari debet in uaso uitreo, ut sit ad remedia præparatū. Cū felle uitulino & aceto pari mēsura serpentis senectus id est ex uia decoctæ, & lanula madefacta medicamentū auriculæ insertū, maximè utilitatis esse creditur, si prius feruenti aqua de spōgia aurē foueris. Vituli adipem resolutā succo ocimi adiecto, si pariter tepefactā auriculæ infuderis, amarissimo incommodo laborantem continuo liberabis. Medulla eiusdem uituli recens cum cymino contrita infusaç; quamuis magnos dolores auriculæ statim releuat, & intra triduum tollit. Lotium caprinum instillatum dolorem sedat, quod magis prodeste suppuratis auribus adfirmatur, ob quam causam presentis auxiliū plures exceptum & cornu caprino inditum, in fumo suspensum, diligenter ad necessarias medelas referuant.

Pueri in pubis mingentis lotium exceptum & recens ac tepidum auriculæ suppuratæ instillatum, humore exsiccatu dolorem tollit, & mira celeritate ulcera ad sanitatem perducit. Saliua hominis ieuniū auriculæ indita, uermes si qui erunt erumpere ex ea constat.

Butyrum recens instillatum, humores doloresq; aurium sedat.

Terrestres lumbrici combusti ac triti, & cum rosa liquida mixti, infusioç;

infusisq; aurium dolores citissime sedant. Lac muliebre mixtum cum sulphure auriculae infusum dolorem lenit. epiphoras quoq; earum resoluit, hoc potentius si etiam extrinsecus eodem lacte aures perunxeris. Si de-
xtram aurem aquam ingressa fuerit sinistro pede infistes, & caput in de-
xtram partem inclinabis, similiter facies ediuerso si sinistra auricula aquam
acceperit. Gari optimi cyathum unum, mellis optimi dimidium cya-
thum, aceti optimi cyathum. hæc mixta in calice nouo denso super aquam
feruētem quam leni pruna feruere facies. ita despumabis ut pinnula omnis
spumas ejicias, deinde cum bene fuerit despumatum medicamē recondes,
& cum uti uolueris tepefacies, & tenuiter infundes, & madefacta lanula au-
rem claudes. hoc medicamento ad omne uitium aurium mirifice uteris. sed
si tumor auriculae erit succum coriandri uiridis tepidum prius infundes. de-
inde supra scriptum medicamen cum tumor desiderit instillabis. Pu-
tulentæ & obtunsæ auriculae & dolorem tolles & auditum confirmatissimū
reddes, si prius eluas eam lasere cum recenti caprino aut mulieris lacte per
mixto, deinde instilles tepidum fel taurinum cum oleo cedrino æquis por-
tionibus mixto. Fellis aut lactis canini 3 unum, mellis optimi 3 unum,
miscebis, conteres, & instrigili calefacies, & auriculae infundes, & lana ob-
cludes, nihil potentius neq; certius hoc medicamine etiam si intrinsecus can-
cerauerint aures. Cardui siluatici semen ex oleo coques, ita lente ne ura-
tur, id colabis per linteum & tepidum infundes, & purpura autem obtura-
bis. Herba leucadion cum uinaceis in unum trita, adiectoq; aceto & a-
qua commixta, expresso per linteum succo eius, & cum lana alba auribus in-
serto, post tertium diem exempta, auditum restituere adfirmatur. Can-
damum, id est, nasturcum tritum cum fico, atq; auriculae inditū, his qui gra-
uius audiunt prodesse fertur. Oleum ex nuce iuglande instillatum au-
riculae, gravius audienti ualde prodest. Cedri resina hyssopi decocti a-
qua diluta, & auriculae indita, sonitus tinnitusq; omnis discutiet, & auertet
dolorem. Oua formitarum contrita & auribus instillata, quamvis ob-
tunsos auditus adaperire creduntur. Canis adeps cum oleo ueteri &
succo absinthij auribus instillata quacunq; ex causa exfurdatas aures, mi-
ro modo reparare creditur. Aphronitrum delicatissimum, & mel opti-
num, & acetum acerrimum, conteres pariter usq; ad summam leuitatem et
auriculae infundes: non solum auditum restitues, sed & dolorem emenda-
bit. Parum audientes acetum utiliter gargarizant. Si aliquod ani-
mal aurem intrauerit, præcipuum remedium est, murinum fel aceto dilutū
instillate. Gliri seu blattæ pellis detrahitur, & intestina eius decoquun-
tur in uaso aereo nouo cum mellis heminis tribus usq; ad tertias, atq; ita ser-
uatur, ut cum opus est strigili medicamentum tepefactum auribus infunda-
tur. Si caro creuerit in auriculae foramine comprimetur sine ferro & do-
lore, medicamine tali: aluminis unciam semissem, misyos usci — s. sinopidis
rubricæ

rubicæ — s. gummis — s. tritis cæteris ex aceto acri & ad instat collyrij leuigatis, gummi admiscetur ut pastilli corpus efficiat, & sicut collyrium trium superponitur, aut infus. litur: hoc & dolori, & putori, & uulneri medetur auriculæ. Corticem de fraxino uiridi contunde, ac succum eius tepidum auriculæ adsidue infunde donec persanetur. Mel, myrram, acetum, in se coques, & in aurem tepidum mittes. Aphronitrum delicatis simum, & mel optimum, & acetū acerrimū conteres pariter usq; ad levitatē, & tepefactum auriculę infundes. propter effectū medicamen iterum scripsi mus. Porri sectiui succum & lotium apri, & oleū cyprinū pari pondere coniunges, & tepefactū auribus instillabis. Herbā, quæ gallice uernetus dicitur, cōteres & exprimes, & succū eius auriculæ nō audiētis infundes, hoc remedium etiā dolorem emendat. Herbā quæ gallice dicitur blutthagio, nascitur locis humidis, eam teres succumq; eius etiā si modicus fuerit, cum modico aceti confundes, & pariter teres, colatumq; ac tepefactum auribus instillabis. Radicis syriacæ succum in aurem quæ auditu difficulti erit infunde, gratulaberis remedium.

AD OMNIA VITIA NARIVM ET AD PITV
tam remedia physica & rationabilia diuersa, de experi
mentis multorum. CAPVT X.



LERVNQVE erumpit nimium è naribus sanguis, qui cum abū
danter fluxit nisi celerius supprimatur periculum adfert: prodes
rit ergo aqua frigida uel posca subinde totam faciem per spō
giām refrigerare. Acetum acre infundere in aurem pro
dest, cuius è regione sanguis fluit, aut in utrāq; mittere, si ex utrāq; nare ma
nabit. Gypso totam faciem cum fronte, & maxime nares, crassius obli
nere prodest, & caput frigida aqua multa perfundere, Cucurbitam
quoq; medicinalem occipitio adfigere plurimum prodest. Injicere au
tem intus in narem oportebit cocleæ uiuæ carnem per se, aut cum turris pol
line tritam. Verbenam herbā, quæ quia multa est & ubiq; nascitur poly
gonos appellat, inseri naribus prodest. Similiter facit & lysimachios her
ba trita imposita. Eodem genere proderit & spongiæ particulam præse
ctam apte forifice, & ad amplitudinem narium figuratam injicere paulò
pressius, aceto infectam, & interdum eodem inspersam. Gallæ & chalci
tidis puluis curiose tritus, atq; in unum æquis pōderibus mixtus, insertusq;
naribus optime sanguinem sifit. Bene supprimit & hoc medicamentum
sanguinem de naribus profluentem: mali corticis quo coriarij utuntur P.I.
aluminis ægyptij P.I. chalcitudis P.I. diligenter trita hæc & in unū permixta
per sucidam lanam injici naribus oportebit: facit autem etiam ad omnem
ex qualibet parte corporis, uel ex quolibet uulnere sanguinis eruptionem.
Quoniam interdum ita ut diximus minus curati, naris uitio prefocari ui
dentur,

*Verbenapoly
gonos*

dentur, maxime cum obturato utroq; foramine narium, spirādi facultas erit
pitur: non alienum est scire qua ratione utruncq; prestari possit, ut neq; spira-
tio impediatur, nec remedium efficacissimum, per quod opitulatio naribus
efficitur, excludatur. oportebit ergo sumere pinnam anseris quam maxi-
mam, uel calami scriptorij fistulam modice pleniorem. deinde aptare ad lo-
Cautio in san-
guine narium
sistendo
gitudinem nasi, atq; ita praecidere ut ex utraq; parte perforata sit, atq; inuol-
uere eam fasciola tenui linea quasi instita, & explere circuitum eius, donec
uldeatur in narem cum cunctatione quadam recipi posse, atq; ita ut est cir-
cumvoluta immergere eam naso, aceto acri infectam, & per eam int̄scere in-
terdum acetum acre, uel succum supra dictorum medicamentorum, hoc au-
tem remedio magis uti oportebit cū per utrasq; nares fluxerit sanguinis ab-
undantia. Si quando ulcuscula in naribus fuerint, sanabuntur fomento
aqua purae calidæ per molles spongias, & medicamentorum infra scripto-
rum perunctione, id est, succo de moris cum uino tepefacto permixto com-
posito ad spissitudinem mellis. Rosæ aridae uel recentis folijs tritis ex
uino melle adiecto, infici nares utile est. Vuæ immaturæ succo eodem
modo composito quo succum de moris componi debere supra diximus,
nares fluentes repleri percommodum est. Malorum punicorum dul-
cium atque acidorum succo eodem modo composito, nares stipandæ sunt.

Myrti baccis atque folijs tritis ex uino in mellis spissitudinem, uti ut su-
pra scriptum est conuenit. De terebinthi, lentisci, rubi, fruticibus & fo-
lijs succo similiter composito uti debebis. Sertula campana ex passo de-
cocta & insufsa naribus prodest. Mel per se coctum & cum galla syria-
ca contusa, ac tenui cribro transmissa permixtum, atque infusum naribus
prodest. Grauedines narium sedabuntur quæ ex sole aut perfrictione
generantur, abstinentia ciborum salforum & inter initia uino remoto, aqua
largiore potata, capite & naribus, nec minus ore diligenter operto. nec non
fomentum ex aquæ calidæ uapore, per spongias molles adhibere extra
oportebit. subinde etiam gargarizare lac tepidum, aut humorem ptisanæ,
aut aquam in qua surfures siliginis deferuerint, uel aquam ex foeno græ-
co decoctam. Sorbitiunculæ quoque profundunt ex amylo, uel
ptisana, uel oryza. Ad ulcera in naribus sedanda plumbi stercus, quod
scoriā dicunt, ex uino, myrtle oleo uicibus adiecto teri oportet, donec spis-
sum fiat, & ita naribus infundatur. Facit & hoc medicamentum bene
grauedini narium. pompholygis \times iii. uino salerno & rosa uicibus adiecta
teruntur, donec medicamentum mellis habeat temperationem, & ita nar-
ibus paulatim infunditur. Ad grauem odorem narium (ozenam Græ-
ci hoc uitium uocant) prodest egregie hoc medicamentum: æruginis p. i.
aut squamæ æris p. i. in mellis p. i. coqui oportebit, & eo uti adsidua infusio-
ne. Ad polypos sanandos, misy ustum, chalcitidem ustam, æs ustum,
æris squamam, paribus ponderibus siccata hec bene teres, & eo puluere uteris
adsidue.

affidue. Quia uero plerique ueuantur nares grauedine, que ex humore earum efficitur, non alienum est scire eius quoque rei remedia. prodest igitur qui es unius diei, & ab omni re abstinentia, perungedem nihilominus nares erunt, bitumine liquido, aut myrra stacta, uel pice liquida, postero autem die pastillus infrascriptus in noctem super cibum dandus erit, & si opus fuerit per triduum continuum eodem tempore dabitus, qui recipit haec, apud seminis $\frac{1}{3}$ mii. anisi $\frac{1}{3}$ mii. alterci seminis, quod hyoscyamos dicitur $\frac{1}{3}$ mii. opus denarii dimidiū. fiunt autem pastilli ponderis uictoriati, & alij tertia parte detracta, datur cum aqua cyathis mii. faciunt autem & ad oculorum epiphoras, & stomachi naufragium, & electiunculas, & ad omnem fluorem. Sistet sanguinem seuum ex omento pecoris naribus inlatum, cocleae contritae & fronti inlatae similiter prosunt. Aranei tela secca adposita subuenit narium cruentis fluitibus: ex feruenti aqua uapor naribus tractus medetur earum grauedini.

Gallinacei cerebrum uel sanguis columbinus ob id seruatus remedioque adhibitus, naribus prodest. sed si ex uulnere inmodice fluat sanguis, sumus *vulnerum sa* taballinus quomodo egeritur adpositus statim subuenit. De porro se, *guini sistendo* etiо trito nares fluentes recte obturantur. *Lana succida coniicitur in* nares cum oleo rosaceo, & auriculae de lana succida obturantur, & ita sanguis profluens continetur. Coagulum agnинum ex aqua subactum & infusum naribus fluentibus mire prodest. Adeps de anseribus cum butyro pari pondere infusus profluuium narium sistit. Terra uel argilla de camino, uel de furno antiquo teritur, & ex aceto temporibus & cerebro naribus quoque inlinitur uel infunditur, quae res profluentem nimie sanguinem sistit. *Tus & resina in farinam redacta naribus induuntur*, quod remedium etiam ex ore manantem sanguinem cohibet. De sanguine ipso qui fluit nomen eius in fronte scribe cui medendum est aduersum profluuium narium, statim subuenies. Scribes carmen hoc in charta uirgine, & linteo ligabis, & medium cinges eum uel eam, quae patietur de qualibet parte corporis sanguinis fluxum. *sicycuma, cucuma, ucuma, cuma, uma, maa.* Item carmen hoc utile profluuiio muliebri. stupidus in monte ibat, stupidus stupuit. adiuro te matris ne hoc iracunda suscipias. pari ratione scriptum ligabis. Myrram cum nardo puro contere & inde nares *Nardum pro* tange, mane & uespera, subuenies sanguini nimium profluenti. *Veru nardino* ferreum candens in aceto affidue extingue, & fumum eius naribus ducito. *Veru ferreum*

Ruta sepius olefactata, uel trita inlita, sanguinem ex naribus nimis fluentem retundit. Radix urticae capiti imposta, si manibus utrisque supra caput contineatur, mire prodest aduersum profluuium narium.

Herbae polygoni corona capiti imposta naribus profluentibus mirabiliter medetur. Costum contusum & cibratum naribus infricato, & profluuium sistet, & ulcera sanabit. Ranae rubetae occisae in fumo a *Rana rubeta* refactae particula quanta videbitur, in linteolo inuoluta, & ex licio collo su-

h spensa

spensa eius cui nares fluunt mire prodest. Linū uel papyrus ligata summitati ueretri uirilis, sanguinem profluentem naribus mire reprimit. Pili caprini combusti, adiecta pice & aceto inserti naribus cito sanguinē sistunt.

Lana succida ex ove fœmina decerpta, atq; intorta, madefacta c̄rosa liquida, & naribus indita sanguinis abūdantiā reprimit. Codeç tritę cū acetō narib. inditæ, quāuis magnos fluores sanguinis cōpescunt. Si fœminę sanguis ex naribus nimie defluat, māmillæ eius uinciatur corrigio caprino.

*Corrigium ca
prinum*

Pili leporis

Verbenæ

Hierobotane

Proserpinæ

Dracontion

Gigarus

Fætor narii

Stercus asinæ

Caballi

Pilos sub uêtre uiuo lepori cādidos uelles, & seruabis, & cū usus exegerit intortos naribus fluētibus fulcies. Specularia cōbusta ex acetō téperantur & frōti eius inlinūtur, cui nares fluūt. Spōgię africanā cōbustæ cinis si naribus hauriat plurimū prodest. Si & per nares & per os sanguis fluat, her

ba uerbena quā græci hierobotanen dicūt, cū suis radicib. ex aqua decocta & percolata potatur. Porrū sectiuū tere, & succū cerebro eius infunde, qui profluvio nariū laborat, statim medebere. Millefoliū ex acetō teritur, & naribus hauritur, cōtinuo quāuis nimiū sanguinē sistit. Si ex una nare sanguis defluit, diuersam auriculā cera obturabis. Carmē ad profluuiū sanguinis ex quo cūq; mēbro manatis locū ex quo defluit, digito medicinali tāges & uicies septicis dices, et quotiēs uolueris repetes, donec fluorē peruincas, soc non sochnō: mire prodest. Pollicē & medicinalē digitū à frōte usq; ad cerebrū, & ide usq; ad ceruicē duces, & nonagies nouies dices, firmio, firmio. qđ ad aurē eius partis dici oportet de qua nare sanguis prop̄sius fluit. Herba uettonicā teres, cui paululū salis quantū duob. digitis pollice & medicinali capere potueris, adiūcies, & formatā pilulā tocundā narib. inseres & oībus uitijis porgatas nares cito ad sanitatē perduces. Polypū emēdat herba pro

serpinalis, quæ græce dracōtiū, gallice gigarus appellat, uel si succus eius naribus infundat, uel si papyrus inde infecta, & spicillo inuoluta narib. inseratur, & postera die educatur. oīs cī morbi radices extrahi eius iniectione manifestū est. Nares grauiter olētes emēdat succus hederae frequenter infusus.

Cuius nares foetebūt remediabitur si nares muli osculetur. Similiter pderit mulieri si nares mulē basiauerit. Qui polypū patitur, brassicæ erraticæ radice cōterat, & eius succū adsidue narib. quantū potuerit ducat, intra triduū remediabitur. Succū hederae & aristolochiā, & cyperū, & dracōteæ semē, & melilotum, æquis mensuris contere ac naribus infunde, quo facto non solum fetorem, sed etiam carcinoma narium curabis. Naso grauiter olenete succus hederae frequenter infunditur, dracontei quoq; succus cum melle inditur, quæ res etiā carcinomata extirpat. Ficus etiā ueteres contritæ & in olla cū posca coctæ naribus instipantur. hoc omnia narium uitia emendat.

Ruta ex acetō acri cōteritur, atq; inde pinnula intingitur. ea in nares cōiecta sanguinem fluentē efficaciter cohabet. Stercus asinæ aridū naribus in frictū sanguinē sine intermissione fluentē cito cōpescit. Stercus caballinū exprimit dū recēs est eiusq; succus narib. trahit ab eo cui importunius fluūt.

et seqq;

Radicem

Radicem symphyti quod halum gallice dicunt, cōmanducet & glutiat qui profluuo narium laborat. Ad aurem eiusdem partis de qua per na-
ré sanguis fluit dici oportet ter nouies. συμφονα, συνυμα. etiā postea simili-
ter dices. Scribes in charta uirgine & collo suspēdes lino rudi ligatū trib.
nodis ei qui profluuo sanguinis laborat. Y& Ys Yn Ys Yn Y& Ys. Si in
manu dextra duo digiti mediū lino simul copulētur, statim proderit aduer-
sum pituitā, & grauedinē & distillationē nariū. Cinis testarū ex ostreis si
in morē salis, pane colligatur, & uoretur, statim ad remouēdā grauedinē na-
riū proficit. porri quoq; capitati folia incocta, si sine pane manducent pluri-
mū prodest. Corrīgio canino rudi, nec unq; uincto, quilibet digitus in qua-
uis manu ligatus, remediuū destillatibus naribus p̄fstat. Oleū calidū eunti
dormitū ei qui grauedinē nariū patitur, in cerebrū infunditur & in aures im-
mittit. illico prodest. Ostrea ita ut lecta sunt adhuc testis suis clausa, in car-
bonibus coquuntur, atq; ita cibo dātur ei qui nariū grauedinē patitur. creta
quoq; cimolia ex aceto tusa q̄ densissima frōti eius imponit cui sanguis uel
pituita descēdit. Mastichē cū pipere mixtā qui diu cōmanduauerit, cale-
facto cerebro oēm humorē nariū cohībet. Git calidū tostū in linteolo cō-
ligatū & sepe odoratū, grauedinē nariū & pituitā depellit. tunicae quoq; ue-
teris cōbustæ fumus frequēter narib. admotus idē p̄fstat. Proderit ei plu-
rimū qui grauedinē nariū patitur, si in charta se emūgat, eāq; alligatā episto-
lā modo in publicū abijsiat: & si in cinerē se emūgat, & que proficiet ad sani-
tate. Salē torreat & in noctē sibi ad cerebrū in facco liget, qui pituitam pa-
titur. Cœpā afrā cōditoriā contusam cū aceto acerrimo cōmiscebis, & ad-
pones naribus eius cui sanguis fluit, ut ad se naribus trahat et quasi sorbeat,
statim cessabit sanies, & fluxus inhibitetur. Radicē cānabis brachio dextro
ligato: si totū brachiū cinixeris de ipsa radice, melius erit: si uero partem ha-
bueris, collo suspēde ligatā licio quod in tela fuerit. & ut scias quanta uis sit
huius remedij, ubi alligaueris hāc radicē statim sanguis perstringetur, cū sol-
ueris & remoueris, fluet. Caprificū quæ in lapide nascitur colliges siue sic-
cā, seu uiridē, id est ipsum pomū, & in pelle capritia inuolutū ligabis de licio
quod in tela fuerit, & ei loco adpones unde erit sanguinis fluxio, statim co-
hibebitur, siue uiro de naribus, siue mulieri de locis uerecundioribus fluat.

VITIIS LABIORVM ET GINGIVIS ET OS CEDINI ET
oris ulceribus, & fœtori, & linguæ pustulis, & palati exulcerationi, remedia
physica & rationabilia diuersa de experimentis. CAPVT XI.



ITIA oris & fauciū & ulcera quæ in ore fiūt, & celeriter nigrescūt
inter initia oportet rebus simplicibus, id est aqua calida per se
uel mulsa, postea tiero decocta aqua cū lenticula, uel palmulis,
uel capreolis id est summitatibus uitiū, uel malis cydoneis, aut
piris syriacis, aut rosæ folijs, adiecto melle curari. Adeps anserinus aut
h 2 gallina,

gallinaeū rīmas labiorū egregie curat impositus. Nigrescentibus ulcē
 ribus proderit colluere os aqua in qua coctū sit lentiscū, uel rubus, uel myr-
 tus, uel thus syriacus, uel oleastrū, uel iunci radix, quā græci cyperon uocāt,
 aut similiter adiecta p se, & decocta galla syriaca cōtusa, oportebit aut̄ perū-
 gere adsidue ulcera succo rubi, lentisci, oleastri, rosæ viridis foliorum. facit
 bene & sal tritum cum melle inculcatū copiose ad nigredinē talium ulcerū
 eruendā. Labia rupta uel exulcerata mira celeritate sanabis, si ceram in
 oleo rosaceo ad cerotī modum liqueficeris, cumq; in caccabo uel acerabulo
 cōferbuerit, anchusæ radices adieceris, & refrigerato unguine in noctem la-
 bia inleueris. In ouī testa membrana quæ h̄eret, ruptis labijs recte adponi-
 tur. Alga marina sicca candida q; adposita, labijs ruptis efficaciter pro-
 dest. Allij tunicula uel operimentū pari modo labijs profuturum ut hæ
 rescat inprimitur. Seuum bouis uel uituli cum adipe anserino impositum,
 rīmas scissurasq; oris optime iungit. Fagi folia commanducata prosunt
 exulceratis labijs & gingiuis, si cum humore saliuæ inponantur. Serpillū
 herbam quam galli gilarum dicunt ieiunus diu commanducet cui os fœte-
 bit & glutiat. Murinus cinis, id est puluis exusti muris, cum melle denti-
 bus infictus halitum fœtidū oris emendat. Folia myrti & lentisci pari
 pondere & gallæ syriacæ diimidium pondus una teri oportet, & sparsa ui-
 no mane à ieiuno commatiducari, uel otī fœtido imponi. Capitis le-
 porini exusti cinis cum nardo uel cum melle impositus, lenit graue olentia
 oris ulcera. Acorum ponticum ieiunus uice mastiches mandat, qui cimen-
 dari uoluerit oris fœtorē. Contra oris fœtorē origanū & salē pari men-
 sura conteres, & inde mane ac uespera gingiuas fricabis, ut uero os tuū sem-
 per bene oleat cyperum commanduca, uel intra os tene. Oscedinē her-
 ba britānica viridis, sumpta in cibo lactucæ modo sanat, tritæ etiam atq; ex-
 pressæ succus si ore contineatur, mire prodest, quod si viridem non habue-
 ris, atidam infunde uino & deinde sume eām & exprime, illumq; succum in-
 tra os adsidue tene, aut etiam gargariza : mire prodest. Cicer columbi-
 num maceratum tritumq; & gingiuis inlītum prodest. Ulcera gingiu-
 rum, tonsillarumq; carbunculos, hac ratione curabis: polētæ partes duas, &
 salis partem unam, bene contusam conspargito ex mulso, deinde ex his pa-
 nes tenues facito, eosq; furno aut clibano pistoris coquito: & cum opus fue-
 rit, bene contritos ex aqua gingiuis inlītū, cōtinuo sanabuntur. Arbo-
 ris pruni folia cū uino decoquuntur: eorū succus expressus intra os retentus
Aphthe plurimū prodest. Galbanū melle dilutū ulcera in ore, quæ græci aphithas
 uocāt, inlītū sanat. Puluis tenuissimus costi, ulcetibus quæ in ore erūt adpo-
 situs, mire prodest. Lingue ulcera uel pustulæ bene accipiunt, si oleæ uel
 oleastri succo foliorū & sulphure tritis, adsidue pfricent. Rosæ flos luteus,
 alumen scissum, galla, iris, pari pondere omnia diligenter teruntur, & oris
 ac linguaæ uitia frequenter eo puluere perficantur. Cyclaminis succus
 melli

melli lycio æqualiter mixtus, linguam & totius oris ulcera potentissime sanat, humorum quoq; & pituitam largiter infusam deducit. Pustulæ cum subito in lingua nascuntur, priusquam idem loquaris, extremæ tunicae quæ uestiris ora pustulam tanges, & ter dices, tam extremus sit qui me male nominat, & totiens spues ad terram, statim sanabere. Solent gingiuæ quo ründam fluore infestari, quas prægnantes quidam uocant, prosumt his lentisci folia arida cōtusa & cibrata tenuiter perforato cribro: facit & cinis eiusdem lentisci foliorum exustorum impositus, & aqua eiusdem decocti os elatum iuuatur. Compositum hoc medicamentū prodest gingiuis, & ad omnia ulcera quæ in ore sunt utile est, quod anthera à Græcis appellatur. *Anthera com-*
recipit hæc, aluminis fissi ✕ III. myrræ ✕ II. croci ✕ II. cyperi id est, iunci ra-
dicis ✕ tres, gallæ ✕ II. rosæ lutei floris ✕ II. sandarachæ ponticæ ✕ III. tu-
tis masculi ✕ II. hoc medicamine arido uti oportebit, uel etiam cum melle
mixto, ad parulidas aut epulidas, id est, ubi ex transuerso gingiuia suppura-
tur, uel ubi super extreum molarem increscit. Moleste interdum gin-
giuis & cancer per os serpit, qui inter initia neglectus, breui temporis spatio
mortis causa est. oportet ergo cum primum uisus fuerit, ante quam latius fer-
pat, faucesq; occupet, miseri usto quā plurimo cum melle uti s̄epius, sed an-
te dentes & os collui debent oleastri aqua decocti, aut corticis maligranati.

Prodest & hoc medicamentum etiam in omni parte corporis positum contra cancerem, quod uocatur andronios. recipit autem hæc, maligranati corticis ✕ X. terræ mali ✕ IX. aloes ✕ quatuor, myrræ ✕ II. gallæ ✕ VII. aluminis fissi ✕ quatuor, æris floris ✕ II. teruntur hæc siccata curiose, deinde admiscetur passum creticum, ut habeat spissitudinem mellis: cum opus est, uino austero diluitur & soluitur. facit hoc medicamentum & ad carbunculos, & ad ignem sacrum, & ad zonam quam Græci herpetem dicunt.

Coclearum inaniū exustarum cinis cum melle gingiuis impositus, mire prodest, si sit hæc adsidue curatio. Gingiuas humidas & fetentes hoc medicamine mire sanabis: alumnen scissum, tuis masculum, aloen epatiti dem pari pondere: hæc in puluerem tenuissimum rediges, & simul permixtis uteris, ita ut prius os uino ueterē conluas, & sic gingiuis digito medicamen adponas. utile est interdum admixto huic pulueri melle despumato, gingiuas contingere. Ad gingiuarum nimium tumorem, & fetorem, & carcinomata, medicamen hoc facies decrescente luna, die iouis, sic: piperis grana nouem teres cum modico lasere, & cucurbitam siccām combures, & caput sardæ combures, ac separatim omnia diligentissime teres, ita ut in puluerem tenuissimum redigantur, eoq; sicco gingiuas asperges uel continges, & cū iterum adhibere uolueris medicamentum, uino ueterē bono os elues, sed illis diebus quibus adhibes curationem oleum & porcinam non manducabis, quo facto facile te absolves supra scripta omni molestia gingiuarum. Ad ulcera quæ nascuntur pueris uel infantibus utriusq; sexus in

h ; ore

ore aut in gutture, aut in stomacho, quæ pluribus uno tempore solent accidere, & ideo pestilentiosa appellantur, ualde utile est adhibere medicamen
^{Vlceræ pestis/}
^{lentiosa} huiusmodi. myrræ, nardi syriaci, aluminis fissi, costi, gallæ syriacæ inmaturæ,
 carnis agninae aridae, corticis malorum punicorum, omnium paria pondera
 seorsum cotunduntur, & postea in unum miscentur, atq; inde dantur ad diē
 duæ drachmæ cū uini austeri cyatho uno. Malipunici floris ✕ ii. myrræ
 ✕ ii. aluminis fissi ✕ ii. croci ✕ ii. puluis ex his tenuissimus factus insuffla-
 tur per arundinem quod satis sit fauibus uel gingivis, quod factum & in-
 trinsecus & forinsecus omnibus uitijs oris infantum statim medebitur.
 Medicamentum quod facit ad omnia, præcipue aut ad ea uitia quæ in ore
 subsistunt & ab alienatione auditus, & ad tumores auriū, & puris inde ma-
 nationē, & dolorem, & ad palpebras asperas, & ad ulcera sordida in oculis,
 atq; in ano & ueretro, nec non & ad carbunculos. uti aut eo oportet cū resol-
 uendū & eliquandū est aliquid ulceris cū melle, cum aut constringendū, cū
 uino austero: sed ubi ulcera cicatricē ducere oportebit, aut sordida & tetri or-
 doris expurgari, cum ceroto ex rosa facto, proficit autē & ad tumentes atq;
 compressas fœminæ uuluas, prope os ipsius uuluz adhibitū, est enim ad o-
 mnia muliebria utile, cū rosaceo oleo adpositū. facit etiā ad natiū uitia & po-
 lypos & cetera ulcera, daturc; his qui sanguinē ejciunt quantū faba est, cum
 aquæ duobus cyathis tepidæ: recipit aut hæc, crocomagmatis optimi ✕ vi.
 misyos usti ✕ v. aluminis rotundi ✕ viii. roseæ aridae ✕ iii. æris floris ✕ iii.
 gallæ syriacæ ✕ xv. omphacijaridi ✕ viii. squamæ æris ✕ vi. chalcitudis
 usti ✕ vii. mellis despumati s. i. hæc omnia seorsum prius & in unum po-
 stea cū uino trita, admixto passo atq; melle, coquuntur molli pruna in uaso
^{Vas æris}
^{rubri} rubri q̄ris id est cupreo, ita ut subinde agitetur & coquatur lentissime, donec
 mellis spissitudinē habeat, quod medicamentū recondi debet in pyxide cu-
 prea, & signari. Ad ea quæ in ore subsistunt, & ad puerulorū uel infantū
 ulcera pestilētiosa, croci ✕ iii. myrræ ✕ vi. gallæ syriacæ ✕ iii. aluminis fissi
 ✕ ii. turis ✕ ii. roseæ floris ✕ vi. glycyrrizæ succi ✕ viii. iris ✕ vi. crocomag-
 matis ✕ vi. nardi syriaci ✕ v. piperis ✕ is. & eius tertias, costi ✕ iii. cinnami
 ✕ vi. cassiae ✕ vi. polij ✕ ii. mellis quod satis sit. hæc trita diligenter concor-
 porātur, & in uasco q̄re aut uitreo custodiūtur, & cum opus est uitijs oris
 & fauicum remedio adhibentur. Anthera ad ulcera & sanguinis eruptio-
 nes, & ad eminentias quasi callosas circa angulos genitariū, & radices den-
 tium: facit & ad uetera, & ad longioris temporis fissuras in ano, quas græci
 rhagadas appellant. chartæ ustre, plumbi usti, squamæ rubri æris, auri pi-
 gmenti ✕ binos. sulphuris uiui ✕ i. siccis his & bene tritis uti oportet, est em̄
 efficacissimū omnibus suprascriptis medicamentum. Anthera ad gingi-
 uas tumentes & ad ulcera ab alienata in ueretris, & ad ea in quibus nimium
 caro uitiosa excreuerit: cyperi denarios duos, croci denarios duos, myrræ
 ✕ i. aluminis fissi denarios duos, sandaracæ denarium unum: hæc seorsum

sum & in unum mixta reponuntur, & sicca supra dictis uitris adhibentur.

DENTIVM DOLORIBVS ET VITIIS EORVM
uniuersis, remedia physica & rationabilia diuersa,
de experimentis.

C A P V T

XII.

AND dentium dolorem quamvis plurimi dicant forficem reme, *Forficis reme* dium esse optimum, multa tamen citra hanc necessitatem scio *dium* profuisse. itaq; cum exesus est aliqua ex parte dens, non sua/ deo protinus tollendum, sed excidendum scalpro medicinali qua cauatus est, quod sine ullo fit dolore: reliqua enim solida pars eius & speciem & usum detis praestabit. sed cum dolor urgebit uarie sedandus est partim collutione quorundam, partim commanducatione, nonnunquam suffitione, aut impositione aliquorum remediorum. prodest ergo colluere os frequenter radice herbae quinq; foliæ incoctæ uino. itē herba urceola/ ri & cupressi baccis aqua incoctis. alterci quoq; radix bene accipit, aut eius/ dem semen linteolo spissulo inligatum, & aqua saepius inferuefactum: etiam succus eius tepens dentibus adhibitus plurimum prodest. Suffiri aut den/ tes oportet ore adaperto alterci semine carbonibus adposito, atq; subinde os colluere aqua calida in qua radix eius fuerit incocta: interdū enim ē den/ tibus quasi uermiculi quidam enciuntur. leuat dolorem dentium & bitumē suffitum. item commanducare proderit mentastrum uel radicem cotyledo/ nis, quæ herba similia folia cymbalis habet, nasciturque ferè in parietibus humidis. pyretri quoque radix commanducata multorum leuauit dolo/ rem. nec minus alumen fissum linteolo spissulo circundatum, & ita diutius dolentibus impressum dentibus medetur. imponere uero ipsi dolenti oportet denti totum medicamentum, quasi emplastrum, quod conficitur sic. peucedani succi $\frac{1}{3}$. opopanax $\frac{1}{3}$. unum turis denarios duos, uiae passæ sine granis $\frac{1}{3}$. haec omnia per se contundi iubebis, deinde ceram comniſceri, & ceroti modo emplastrum fieri. ubi fuerit grauior dolor dentis, au/ riscalpium lana molli inuoluitur: deinde tinguitur feruentissimo oleo, at/ que ita denti proximisque gingivis superponitur, post hoc medicamento dens operitur. si repetierit aut permanferit dolor nihilo minus, iterum au/ riscalpium cum lana inuolutum ex oleo candenti eodem modo imponi se/ pius oportebit, donec dolor omnis adimatur.

*Vermiculi
dentium*

Si quando mouebuntur dentes, confirmandi erunt alumine quo infe/ ctores utuntur & melle attico, ita ut duæ partes sint mellis, tertia ali/ minis. haec misceri & teri oportet in mortario: deinde in patella fictili feruefieri ut spissentur, atque ita recondi in quolibet uaso, dum ne æneo. hoc medicamentum primum austерum est, & nimis constringit deutes, postea remissius uidetur. Proderit motis dentibus & hoc medicamen/

h 4 tum

tum:aceti acerri mī. s. i. cedriæ s. i. aluminais fissi p. i. i. teritur alumen cum ace-
to,miscetur deinde cedria, & unā omnia uaso æneo coquuntur,tæda pingui-
mota, donec in mellis spissitudinem temperatam redigantur . hoc medica-
mento si quis ter in tensive dentes perficuerit,dolorem eorum non experie-

Muria lacertorum tur. Ad dentium dolorem bene facit muria ex piscibus lacertis ueteris-
bus,si quis ea subinde os colluat:uel herbam pedunculariam si quis coman-
ducet,& subinde pituitam, id est humorem noxiū expuat : uel marrubio

siccō, contuso & cibrato, si quis dentem cum gingiuī tegat. Facit bene
& aqua in qua marrubium coctum est, cum os aliquis inde colluerit . Item
millefolium commanducatum , uel anemones herbae radix cum pari pon-
dere fici commanducata, pituitam dentium detrahit. Cornū ceruinū
combustum tritum cum aceto,dentibus adpositum prodest. Radix la-
pathi cum uino cocta , uel tæda pinguis incocta aceto, uel papaveris capi-
ta, & cortex malipunici pari pondere uino incocta, uel tithymali radix simi-
liter cum uino cocta, uel colocynthidos interiora cū lacte & aceto pari men-
sura trita atq; permixta , uel alterci radix cū aceto cocta, uel capparis radix

Cyperus iun. cocta cum aceto uetere, uel iunci radix quam græci cyperum appellant, uel
cucurbitæ radix quam idem sonchon appellant, uel pytetrum commandu-

Cucurbita catum, aduersum dolorem dentium plurimum prosunt, si & aqua ipsa qua-

Sonchos incoquuntur ore teneatur. Rosæ floris quod est luteum × vii . croco-

magnatis × octo, myrræ × octo, gallæ syriacæ × iiiii . his in unum mixtis
& tritis uti oportet siccis, ut hoc ex puluere gingiuæ assidue dentes cō-
tagiantur.

Rosæ lapillos uel grana quæ in folliculis eius postea quam esse desierit inueniuntur, assabis & in puluerem rediges ad × iii . floris quoque ei-

us siccii × ii . myrræ × i . teri facies & siccō puluere aduersum dolorem den-

tis uteris: ita ut prius os colluas aceto falso tepido.

Rosæ caninæ succi
quam Græci cynocytidam uocant , uel ipsius herbae radicis × ii . lycij × i .
cum uino austero coqui facies, & adjicies aluminis × iiiii . myrræ × i . & de-

sepiarum testis quæ sunt interiora × ii . his tritis & in unum concorporatis,

dentes & gingiuas continges, post hoc uino austero os collues.

Cyperi × viii . sandarachæ × vii . gallæ duas partes, piperis albi × i . aluminiis fis-
si × ii . myrræ × ii . & huius medicamenti similis est usus sicut superio-

ris, ut siccō puluere gingiuæ & dentes tangantur adsidue, & post uino uete-

re os eluatur.

Sinapis grani × iii . piperis × i . herbae pedunculariæ sic-
cæ × vi . cyperi idem, nitri × ii . pyretri × iiiii . origani × iii . lauri folio-
rum tenerorum × i . bituminis aridi × vi . in sole hæc omnia teruntur , &
ex aqua deinde pastilli fiunt, quorum unus ad diem datur commanducan-
dus dentiū causa.

Piperis × ii . sinapis in grano × xii . anesi × vi . uuæ

passæ pinguis exgranatae × xxiii . pyretri × iiiii . herbae pedunculariæ

× iiiii . hyssopi de denario duas partes, lauri folia numero x . cris floris × ii .

haec cum melle decoquuntur, atq; inde pastilli facti ob salubritatē dentium

communi-

comanduntur. Emplastra aut dentibus dolentibus ponî oportet eiusmodi:aphronitri ✕ ii.piperis ✕ iii.herbæ pedunculariæ ✕ v.resinæ terebinthinæ tantundem,hæc colliguntur,& inlita linteolo,uel aluta,dolenti maxillæ imponuntur, sed si excauatus fuerit dens injicitur in cauernâ eius quantum sit satis medicamenti,ad explendū locū,tū cera tegitur exterior pars foraminis. Itē emplastrū alio modo cōficiendū aduersum dētiū uitia,pyretri ✕ iii.cedriæ ✕ iii.amurcæ coctæ ✕ vi.sulfuris uiui ✕ vi.picis liquidæ ✕ ii.bituminis aridi ✕ vii.æstiuis rēporib.cōfici oportet hoc medicamentū, ita ut sub ortu sideris canis hæc terātur in sole calidissimo,donec habeat certi teneri spissitudinē. Itē aliud emplastrū aduersum dētiū dolores,piperis,pyretri,sulphuris uiui,soreos,singulorum ✕ iii.amurcæ ✕ vi.arboris mori lacrymæ ✕ v.picis liquidæ ✕ ii.aluminis fissi ✕ iii.cedriæ ✕ x.bituminis aridi ✕ vi.herbæ pedunculariæ ✕ ii.similiter sub ortu canis componitur hoc emplastrum,& ut suprascriptū est,adhibetur maxillæ in qua dens dolet,linteolo dēso uel alutæ inlitu. Itē aliud emplastrū,piperis,opij,oliuæ æthios,picæ,lacrimæ mori,myrræ,singulorū ✕ binos,hederæ nigræ bacarū ✕ iii.betæ nigræ radicis succū,uel eiusdē foliorū succū ✕ iii.omnia trita in unū cōspargūtur & cōcorporātur,& melle colligūtur,atq; ita ut supra scriptū est,affectæ maxillæ ad sedandū dolorē dentiū,& gingiuarū,& geusiarū adhibeatur. Dentiū dolorē sedabit si quis gramē masticet patiēter & in doloris locū cōlocet. Cauos dētes cinis murini fimi inpositus sanat & supplet.dicunē dētes ei nō putrescere nec uacillare,qui mane iejunus sub lingua salem assidue cōtinuerit. Dentē cū dolebis si circa eū gingiuia suppurrabit scalpellabis & herbæ millefoliæ radices teneras cōmasticabis,tū succū eius in ea parte in qua dēs dolet tenebis. Papaueris succū tritū cū lacte muliebri,dēti causario infundes,statim prodest.Carmē ad dentiū dolorē mirificū de experimēto. luna decrescēte die martis,sive die iouis,hæc uerba dices septics,argidā,margidā,sturgidā . dolorē rūpes etiā,si calciatus sub diuō,supra terrā uiuā stās caput ranæ adprehendes,& os aperies,& spues intra os eius ,& rogas eā ut dētiū dolores secū ferat,& tū uiuā dimittes,& hoc die bono & hora bona facies.Vermiculus in cardone herba inuetus,phœnicio inligatus colloq; su spēsus,dolori dentiū medet. Cucurbitæ satiuæ coctæ succus in linteo expressus,& in ore tentus,& dolorē inhibet dentium,& cohertet mobilitatē. Acetū tepidū scilliticū in ore tētū,& gingiuas tumētes cōstringet,& cōtinet dētes uacillātes. Caprifici radix uino decocta tritaq; maxillæ inponit,ac desuper ligatur,& illud uinū in ore diu tenetur ,ualde remedio est dētib. Ruborū cymæ teneræ ex uino uetere coquuntur,& id uinū s̄epius ore continentur,interdū & gargarizatur:quod statim gingiuis,uuæ,& dentibus prodest. Quincq;foliū in quo fraga nascuntur,colluitur ex aqua marina,deinde ad tertias decoquitur ex uino aut aceto,idq; in ore diutius continetur:etiam exustæ eius herbæ cinis prodest , si eo dentes infricentur. Vermes terreni id est lumbrici decocti in oleo & triti,infunduntur auriculæ ab ea parte

qua dentes dolent: eorundem exustorum uermium cinis detibus cauis uel dolentibus insertus, & cera opertus, facile cadere eos cogit, comburi autem debent testa candardi. Ossium ex ungulis porcinis combustorum cinis, pro dentifricio habitus, plurimum confirmandis dentibus prodest.

Ad dentes cauos & exesos ne penitus exedantur aut excidant, facies hoc: gummi quod in hedera nascitur cauo denti inserito. Harenula quae in cocleis inuenitur denti cauo & dolenti inserta statim prodest.

Gummi cupressi optime facit, si insertum die ac nocte in cauo dente permanenterit. Ut labantes dentes confirmes, cedrum quo libri perunguntur in ore quam diutissime tene, & subinde recentius sumito, non solum dentes confirmabis, uerum etiam dolorem eorum auertes. Sepiae os, uel ipsius combustae & ex melle contritae puluis, adiecta gutta ammoniaci, gingivis & dentibus prodest, si ita perficitur ut ex eo nihil in fauces descendat.

Caprino lacte recenti sicut mulsum fuerit os assidue collutum laborates ex iactu dentes confirmat. Lentisci decocti aqua intra os frequenter detenta, dentes confirmat. idem prestat asparagi siluatici succus. idem & omphacinum oleum, id est bonum uiride, si calidum in ore tencatur: idem & inula à ieuino commanducata prestabit. Ut labantes & dolentes dentes facile excutias, succum hederæ nigrae adiecto pauxillo olei uiridis habeto repositum ac præparatum, ut cum opus fuerit nares ex eo contingas digito uel perficies: quo facto spiritum aliquandiu introsum trahes, deinde calculo dentibus comprehenso, hianti ore humorem omnem qui ex pituita contractus erit, defluere permittes. infinitus enim decurret usque ad trium heminarum mensuram. post quod oleo puro naribus perficto, & uino ore eluto, dentes sine dolore erunt, & facile extrahentur. Ad epiphoras dentium & pituitam, si in dentes inciderit, quam epiphoram Græci appellant.

Epiphora dentium

Ligustri folia commanducato, finitoque egeri pituitam saliuam irritatam, quae dum hianti ore decurrit, dolor desinet. sine dolore autem qui caui & in utiles sunt decident medicamine tali: piperis grana numero v. gallæ & galbani, & aphronitri, æquale pondus ad fabæ magnitudinem, unæ contundes & contusis mel admiscebis, & subiges donec redigas ad ceræ lentitudinem, eoque medicamento dentem cauum & dolentem implebis, ita ut prius eum calida soueas, sine dolore excider. Ad dentes mobiles & dolentes, & gingivarum tumorem, remedium sic. cortius ceruini combusti — ii. folij 9. i. salis ammoniaci 9. i. piperis grana ix. iris illyrica 9. ix. ex his puluerem tenuissimum facies, & eo dentes cotidie perficabis: si mobiles erunt & dolebitur, facile cadent: & si sine dolore ualidi sunt, confirmabuntur, & candidiores & odoratores erunt: melius aut proficiet, si in iuncturis, aut radicibus, aut cauteris eorum de hoc ipso dentifricio aliquid tesederit. Ramenta cornus ceruini uel scobæ eius lima facta cu uino uetere ad tertias coque, & inde adsiduus elue: mire proderit roborandis. Portulaca adsidue commanducata stirpe

dorem dentium tollit. Africanam spongiam siccabis, & lana inuolues, atq; inde radicē dentis perfribabis, sed caue ne aliū pro alio tāgas. nam cōtactus post triduū cadet, si em̄ puttidus fuerit & dolebit, facile excidet. Cū primū hirundinē uideris tacebis, & ad aquā nitidā accedes, atq; inde in os tuū mit̄es. deinde digito obſceno, id est medio, tā manus dextræ q̄b̄ sinistrae dētes fricabis, & dices. hirudo tibi dico quō hoc in rostro iterū nō erit, sic mihi dētes nō doleant toto anno. Iterū aliū annū & deinceps sequentib. similiter facies, si uolueris remedij huius quotannis manere beneficiū. Cocleas noſtrates minutias etiā inanes collige, & in mortario marmoreo diligēter tere, deinde puluere ipso mollissimo dētes tibi perfrika, quo facto dolorem sedabis. Si tibi partis sinistre dēs dolebit, cubito dextro calidā fabā coctā tritā impone & diligēter liga. Si uero partis dextre siue superior siue inferior dēs dolebit, cubito sinistro ligato similiter fabā, & hoc per triduū facito. Dolorē dentiū & gingiuarū hac maxime curatione cōpesces, si mellis — i. aluminis infectorij — iii. subferuefas in pultario & agites ac misceas, tepefactū q̄b̄ medicamē ore cōtineas. Acorū pōticū cū aceto & cū tēda usq; ad quartas decoctū rectissime aduersum dolores dentiū gargarizatur. Succus cyclaminis & mel lyciū æquis portionibus miscetur atq; inde dolor dentiū cōfricatur. Lapathī radix in aceto acerriño coquitur, atq; eo aceto dētes cōlūntur, uel souētur. Millefolij radix sub primo dolore dētiū cōmāducabitur, & n̄sdē dētibus qui dolebūt diu cōmanducata retinebitur, intolleranda molestiā p̄fētissimo remedio coercedit. Oleū cū aceto ex tertio decoctū dū adhuc calet recte ad sedandos dentiū dolores ore retinebitur, ita ut plus aceti quām olei mittatur. Radix terræ mali surculo eruta & cōmāducata, si ore cōtineatur inter initia quidē excādescere facit dolorē dentiū, sed mox eū potēter extinguet. Porcelli lactētis uētriculo, id est aqualiculo exēpto, qđ in interiore cūte luteū adhæret lanæ cōiunges, madefacta q̄b̄ ea, illū humorē auriculę inseres, cuius ē diuersa parte dēs dolebit, certissimo remedio statim subuenies. Mori radix tēpore messis incidunt, ea succū aptissimū inhibendo dolori dentiū emittit, quē ideo colligi et seruari oportet, ut cū opus fuerit dētibus inponatur. Nucleus gallę cōmāducatus medetur dolori humorīc̄b̄ dētiū. Hyoscyami radix mixta uel madefacta aceto & cōmāducata, mire dentib. medetur. Plātaginis radix recte māditur, eiusdēc̄b̄ succo in aceto decocto salubriter dētes cōlūntur. Fimus corui lanula obuolutus dēti cauo in fulcitur minutatim, ac sine dolore eum discutiet. Veretrum id est bulbus quod est genus cepæ in aceto decoquitur, idc̄b̄ acetum ore continetur, ut mobilitas dentium sistatur. Rūnicum in quib; mora nascuntur, pamini decoquuntur in uino austero, quod uinum adsidue ore detentum, uel ipsa folia commanducata dentes labantes confirmant. Bestiola quæ brassicæ innascitur, dens uitiosus s̄epius confricatus, intra dies paucos ejicitur. Aēris florē floresc̄b̄ hederæ pari pōdere in unū terito, uinoq; misceto ac naribus

Mori radicis succus

Rumex mora ferens

ac haribus moderatè cum dentium dolor fuerit infunde, statim omnis molestia dentium compescitur & sanatur.

DENTIFRICIA DIVERSA DE EXPERIMENTIS.

CAPVT XIII.

DENTIFRICIUM quod splendidos facit dentes conficitur sic. farine ordeaceæ s.i. conspargi oportet aceto cum melle mixto, & subigi diutius, atque ita in globulos diuidi sex, quibus dilatatis admisceri salis fossicij semunciam, deinde furno coqui, donec in carbonem redigantur. tunc teri oportebit eadem, & admisceri spicæ nardi, uel folij quod satis uidebitur ad odorem faciendum: hoc Octavia Augusti soror ufa est. Dentibus curandis benefacit radicis edulis, id est quæ manducatur, cortex arefacta & contusa cibrataç pro dentifricio adhibita. Vitrum candidum quod simile est crystallo diligenter tritum admixta spicanardi, pro dentifricio adhibitum plurimum prodest. Vtuntur plerique etiam huiusmodi dentifricio, herbam urceolarem quam plurimam cum radice colligunt, deinde lotam uno die siccant, post diem recenti muria macerant, tertio die expressam in olla noua componunt, subinde salis fossicij quasi tabulata interponentes, atque ita percoquunt fornace balneari, donec in carbonem redigatur, postea tritæ admiscent spicæ nardi quod satis sit, quia & candidos facit dentes & confirmat: Augustam constat hoc usum Messalinæ, deinde aliorum Cæsarum matrimonia hoc dentifricio ufa sunt. Cornuum ceruinorum ustorum in olla, & ad cinerem redactorum. s.i. mastiches chiae × viii. salis ammoniaci semunciam, diligenter hec trita in unum concorporantur, & perficandis dentibus adhibentur.

Folij — i. costi — i. piperis 9 viii. mastiches grani — ii. hordei farinæ nitidæ. s. viii. singulatim singulas species tundi uel teri facies, & cerni tenuissimo cribro. farinam uero hordei in ollam grandem nouam mittes & adiicies mellis optimi quantum sufficiat, ut neq; sicca sit, neq; supernatet farina. postea simul speciebus omnibus in ollam missis, adiicies fasciculos septem herbæ parietalis, ita ut folia huius herbæ sint in fasciculis, nō uirgulæ: deinde operculo superposito & clauso, uel gypsato diligenter de argilla, mittes in furnum calidum, ita ut usq; in alteram diem furni seruor duret, donec exurantur omnia quæ sunt in olla. quæ cum exusta fuerint, simul uniuersa diligenter tundes uel teres & cibrabis, & puluere eo cotidie uteris, ad candore dentium faciendum, & gingiuas firmandas, & catarrum restringendum.

Dentifricium ad dentes nigros emendandos, hordei farinam delicatam, & sal tritum cum melle confricato donec sibi cohæreat, & postea pastâ ipsam linteo inuolutam comburito, ac puluerem tenuissimum facito, atque eo dentes mane ac uespere confricato, cito candidissimos facies. Lapis parius tritus ad summam leuitatem & pro dentifricio adhibitus, intra diem decimum

decitnum quamlibet nigros uel pallidos dentes purgabit. Nitro cocto atque contrito uelut dentifricio, utere ad dentes purgandos. Porci ungularum ossa combusta tritaq; & cibrata, adiecto nardo, & folio, frictione frequenti dentes candidissimos præstant. Lana succida melle inlita dentes perfricti miro modo candorem maximum consequuntur. Dentifricium optimum ac saluberrimum sic. cyperi — ii. salis ammoniaci — ii. pumicis uncias tres, marmoris candidi uncias tres, schoeni anthos, uncias quatuor, cassiae uncias ii. folij unciam i. piperis albi unc. i. specularis usci — i. corni ceruini usci — i. ostrei testarum uscarum — i. aluminis scissi — i. mastiches — i. turis optimi — i. myrræ — i. tunsis cibratisq; his omnibus & in puluerem tenuissimum redactis, atque permixtis ad incolumentatem & nitorem dentium uteris. Pernæ scrofinæ os quod est amplissimum combustum tritumq; optimum & salubre dentifricium præstat, gingiuas enim siccat & adstringit, dentesq; ab humoris iniuria & tumore defendit. Cybium optimum ac uetusissimum ollæ inditur, atq; argilla circumlinitur, & furno ardenti obicitur, ut ad cinerem cybium excoquatur. tunc adiecto pario lapide contuso, salsamenti supra dicti fauilla conteritur, hoc dentifricium ita bonum est, ut ad inanitatem dentes non sinat peruenire. Mastiches — i. turis optimi uncia una, myrræ unc. i. folij unc. i. iris illyricæ uncia i. cassiae unc. i. tere hæc diligenter atq; permisce, & dentifricium facito, quod mirabere. Nardi spicæ — i. amomi — i. piperis — i. his tunsis cibratisq; ad incolumentem dentium utendum esse de experimentis suademos.

Compositio dentifricij, quam Artemius Dianio ostendit, contra dentium stridorem. panem candidum siccum uetusum qui teri possit, salem, piper, folium, costum, cornu ceruinum, hæc æquis ponderibus teres ad maximam leuitatem, & cotidie inde dentes curabis, quo factò stridorem eorum omnem humoremque depelles. Ad colorem nitidum reducit dentes, nitrum cum porro rudi coctum, & pro dentifricio sumptum. Ad dentes nigros purgandos, panem candidum & pumicem pari pondere conbure & tere, atque adsidue hoc dentifricio utere. De sepiatum ossibus, quod est molle, unc. quatuor, salis ammoniaci uncias ii. marmoris candidi — ii. schoeni anthus unc. iii. cassiae unc. ii. folij unc. i. piperis albi semunciam, herbæ cyclaminis succum & mel lycium quantum sufficiat, æquali mensura permisce, quibus rebus dentifricium egregium facies, quod dolorem dentium sedat, eosque confirmat & candidissimos reddit, sed quæ terenda sunt diligentissime terantur, atque cibrentur, & sic omnia miscantur, quod dentifricium nec non & alia omnia superdicta, in pyxidibus ligneis aut corneis debent recondi.

i. Vnde

VVAE ET FAVCIBVS ET ARTERIIS ET RAVCE,
dini,remedia physica & rationabilia diuersa de experimentis.

CAPVT XIII.

Ad faucium uuaecum tumorem, hac ferè omnes compositione uti debet, quæ nullam aspritudinem habet, & satis efficax est. uuaecum amineæ acerbæ cum primum granum eius incipit perlucere succi, 8. IIII. mellis attici 8. I. misceto in unum, atque in æneo uaso coquito, subinde mouens donec mellis habeat spissitudinem, atque inde fauces continges. Altera ad eiusmodi molestias compositio, cum diutius uexatæ sunt partes supradictæ, ut facile placentur: aluminis fissi denarios II. gallæ tunsæ ✕ II. omphacij aridi ✕ I. croci ✕ I. passi cretici 8. I. hoc decoquitur uaso fictili ad medias, ita ut quæ terenda sunt diligenter trita admisceantur, ut truncus autem medicamentum signatum stanneo reponendum est uasco, & uua uel fauces adsidue inde tangendæ. Vbi suppuration faucium suspecta est diutius permanente earum tumore, & interdum febriculis non sine horrore incurrentibus, oportebit quidem gargarizare aquam mulsam, uel cum ficis aridis decoctam, sed perungi fauces utile est hoc medicamento, quantum tactus sustinere poterit paulo pressius, quod conficitur sic. mellis boni despumati heminam. resinet terebintinæ P. I. rosa succi cyathos v. resinam cum rosa duplici uaso, ut solent unguentarij uti, liquefieri oportet, deinde admisceri mel, & coquiti donec spissum fiat medicamentum. hoc etiam cum eruperit suppuration uti oportebit, expurgat enim & explet omnia. Vuam supprimit diu iacentem, sal & galla contusa equis ponderibus, admixta, & ita per cocleare adposita. Item gallæ ✕ II. aeris floris ✕ II. menarum sine ouis, id est piscium salsorum capita x. haec comburuntur, & ita cæteris bene tritis trita admiscentur, sed postea nihilominus in unum diutius teruntur. oportet autem tangi digito humido medicamentum, & sic uua ab imo rectam diu supprimi sursum uersus. Ad arteriam exasperatam simplicia quidem hæc faciunt, gummi alexandrinum, uel tragacanthum per se sub lingua retentum, sed composita hæc ad tumorem arterię maxime prosunt: papaveris siluatici iam maturi uiridis tamē adhuc, capita quam plurima uaso fictili coniunctur, atque aqua superfundit tanta ut supersint de uasculo duo uel tres dighi. hæc ubi triduo macerata fuerint, eodem uaso incoquuntur donec madescant, postea exprimuntur omnisci aquæ percolatae prius diligenter mensura capitur, ad cuius soliditatē mellis attici quarta pars miscetur. deinde in duplici uaso tam diu coquitur, donec mellis habeat spissitudinem. hoc medicamentū & ad auriculæ tumorē & ad tuſſim facit. Altera arteriace ad fluvem arterię, & ad rauicitatē, & ad tuſſim, & ad spissum sonū uocis. accipit hæc, tragacanthi ✕ VI. guttis acanthini quod ex vermiculis qui illic sunt uerū docetur

docetur, denarios sex, myrræ denarium i. turis denarios ii. croci $\frac{1}{2}$ i. piperis
albi grana xx. cariotatum recentium trium pulpas medias, detracta exte-
riore cute, uue passæ incorruptæ purgatis interioribus granis, denarios viii.
gummi & tragacanthum passo cretico uno die & una nocte macerari o-
portet, postero die pilo mundo contundi, & cætera trita mortario curiose
admisceri. inde dari debet fabæ magnitudinis globulus, & sub lingua tene-
ri, & deuorari statim quod liquefactum fuerit. hoc medicamentum pipere
detracto & ad tumorem arteriæ facit, seruandum autem est pyxide bu-
xeæ. Arteriace qua melior non est, refertur autem in Asclepiaden medi-
cum optimum, facit ad omnia superius dicta, & quidquid in arteria uitij est ^{Asclepiade ar-}
efficaciter curat. constat ex his, myrræ optimæ pinguis denarios xxviii.
tragacanthi candidi denarios xxxviii. glycyrizæ radicis denarios xviii.
resinæ terebinthæ ueræ denarios xxvi. tragacanthum sicut est contun-
di & percribrari tenui foramine oportet. deinde myrram tritam seorsum
admisceri, & rursus utraque in unum diu teri, atq; ita in pilam coniçi, & ibi
cum concaluerint omnia ictu pilæ assiduo, terebintham paulatim misce-
ri, donec omnium unitas fiat. postea glycyram contusam & cribratam,
mortarioq; nihilominus diligenter tritam, sensim adspergi couenit. sed ubi
haec bene mixta fuerint, dum calet medicamentum plutes accedant & pilu-
las faciant uitæ magnitudine, fit enim cito durissima haec arteriace, & hoc
ipso præcedit cæteras quia linguæ subiecta non facile soluitur, & ita diutis-
us exhibet salubritatis effectum. Brassicæ crudæ folium leuissime te-
rito, ex eo succum exprimito, quo uua contacta potenter subleuatur.

Pruni folia siue satiui seu silvestris ex uino decocta, & saepius gargari-
zata, uuam resiliare compellunt. Gallæ tritæ puluere uua contacta, eo-
dem die resilit, si ter ei interiectis horis medicamen fuerit adpositum.

Capitis summi uerticem si quis uuam laboranti mordeat inopino, o-
mní eum molestia liberabit. In principio doloris uua bene subleuatur, si a/
sus improviso
qua frigida uel posca adsidue gargarizetur. Lotium uetus humanum
adiecto croco ab inscio ne fastidiat epotum, uel gargarizatum, mirum in
modum uuam reprimit & consumit. Cinis testarum ustuarum ex ostreis
cum melle tenuissime contritus uuæ inlitus prodest. Rubi coliculi te-
neti discoquuntur ex uino, idq; uinum gargarizatur, quod confessim unam
prominentem coeret. Folia rubi arefacta in umbra in cinereum con-
cremantur, is cinis in coleari uuæ subiectus, præsentaneo remedio eam con-
trahit. Hirundinum exustarum cinis usque ad periculum laboranti uuæ,
cum melle mixtus potenter inlinitur. Alumen scissum leuiter tritum
uel tunsum, uuæ subditum prodest. Chalcitidis scripulum unum,
turis scripulos tres, calcis uiuæ denarium, misyos, nardi, folij scripulos bi-
nos, croci siccii, scripulos duos, omnia tunsa & cribrata in unum miscebis,
deque eo puluere in coleari posito uuam tanges, ter mane, ter ante bal-
neum,

Amuletum

neuthi, certum experieris remedium. Salis granum, panis micat, car-
bonem mortuum in phoenicio alligabis, & lino circa collum uiam dolenti
suspendes. Succo uel lacte caprifici in coeleati posito uua optime sub-
leuitatur.

Vrtica teritur eiusque succus expressus & tepefactus ab eo
qui uiam dolet salubriter gargarizatur. Lapillus qui in spongia
africana inuenitur phoenicio obuolutus, linóque ligatus collo suspendi-
tur eius qui uiae uitio laborat.

Carmen ad uiae dolorēm quod
ipse sibi qui dolet præcantet, & manus supinas à gutture usque ad cere-
brum coniunctis digitis ducens, dicat. crissi, crassi, cancrasi, quibus dictis rur-
sum manus à gutture ducat, & ter hoc faciat. Laboranti uiae diurno la-
bore hæc cura succurrit. hirundinem uiuā testa africanæ cochlearē includes,
eamq; phœnicio inuolutam, lino circa collum subligabis, intraq; diem no-
num omni molestia liberaberis.

De uua passa eliges granum quod
unum intrinsecus nucleus habeat, eumque in phœnicio alligabis, & fauci-
bus, id est, in regione uiae infères & tenebis, & dices, uua uiam emendat,
mox ipsum phœnicium supra uerticem eius tenebis, & idem dices, cumq;
ter ipsum feceris, & carmen dixeris, collo dolentis subligabis. Rosæ
sicce partes duas, myrti partem unam, cum aqua mulsa decoques, & la-
boranti de uua dabis gargarizandum.

Lenticulam, ficus siccas, &
furfures, cum aqua mulsa decoques, & pro gargarismatio uteris ad u-
iam reparandam. Allium cum sale tritum, in coeleari adposi-
tum uiae, uehementer eam reueuat.

Phylacterium

Allij umbilicum quo gra-
na continentur, atque ubi radices inhærent, cum ipsis radicibus in phœni-
cio conliga, & laboranti de uua, luna septima phylacterij more suspendes.

Oium exinanitum completum uiua terra, loco clauso si absconde-
tur ab eo qui de fauibus & arteria laborabit, remedio præsenti sibi sub-
uenit.

Olei ueteris quod satis erit infusum natibus tumorem ar-
teriatum represso periculo suffocationis euincit.

Fimū colum-
binum, ficus aridas, & nitrum tundes, eaque mixta extrinsecus adpones.
hoc medicamentum asperitatēm fauium mollit, destillationemq; casti-
gat.

Cocleæ terra tantum excussa, inlotæ coquuntur, dehinc tri-
tæ cum passo cretico aduersum fauium molestias hauriuntur. Ut fau-
cium duritiam lenias, medicamen facies tale. myrræ uncias iii. croci unc. i.
tragacanthi uncias tres, ammoniaci uncias tres, mellis quod satis sit. omnia
hæc trita atque permixta recordes, & parato certoque subsidio, ad arte-
rias crassiores & ad difficultatem uocis uteris.

Ad tumores uiae
& fauicum reprimendos, gargarizari oportet tepidam aquam mulsam
cum humore ptisanæ & cum melle decoctam. passum quoque cum
glycyrriza, uel hyssopo, uel fœnogræco, uel lini semine decoctum iuuat,
nec non & aqua maluarum illic incoctarum gargarizationi plurimum
prodest.

Bene opitulatur & fomentum per spongiam
adhibitum,

adhibitum ex aqua calida arteriæ & faucibus, quas partes postea tegi oportebit lana succida pura. Sedant tumores faucium & uua perunctio/^{Perunctiones} nes quædam, ut succus de moris coctus in mellis spissitudinem. Item malipunici granorum succus. Item uua acerbæ succus eodem modo decoctus. prodest & lentisci & terebinthi, & rhus syriaci, & myrti & rubi, & rosæ succus, si cum melle hæc omnia decoquantur: pruna quoq; prosunt matura, si aqua in qua cocta fuerint, gargarizetur, aut os ex ea colluatur. hæc omnia prosunt etiam anginam habentibus & cætera uitia in ore nata efficaciter curant. Non desinente faucium tumore prosunt non solum fomenta moliter adhibita faucibus atque arterijs per spongas aquæ calidæ, sed etiam cætaplastmata uel fomenta de farinis, itaq; imponi oportebit iisdem partibus, farinam ordeaceam ex aqua pura, uel mulsa coctam, uel lini seminis farinâ, uel fœnogræci farinam similiter coctam. sed mirifice prosunt pulli hirundinini pingues saliti, uel recentes assi, in cibo sumpti, protinus enim omnem præfocationem, & tumorem faucium tollunt, uerum si purare fauces videbuntur, oportebit saepius gargarizare aquam cum ficis aridis coctam, uel aquam mulsam cum supra scriptorum admixtione: quod si tantus fuerit tumor ut etiam præfocari aut strangulati fauces videantur, aluum subtrahere clysterio oportebit, aut sanguinem emittere de brachio, uel sub lingua uenam præcidere. Thymbræ ex aqua coctæ, uel acetii vapor, per arundinem ore receptus prodest ad tumores oris, & gutturis, & faucium.

Origanum tritum cum melle impositum ulcera oris purgat, nec patitur ea longius serpere, coctum uero cum aqua & arida fico, atque adsidue gargarizatum, facit & ad alia uitia, id est & ad anginam, & linguam siderat, quod genus morbi Græci paralyxin vocant. Sorbitionibus uti oportebit eos qui de uua & faucibus laborant, factis examylo, ptisana, oryzza, alica, farina triticea, faba alba, urtica tenera cum lacte decocta, deinde cum ex aliqua parte relevati fuerint, tum uti ouis sorbilibus debent.

Ad uuas callosas & nimium tumentes, mirifica hæc compositio est, facit & ad cætera faucium & oris uitia, est autem hæc: æris floris $\frac{1}{2}$ ii. chalcitidis $\frac{1}{2}$ ii. picis liquidæ cyathum. coquitur pix donec amittat odorem, deinde adiiciuntur ei mellis cyati sex, atque iterum utraq; mixta inferuecent. post hoc adiicitur uini aminei sextarius, & tursum coquitur, ubi autem bene decoctum fuerit, cætera suprascripta quæ sicca sunt trita adiiciuntur: iterumq; decoquitur medicamentum donec sit spissum uelut mel. Rhus quo coriarij utuntur foliorum tenerorum collectorum æstate, priusquam semen arbusculæ eorum habeant $\frac{1}{2}$ xxiii. macerantur in aquæ nitidæ cōgnis tribus totidem diebus, totidemq; noctibus, deinde expressa folia abiciuntur, aqua in qua macerata fuerant transfunditur in uas æreum & coquuntur donec in mellis spissitudinem redigatur: oportet autem moueri aquam ipsam rudicula, uel spathomela æris rubri. postea adiici debent trita hæc.

i 3 myrræ,

myrræ, turis, nardi syriacæ, cinnami, cassiae, singulorum denarij binij. deinde bis teruè feruefieri medicamentum, & reponi in pyxide cuprea. facit ad omnia uitia quæ in ore nascuntur, & ad uuam, & arterias, & anginam, & ad auriculas ex quibus puris multum fluit, & ad ueretra & ad nigredinem carbuncolorum, crustas quoque & papulas omnes, & maxime ea humoris uitia quæ in nocte concitantur expurgat. sed si uetustate medicamentum inaruerit, remittitur & temperatur uino austero bene calido.

Remedium

Cosmi medici ad anginam, & ad omnia uitia quæ in ore nascuntur, & ad aures pure manantes, & ad carbunculos atque ad ueretra quæ nigredinem duxerint, & ad crustas, & ad ulcera in pedibus subtrita calciamentis: rhus syriaci $\frac{1}{2}$ ii. myrræ $\frac{1}{2}$ iii. cassiae $\frac{1}{2}$ ii. croci $\frac{1}{2}$ ii. mellis attici cyathos ii. coquitur medicamentum lente in cinere calido, donec spissum fiat, reponitur in uaso ærco.

Arteriace ad grauedines oris & capitis, & ad pleuritos, & per tuſsem sanguinem ejcidentes. cōficitur sic, passi cretici sextarij duo decoquūtur ad tertias. deinde admiscetur turis uictoriati duæ tertiaræ partes, myrræ dimidia, croci una, tragacanthi denarius unus, gummis $\frac{1}{2}$ i. piperris grana numero uiginti, glycyrizæ succi $\frac{1}{2}$ iii. cariotarum pinguium succi exemptis interaneis $\frac{1}{2}$ iii. gummi & tragacanthum in aqua mulsa maceratur. deinde utracq; trita cæteris bene tritis & levigatis admiscentur: post hoc globuli finguntur ad fabæ magnitudinem quos sub lingua teneri oportet, & quod de his liquefactum fuerit statim deuorari. hæc compositio facit ad omnia arteriæ uitia & thoracis, & ad uocis interceptionem.

Compositio

Stomatice dicitur stomatice, facit ad tonsillas & uuas tumentes, & ad vulnera & ulcera in auriculis uetera, excepta ex libris Ptolemai regis, qui Euergetes appellatus est, accipit hæc, succi ex moris facti & in sole cocti s. unū scmis, glycyrizæ succi $\frac{1}{2}$ ii. corticis lycij $\frac{1}{2}$ s. myrræ troglodyticæ $\frac{1}{2}$ i. aluminis filii $\frac{1}{2}$ i. nardi indici $\frac{1}{2}$ s. mellis attici cyathos iiiii. uini malei cyathum i. quæ arida sunt seorsum teruntur, & in unum cum uino temperantur. deinde pafsum his admiscetur, & coquuntur omnia in cinere calido, donec mellis spissitudinem habeant. non oportet autem ignorare, utiles esse arteriam imbecillam habentibus gestationes, deambulationes, corporis uocisq; exercitationes, contraria autem balnea, & omnia quæ uidentur caput implere, uel humores excitare.

Vuæ & faucium dolori, firmus agnorum priusquam herbam gustent in umbra arefactus & confrectus atq; emplastri more adpositus medetur.

Succo cocleæ acu transfoſſæ inlita uua sanatur, ita ut ipsa coclea in fumo posteſ ſuspendatur.

Vuæ deſtillationi quæ omnibus ferè periculosa eſt (nam & phthisin, & syntexin, & alias molestas ualitudines creat) proſunt porri ſectiui folia non cocta ſine pane adſidue manducata.

Oleum calidum ei qui de uua & arterijs laborat, eunti dormitum in cerebrum & in aures infundi utile eſt.

Vuam toto anno non dolebit qui cum primum uuam uiderit procedentem, ſinistra manu

digitu

digito medicinali & pollice granum uulsum sic transglutierit, ut dentibus non contingat. Stercus caballinum recens colliges & in furno calè facies, tunc oleum medio capiti infundes contra uuam, & sic Stercus prædictum in panno uel in linteo spissò capiti superligabis in noctem.

Frumenti grana super carentem tegulam pones & disperges ea, & cum uideris ex his humorem nigrum exire de coquatio colliges, & subinde uuæ adpones, statim remediabis. Ad fauces & arteriam imperditam, remedium utile sic. croci drachmas octo, nardi drachmas duas, schœni anthus drachmam unam, amyli drachmā i.s. rosæ seminis drachmam unam, mellis attici cyathum unum, cum tenuissimo puluere specierum supra dictarum miscebis, & decoques tenuiter, & ad perunctionem faucium uteris. Lac bubulum recens mulsum & lento igne calefactum gargarizatumque arteriam constrictam infuso catarro, & fauces exasperatas, pristinæ sanitati restituta persanat. Vuæ dolenti & destillanti medicamentum præsentaneum, sic: gallæ rufæ semunciam, aluminis scis si scripulos ix. myrræ pinguissimæ scripulos. ix. cunicularis herbæ aridæ super mundam tegulam combustæ cineris semunciam, hæc omnia in tenuissimum puluerem redacta, & in unum permixta seruantur usq; uitreo, & per triduum coquere semiplenum ieuno, & bene digesto intra os inseritur, ut uuam contingat & inclinat.

Causticum ad uuam penitus Caustica
minuenda in uel consumendam sic, foeniculi drachmam i. calcis uiuæ drachmam i. aphronitri drach. ii. chalcanthi drachmas ii. ioni drachmas ii. constuta hæc & in puluerem redacta permisce, & subige cum cinere lixiij fuculæ, & impone siccum ita ut hæreat uuæ uel faucibus.

Raucis & grauedini uocis plurimum prodest, tragacanthum si sub lingua diu teneatur, aut piper, & paulatim saliuia quæ collecta fuerit sorbeatur.

Raucus si oua incocta recentia singula per triduum ieunus hauserit statim remediabitur. Raucis si in balneo clament & aërem calidum intra fauces recipient, satis utile est. oleum quoq; viride in ore tepidum teneant, & adsidue gargarizent, etiā in balneo plurimū prodest. Ad uocem clarificandā radicē edulem quæ incocta māducatur, cū mulso coque, & deinceps ipsum mulsum bibe, & radicē ipsam māduca.

Ad uuā destillantē platani pilulā quam singularem inueniris lino traiectam suspende collo laborantis. Vuam caniculatam & coquam germanā conbure & contere, atq; ex eo puluere mixto, pollice summo uel certe coquatio, uuā ieuno tange per triduum.

Herbæ cymbalitis radicem ante solis ortum colliges sinistræ manus digitis pollice & medicinali in nomine eius qui uuam dolebit, & licio conligatam collo eius suspende. Picem mollem cerebro eius impone qui uuā dolebit, & præcipue ut super limen stans superiori limiti ipsam picē capite suo adfigat. Ad dolorem uuæ scribes in charta, & collo laborantis in linteolo suspēdes, formica sanguinē nō habet nec fel, fuge uuā ne cacer te comedat.

Araneam quæ sursum uersus subit & texit prendes, & nomen eius dices cui medendū erit, & adiçies, sic cito subeat uua eius quem nomino quomodo aranea hæc sursum repit & texit, tum ipsam araneam in chartam virginem lino ligabis, & collo laborantis suspendes die iouis, sed dum prædes araneam uel phylacterium alligas, ter in terram spues. Medicamen causticum ad uiam sine ferro tollendam, de quo etiam ischiadici curantur, calcis uiuæ — i. saponis albi pilulas tres, sinopidis hoc est minij, modicum, lixiuum unde operantur coactiliarij aliquantum, in unum miscebis hæc, & coagitabis diu, & repositum habebis, ut cum opus fuerit utaris. Descrip̄tio trochisci plurimis rebus satis utilis, id est, ad uetustas tusses & reuma ta, quæ in arterijs consurgant, ad paralyticos, ad eos qui ex incommodo tre munt: ad uescam, ad hydropicos, ad opisthotonicos, ad pedū subitos do lores uel grauedines, ad longas uiscerum causas uel dolores, ad phthisicos, ad inediam, ad lienis, ad hepatis, & ad intestinorum dolores, ad duritiā quo que hepatis resoluendam, ad partus extrahēdos qui ante maturitatem furent enecati, & si quid post partum resederit euocandum, quod medicamen

Eutychianus
Archiatrus tum ab Eutychiano archiatro primum traditum fertur, cuius descriptio talis. styracis ✕. iii. iris illyricæ denarios. iii. hyoscymami. ✕ i. opopanaxis.

✖ iii. myrræ troglodytidis ✕ iii. resinæ terebinthinae ✕ ii. piperis albi ✕ xi. aphronitri ✕ xi. opij ✕ xi. galbani ✕ iii. hæc omnia diligētissime tun sa cribrata & trita, ut permisceri inter se possint, aqua nitida in unū colliges, ita ut styracem & galbanum separatim ante contundas, quæ simul confusa aqua colliges, & trochicos ad mensuram oboli facies, & cum necessarium fuerit ex aqua calida bibendos dabis, cum cyathis tribus ternos, pro ut q̄tas aut uirtus fuerit.

AD ANGINAM VEL SYNANCHEN, ET STRVMAS, ET
parotidas, & reumata, & glandulas, uel tonfillas, & ad ea quæ
faucibus hæserint euocanda, remedia rationabilia & phy-
sica diuersa de experimentis. CAPVT XV.

Laser cyrenai
cum



ANGINAE prodest sanguinis detractio, cucurbitarum adhibi-
tio, cæteraq̄ auxilia quibus medici efficacius utuntur, medica-
mēta aut̄ simplicia hæc recte faciunt. laser cyrenaicum aqua di-
lutum crassius per pinnam faucibus adhibetur, uel euphorbiū
aqua dilutum similiter impositum. compositionum autem hæc sunt apta,
fellis taurini, salis, acetii, mellis, olei ueteris, aquas partes in unū misceri ope-
ret, & cum opus fuerit pinna perficere fauces diutius laborantes. Item
bene facit & hoc medicamentum compositum sic. git fricti ✕ ii. pyretri ✕ i.
sagapeni uictoriati pondus, trita hæc cum melle miscetur, & ita faucibus ad
hibentur. Facit bene & medicamentum hoc compositum sic. fellis tau-
rini ✕ ii. succi cucumeris siluatici ✕ i. cachryos & misyos animati ✕ singu-
los,

los. trita hæc melle admixto reponuntur, cum opus est aqua tepida diluuntur, & fauces exinde perunguntur, cogunturq; inde quam plurimum deuotare qui faucium dolore uexantur, soluit enim uentrem & ita uehementissime prodest. Item benefacit & hoc medicamentum, hirundinorum pullorum exustorum cineris $\frac{1}{2}$. hyssopi $\frac{1}{2}$. nitri $\frac{1}{2}$. piperis denarij semissim, laseris $\frac{1}{2}$. hoc medicamento & sèpius fauces & pressius fricari oportet. Multis & hoc profuit medicamentum, costi, opij, anesi, schœni, cassiae rufæ, singulorum denarios binos, git denarium unum, amomi uictoriati pondus, asari quod est semen, $\frac{1}{2}$ aluminis fissi $\frac{1}{2}$ gallæ quod est medium magnitudine cicetis pilulas numero quinq; croci denarios $\frac{1}{2}$. crocomagmatis uictoriati pondus, myrræ uictoriati pondus, aristolochiaæ Græcæ denarios IIII. cinnami denarios tres, hirundinum silvestrium exustorum pullorum cineris denarios v. nardispicæ uictoriati pondus, mel attico despumato comprehenduntur hæc omnia diligenter trita: cum autem opus fuerit reparari hoc medicamentum, adiçetur quod satis erit eiusdem mellis & sic faucibus inferetur. hoc Liuia Augusta semper compositum habuit, & reconditum in uasco uitreo, facit enim mirifice aduersum anginam & synanchen. Medicamentum ad anginam quod devoratur quantum digito uno tolli uel colligi potest, componitur ex his, thus syriaci denarij semissim, hyssopi tantundem, cæparum cypriarum capita tria, laseris cyrenaici quantum erui granum est, uini bene odorati cyathos tres. cum uino cepæ ita teruntur ut soluantur, deinde mittuntur in uas æris rubri atque adiçiuntur cætera, & coquuntur ad mellis crassitudinem. hinc dabitur bis uel ter digito lingere ei cui medendum est.

Ad synanches molestiam, & faucium dolorem pericolosum, effixa medicamen, conficitur diligenter, & reconditum in præsidio habetur. ius in quo hirundinum pulli cocti fuerint accipitur tepens, & intra fauces continetur, atque aliquid inde transmittitur. Sed præcipue contra synanchen prodest, si hirundininos pullos uiuos in nido prendas, & uiuos incendias, ut puluis ex his fiat, die iouis, luna uetere. sed obserua ut impares in nido inuenias, & quanti fuerint exuras. horum in calida aqua puluerem bibendum dabis, & de ipso puluere digito locum synanches ab intro continges, miraberis remedium, sed in lotis manibus remedium facies.

Rutam, allium, laser, æquali mensuta trita, si ex uino gargarizet qui synanchen patitur, certum & præsens remedium sentiet. Præcantabis iejunus ieenum, tenens locum qui erit in causa, digitis tribus, id est medio, pollice, & medicinali, residuis duobus eleuatis dices: exi hodie nata, si ante nata, si hodie creata, si ante creata, hanc pestē, hanc pestilentia, hūc dolorē, hunc tumorē, hunc ruborem, has tolles, has tonsillas, hunc panum, has paniculas, hanc strumam, hanc strumellam, hanc relegionem, euoco,educo, excanto, de istis membris, medullis. Ad tonsillas herbae quæ lingua

lingua bubula dicitur radix, circa collum inligata plurimum prodest.

Gladioli folium medium diuisum, & in similitudinem coronę in se cōnexum, ac pro torque circa collum habitum, tonsillas sedat. Pruni arboris folia ex uino decocta & gargarizata tonsillas molliunt. Turis manna & myrra & cinnamomum & galbanum æquis ponderibus separatis ad leuitatem contusa, cibrataç; & cū resina terebintina ceraç; decocta plurimum, atq; emplastri modo adposita, sanant tonsillas. Si adipe leonina tonsillæ interius perungantur, eodem die sanabuntur. Lac caprinum uel bubulum, uel ouillum recens mulsum dum calet, uel etiam calefactum gargarizatum, tonsillarum dolores & tumores cito sedat. Plantago uel eius radix diligentissime contrita, cum axungia uetere imposita in panno uel linteo, prodest anginæ, uel tonsillis. Cyclaminis succum & mel lycium æquis portionibus miscebis & eo gargatissatio ad omnia fauicium uitia potenter uteris. Pulticulam ex alica facies, in quam capita porrorum contusa mittes, & simul decoques, & deinde colabis, & sorbitione ea contra fauicum molestias cum uolueris uterus. Si quis grillum manu contriuerit, & ad tonsillas uel suas uel alterius tenens ter adiplicuerit, tactu illo tumorem sanabit. Tonsillis tenes uulturini aridi in melle triti uel decocti, mirum remedium præstant, si pro emplastro adponantur.

Cæpæ longæ conditoriae succo, adiecto melle permixto, interiora fauicum pertractantur, quo facto angina labotantem à periculo liberabis: resina quoque uel liquore cedri arboris angina adsidue peruncta sanatur.

Myrti foliorum succus gargatizatus uel etiam transmissus, anginæ plurimum prodest. Myrram contritam ex aqua tepida constanter absorbendam dato ei qui anginæ periculo laborat, statim cum liberabis.

Hirundinum combustarum cinis cum melle attico mixtus, fauicibusq; inditus, & anginam reprimet, & ulcera si qua arterijs inerunt contacta purgabit sanabitq;. Taurinum fel melle permixtum, & extrinsecus fauicibus adpositum, uel pro unguine inductum, anginas efficaciter sanat. Idem præstat & caprinum fel similiter adpositum. Si subita angina ita fauces præfocabuntur, ut nullum auxilium celeriter inueniri possit, ferro quām acutissimo ex uenula quæ sub lingua est, in parte sinistra, quæ statim de hoc morbo pallescit, sanguis emittatur, continuo subuenietur. Herbae pro serpinalis quæ dracontion dicitur, contritæ succo admisceto salsam aquam & olei parum, atque inde linguam & quæ sunt circa linguam & fauces perfricato, donec uomat cui medebere, cito sanabitur. Alumen tritum ex posca gargatizatum, anginæ molestijs prodest. Lini semen & anethum cum sale & oleo & aceto decoctum, bene contra fauicum dolores gargatibabitur. Nucis iuglandis nuclei triti cum ruta & oleo impositi, fauicibus prosunt. Ruborum caules teneri teruntur succusq; eorum expressus & in sole coagitatus donec spissetur ad crassitudinem mellis, ab interiore parte fauicibus

*Venula sub
lingua*

fauibus & gingivis inlitus, plurimum prodest. Pullus hirundinis siluestris, uel melius si ripariolæ, certè etiā domesticæ, assus uel elixus comedus, anginam uelocissime certissimeq; sanat. adeo ut hominem ab hoc morbo per totum annum tutissimum præstet. Ad parotidas sedandas, asphodeli herbe radix inuoluta lana fusca, & circa collū suspēsa, remedio plurimū erit. Brassicæ stirpes siue stipites arefactæ uel combustæ, & in puluerē teda cæ, & cū axungia uetere subactæ, atq; emplastro alutario parotidib. inpositæ, satis prosunt. Lupino crudo deme folliculos atq; ex eo farinā tenuissimā facito, quā melle subactā, uice malagmatis parotidib. adponas, cōtinuo dolores tumoresq; sedabis: idē præstat & cū aceto decoctus similiterq; adpositus. Herba uerbena cū plātagine in ore cōtrita, adiecto modico salis pro emplastro adposita, parotidas mire discutit: quas cū aperuerit, detraicto sale sola cōtrita & imposta, celeriter sanabit, nec cicatricem magnam faciet. Noctu: iecur diligēter seruatū, atq; ex unguēto nardino trito auriculis subinde infusum, celeriter parotidū uitū omne persanat. Ostrei testarū cōbus statum cinis cum melle impositus parotidas cito soluit. Aqua marina tepida uel ex marino sale infecta, parotidas spōgia prius clue, cum calcem cū axungia uetere subactā inponito, confessim sanabis. Spumæ argenti p.i., olei ueteris p.ii. salis ammoniaci p.ii. galbani p.ii. simul hēc omnia permisceris, ita ut spumam argēti in oleo decoquas usq; ad crassitudinem mellis: tum adiicies salem, & pones ut ferueat. item galbanum addes & rufsum ponens ut ferueat. postea simul omnia colabis & recondes, & cum opus fuerit more emplastri miro remedio sedandis parotidibus uteris. Vitium exustarum cinis cum cera & resina paribus ponderibus adpositus parotidis prodest, sed unā decoctus. Stercus columbinum tritum cum farina ordeacia ex melle subactum & calide adpositum, nascētes parotidas comprimit. Adeps ursina pari pondere cum seu taurino & cera permixta atque adposita, parotidibus mirum remedium est. Pingue laridi quod inter cutem & carnem mactram est, si parotidibus adponatur, & illic ligetur, cito sanabuntur. Mus araneus si in orbitam inciderit, naturali fato illuc detentus emoritur. hunc illuc inuentum, argilla, aut linteo, aut phœnicio inuolie, & ex eo ter circumscribe parotidas, quæ in corpore subito turgebunt, mira celeritate sanabis. Malu: radice lino uel licio traiecta, aut arnoglossæ, id est plantaginis radice similiter collo circundata strumas sanari manifestum est. Mentastrī succus cum uino gargarizatus frequenter, strumas tumoresque discutiet. Farina hordeacea, pix liquida, cum cera & oleo mixta percoctaç, adiecto puerili lotio subacta, more emplastri inposita, strumas utiliter sanabit. Galbanum inpositum super strumas facile eas discutit. idē præstat & sal ammoniacus adpositus, uel densiore liquore inditus aut inlitus. Cōtra omnes strumas & fœminis & maribus utilissimum est, si cor lacertæ uiridis lupino argenteo clausum in collo

collo suspensum semper habeant. Fel bubulum uel caprinum ad incipientes strumas optime facere experimenta docuerunt, nam poenitus crescere non sinentur, si eo adsidue tangantur. Cancri fluuiales combusti triti & cum melle adpositi strumas discutiunt. idem præstant & teste echinorum ex aceto tritæ & adpositæ. Si uolueris explorare utrum struma sit loci illius qui tumebit, ante quam medicinam adhibeas lumbricum terrestrem ad tumorem adplica, & postea super folium pone: si struma erit, lumbricus terra fiet: si non erit struma, integer atque inlaesus permanebit.

Sepiæ testa minutissime contusa cum axungia ueteri subacta & imposta, strumis medetur. Nasturcium cum alumine contritum inlithum uel im-

Talparum ^{capita} positum, strumis opitulabitur. Talparum capita recisa cum terra sua contunduntur, & pro emplastro adponuntur strumis, utiliter prosunt, ob quod pastilli inde facti in pyxide stagna reponi debent, ut presto sint cu[m] opus est. Calx uiua cum resina liquida & adipe suilla subacta, & addito melle imposta, strumis mire medetur.

Vngularum equinarum exustarum cinis cum oleo impositus uel inlithus strumis medetur. Acu ossea id est spiculo trygonis que pastinaca dicitur, strumam sepius punge: statim arescit. Ad strumam sedandam buxi tenera & cicutam teres uel cotundes, & cum axungia subiges, & in panno tenui inductum medicamen adpones. Virgulas teneras buxi, manipulum tenerum urticæ unipeciæ in ollam rudem bisextialem cum aqua mittes, & ad medias decoques. postea de aqua ipsa dormitum eunti strumoso calidum quantu[m] pati possit sorbendum dabitis, non transmittendu[m], sed ad eum locum qui dolet intra os tenendum. quanto autem diutius aut calidius tenuerit, tanto citius sanabitur. sufficit autem ut ternas sorbitiones singulis noctibus intra os teneat.

Medicamen ad fauces curandas sic. rutæ 3 vii. mentæ semunciam, folij semunciam anethi tantundem, apij idem, coliculi seminis idem, cucurbitæ & marrubij idem, teres diligenter hæc omnia & permiscebis, & cum opus fuerit fauces inde tanges. Item puluerem ad idem, uel quæ intra os dolent, conficies sic. piperis — i. folij — i. spicæ nardi 3 XII. myrræ 3 XII. costi 3 XII. cassie fistulae 3 XII. aloes 3 III. guttae ammoniaci — i. dactylorum ossa exustorum 3 XII. falsarum sardaru[m] capita trita 3 XII. rutæ seminis 3 XII. mentæ 3 XII. pulegij 3 XII. anethi, apij, coliculi, cucurbitæ, marrubij scripula duodena. omnia tundes & cernes, & quæ urenda sunt super testam combures & teres, atq[ue] in uaso uitreo repones, & cum opus fuerit sicco eo uteris.

Syphanche nanchen remedium sic. cuniculum uiuum in olla rudi combures, & puluerē de ipso cum costo & folio æquis ponderibus miscebis, & sic in potionē plenum cocleare de hoc puluere cum uino dabitis, atq[ue] etiam fauces inde perficiabis. Caput uiperæ linteolo conligatum, colloq[ue] suspensum, tolles optime sanat, aut prohibet innasci. Lac caprinum cum malua & exiguo sale decoctum gargarizatumq[ue] tonsillis prime medetur. Menarum falsarum

farum ustorum de capitibus cinis ex melle inlitus faucibus anginā cohibet.

Aqua in qua mus coctus fuerit, aduersum anginas salubriter inscio propinatur. Caninæ cutis corrugium ter collo circundatum, mire anginam relevat. Multipedes cutiones qui in stercore nascuntur, quicq; contacti in globulis complicantur, adiecta tertia parte resinæ, ualidissime triti & malagmatis uice impositi, incipientes parotidas aperiunt & expurgant, maturatas uero persanant. Axungia uetus cum testa uasi salsamentarij contusa subacta & adposita, collectionem parotidum laudabiliter discutit.

Vulpinis testiculis recentibus parotides peruncæ, cito discutiuntur.

Muricum testæ uruntur, earumq; cinis cum melle parotidibus salubriter inponitur. Fimo capræ axungia uetus permixta & subacta, atq; ut emplastrum adposita, parotidas persanat. Calcis floris scripula iii. allij spicas duas cū axungia tundes & impones parotidibus malagmatis more.

Nasturcium cum lomento contritum sanat strumas, etiam marrubium cum adipe mixtu adpositumq; prodest. Exulceratis strumis mustelæ sanguis recte inlinitur, uel ipsa in uino decocta salubriter imponitur. Coedæ quæ salinis inhærent, cum testis suis tunis: et atq; inpositæ strumis efficaciter prosunt. Talpæ cinis ex melle inlitus strumis, uel iecur eius inter manus tritū adpositū, plurimū prodest. Strumæ optime medetur radix uerbenæ si eam transuersam refeces, extremamq; eius partem laborantis collo subnectas, priorē autē partē in fumo suspēdas: arescēte enim ea, strumæ quoque siccabuntur, & omnis earū humor arescet. cū sanus fuerit quē curatis, si tibi ingratus extiterit, utrāq; partē in aquam coniūcto, strumæ renascentur.

Vriticæ radices cū aceto coctæ cōtus: etq; ac subactæ manibus tepide imponuntur, incipientes strumas cōtinuo cōprimunt. hæc autē cura non solū disertiet prorumpētes strumas, sed & maturas ita aperiet ut omnib. radicibus penitus extractis, ad certissimam sanitatem sine ulla cunctatione perducat.

Adeps caprina cū calce subacta & apposita, strumas statim dissoluit & sanat. Lopus marinus, id est piscis tantæ efficacizæ est aduersum strumas, ut ad quamlibet partem corporis admotus, strumarum uitium omne persanet. Aduersus languorem faucium expertum medicamen hoc facies. pī peris albi — i. naporū seminis — iiii. rutæ uiridis ē vi. absynthij gallici ē vi. laferis optimi ē vi. mellis optimi sextarium. de his tritis commixtis in unū, coclearium plenum dabis iejuno uorandū, uel sauces inde cōtinges. Apī seminis quantum tribus digitis cōprehendas, tantundem & salis, & sinapis alexandrini, adiūcies rutæ quoq; uiridis pusillum, addes & allij spicas v. hęc teres diligenter, & adiunges acetū boni quartarium, & dabis bibere ex aqua calida, si iam per dolorem faucium manducare non poterit. Adipis ueteris — i. turis grana iii. laferis grana iii. satureiæ pusillum, allij spicas xi. teres & calefacies flammula tenui, atq; inde collum eius & fauces diligentissime perfricabis qui de talibus laborabit. Remedium ualde certum & utile

*strumosorum
ingratorum
tatio*

faucium doloribus sic scribas in charta hæc.
Εἰδού τριμερή χύσεων Τοάνασθυ,
Καὶ τεγλαρχής οὐετηρά Τσούνασθυ.
Σάσσον ω στένει νόρτορών γεωργία.

quam chartam in phœnicio obuolutam lito conligabis, colloqz suspendes, meminerisqz ut mundus hæc facias, & ne tertia manu scriptura tangatur.

Gallam tunsam & cibratam atqz alumen utrumqz æquis portionibus sumes, & prius in ollam nouam mittes, & mel bonum atqz alumen utrumqz adiicies, & in unum decoques, atqz inde orificia geusiarum & fauces intrinsecus perfricabis. Vettonicam, argemoniam, uerbenam, rubum, senecionem, mentam, cucurbitam sicciam, hinc amplius mittes sardæ caput asfatum, piperis modicum, teres hæc omnia diligenter & miscebís, & sic etiam per pinnulam delicatam fauicibus inseres, mire hoc remedio carbunculum & quidquid mali intra fauces erit curabis. Olei boni cyathum unum, & succinum uerum, in ollam nouam mittes atqz ad medias decoques. deinde succinū tolles & combures & teres & puluerē eius in oleū supra scriptum mittes, & una iterum diligēter teres, atqz inde tollibus quotiens opus fuerit adpones, experieris magnū remediū. Ad parotidas conuenit noctuæ cē rebellū butyro mixtū adponi, discutit enim ferè eas sine dolore & molestia: oportet autem per aquam marinam feruentem, nouis spongijs illic demersis, & linteo uel sabano intorto, utrinqz expressis, uaporare eas, atqz ita oblisnire hoc medicamentum, superqz tegere lana sulphurata totam maxillam. Bene discutit parotidas iris illyrica cōtusa cocta ex passo, & more cataplasmatis farinę hordeaceę, calida bis uel ter in die inposita. Discutit & hoc medicamentū parotidas antequā suppurent, quod conficitur sic. spumæ argéti p. ii. cerussę p. i. salis amoniaci p. i. æris floris p. i. aceti 8. i. olei ueteris 8. ii. spumam, cerussam, salē, per se & cum aceto terere te oportet mortatio marmoreo, deinde oleo admixto trañcere in caccabū amplū, ne extra effundatur, & ad ignē ponere, effruescit enim ualde. cū hæc super ignem posita habuerint emplastri mollis temperaturā, deponi oportebit caccabū: cum uero desierit feruere, paulatim aspergere æris florē, & mouere spathula medicamentū, ne extra fundatur, & rursus coquere donec habeat emplastri spissitudinē debebis. Ad strumas benefacit radix cucumeris siluatici cocta ex aqua multa & trita, atqz ita inposita. hibiscum quoqz eodem modo coctū & inpositū melius facit. Marini lepores oleo ueteri iniecti benefaciūt discutiendis strumis, sed cū ipso oleo in plumbea pyxide clusi, quā dieb. xl. diligenter alligata oportet haberī. postea ex eo pinnula oblinenda sunt strumę, superqz eas pellis lanata non nimiū tonsa, tegendi gratia inponēda est. præcipi autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet, aut inquinatas priusquam bene eluerit, ad os referat. Ad strumas, & ad duritias mammarum, misericorde facit hoc medicamentum, antequā suppurent, & post suppurationem nihilominus utile est, accipit hæc. olei ueteris p. i. spumæ argenti p. unum,

gallæ

gallæ syriacæ p. II. mannae p. I. & unciam galbanii p. I. cum oleo coquitur spuma donec ceroti spissi habeat temperaturam, deinde admiscetur ei gal^{strumæ} la, & secundum hanc manna. cum emplastri habuerit spissitudinem, tollitur ab igni medicamentum, & cum desierit fervere paulatim galbanum miscetur: deinde linitur in aluta cum opus est adponi, tertio uel quarto die soluitur, si non suppurraverint strumæ: sed si apertæ fuerint, hyeme alternis soluetur, æstate cotidie. Malagma ad strumas & ad omnem duritiam relaxandam mirificum, sic: resinæ terebinthinæ p. II. ceræ seli^{Propolis}
bram, propolis quam quidam ceram sacram vocant p. I. galbani^{Cera sacra}
p. I. olei ueteris selibram, haec omnia cum oleo ad ignem liquefieri oportet, & postea misceri usci de queru p. I. xiphij radicis quod nos gladio^{Fecula}
lum appellamus. p. I. feculæ putris. p. I. aphronitri libræ quadrantem, oponacis p. I. haec omnia ordine quo scripta sunt trita cibrataq; in cacabum
conisciuntur, opopanax oleo diluitur & soluitur, ubi temperatum est medicamentum, manibus subigi tur, linitur cum opus est aluta, & sic adponitur. Glandulis facies remedium sic: farinam, mel, crocum & caricas, simul^{Glandulae}
misce & contere atq; unum corpus facito, & ita linteo inline, & super glandulas pone. Carmen mirum ad glandulas sic: albula glandula, nec doleas, nec noceas, nec paniculas facias, sed liquefas tanquam salis in aqua;
hoc ter nouies dicens, spues ad terram, & glandulas ipsas pollice & digito medicinali perduces, dum carmen dicas, sed ante solis ortum, & post occasum, facies id, pro ut dies aut nox mituetur. Glandulas mane carminabis, si dies minuetur, si nox ad uesperam: & digito medicinali ac pollice continens eas, dices: nouem glandulæ sorores, octo glandulæ sorores, septem glandulæ sorores, sex glandulæ sorores, quinque glandulæ sorores, quatuor glandulæ sorores, tres glandulæ sorores, duæ glandulæ sorores, una glandula soror, nouem sunt glandulæ, octo sunt glandulæ, septem sunt glandulæ, sex sunt glandulæ, quinque sunt glandulæ, quatuor sunt glandulæ, tres sunt glandulæ, duæ sunt glandulæ, una fit glandula, nulla fit glandula. Ad ea quæ faucibus inhærebunt remedium, si os aut arista hæserit gulæ, uel ipse cui acciderit, uel aliis, confessim ad focum adcurrat, & titionem uerset, ita ut pars eius quæ ardebat forinsecus emineat, illa uero quæ igni carebat flammæ infieratur, conuertens uero titionem ter dices remedij gratia te facere, ut illud quod hæserit in faucibus tuis, uel illius quæ peperit illa, sine mora & molestia eximatur. hoc inter certissima remedia subnotatum est. Herba appellatur uincaperuincæ, ex qua si fauces obligaueris dormitum eunti eius cui aliquid ex his inhæserit, mane sanus consurget. Omnia quæ hæserint faucibus hoc carmen expellet: Heilen^{Vincapew}
prosaggeri uome sippola nabuliet onodieni iden eliton. hoc ter dices & ad uinca singula expues. Item fauces quibus aliquid inhæserit confricans, dices:
xi exucrone, xu, crigrionaisus scrisum ouel or, exugri conexu, grilau.

k 2 Si de

Sí de píscē os faucib⁹ hæserit, spīnam medianam eiusdem píscis īfringes, & aliquam partem ex ea pollice & medicinali dígito super uerticem eis cui os uel spīna hærebit adpones, sed utilius erit si nescienti id facias.

Ad os, siue quid aliud hæserit faucib⁹, hi uersus uel dicendi in autem eius qui offocabitur, uel scribendi in charta, quæ ad collum eius lino alligetur, quo remedio nihil est præstantius.

τὸν μοι γοργεῖνην λεφαλῶν δεινοῖο πελώρου

Ἐξ αἰδής πέμψειν ἐπάντη περσεφόνεια

Ligule men- Ad reumaticos efficax remedium sic, mustela die iouis, luna uetere capta, uiua in olla rudi ita excoquitur ut teri possit, & in puluerem redigi, qui puluis collectus ex melle & bene contemeratus, iejuno reumatico ad diem per cocleare dabitur, sed unius ligulæ mensura mire proderit. Ad synanthen remedium efficax sic. rapæ seminis heminam, caulium seminis heminam, opopanax semunciam, laseris 3 IIII. allij modicum, salis montani modicum, omnia hæc diligentissime trita, & melle collecta, laboranti dabuntur mensura ac ratione, ita ut terna coclearia iejunus accipiat.

AD OMNES MOLESTIAS TUSSIS ET SUBITÆ ET DIUTINÆ, ac uetustæ, & siccæ atq; humidæ. & ad phthisicos, atq; eos qui sanguinolentum & purulentum excreant, & ad empyicos, uel pleumoniacos, atq; eos quibus casu sanguisugæ intra stomachum intreplerint, nec non & ad stomachi stridorem, & ne media doleant, remedia physica & rationabilia diuersa de experimentis.

C A P V T XVI.

Tubistrans-
gulatio



Astillus ad tusem & destillationem pectoris, & pulmonis, & ad epiphoras oculorū, & uescicæ dolorem, & quibus tubus strāgulatur sepius & non sine cruciatu urinam faciunt. Item ad eos qui sanguinem ore ejciunt, aut per urinam reddūt: ad deiectiōnem quoq; alui, & ad tormina, & grauedinem uentris, & cholera, & stomachi crebram nauream quæ cum uomitu sine febri excitatur utilis est, & quicquid reprimi & siccari oportet optime compescit: præterea facit & ad omnium partium corporis dolorem, præter capitis: quin etiam si quando alicuius rei causa datum fuerit, aliæ rei uitio non erit hoc medicamentum. Cum autem ad omnia quæ supra dixi manifeste proficit, tum præcipue ad initia phthiseos benefacit, multos enim eripuit ex magno periculo, interdum bis terue datus hic pastillus. recipit autem hæc, myrræ troglo-dytidos * vi. croci * v. thuris * v. opij * IIII. alterci albi seminis

* IIII.

denarios mrr. apollinaris herbæ radicis corticis ✕ IIII. contunditur hic cortex per se & cibratur tenui cribro. deinde crocum, postea altercum, deinde myrra & thus, quibus miscetur opium pridie in aqua maceratum, & subinde aquæ exiguum adiicitur, donec singi pastilli possint ad pondus denarij semissis, licet alij tertia huius ponderis detraeta faciant pastillos. dantur in noctem ex aqua, cyathis tribus. somnum faciunt, dolorem omnem sedant ut superius dixi. oportet autem ex eo etiam catapotia fieri. quidam enim facilius ea quam potionem sumunt, & non multum ad medendum interest.

Catapotium, id est medicamentum quod nō diluitur, sed ita ut est uo/
ratur, ad tuſſim cum ſine modo defluit, conficitur ſic. croci ✕ III. myrræ ✕ II. opij ✕ I. contunditur crocum ſiccum & cibratur. cōtusæ & cibratæ thyre opium admifetur aqua exigua dilutum, postea adiicitur crocum, & cum in unum omnia bene mixta ſunt, ſingūtur erui magnitudinis pilulæ. dantur in nocte ternæ uel quaternæ, & ſi ſiccæ nō potuerint transmitti ex aqua calida modica dabuntur, & formabuntur ex aqua. Catapotiū alterū ad tuſſim aridam ſic. myrræ, piperis, caſtorei, galbani, ſtyracis, opij, ſingulorum idem ponderis. Caſtoreum & piper contunduntur & cibrantur. deinde myrra ante contrita, cæteris contulis & cibratis admifetur: ubi omniū unitas facta eſt, formantur pilulæ ex aqua uitiæ magnitudinis. dantur cum caldæ aquæ modico ternæ uel quaternæ in noctem, ſed digestis. Aliud catapotium ad tuſſim ueterem, quod & ſpirio & phthiſi tentatos, & lienos, & iecur durum habentes ſanat, idem inflationem tollit, & purgat mulierum ſi qua ex partu ſordida reſederint, conficitur ſic. ſtyracis ✕ VI. myrræ ✕ II. ſ. opopanacis ✕ V. rēſinæ terebinthinae ✕ III. alterci ſeminis ✕ I. iris illyricæ ✕ I. nitri ✕ I. piperis albi ✕ II. galbani ✕ II. opij ✕ I. irim, altercum, piper, contundere oportet & cibrare. nitrum mortario terere, cætera pilo co- minuere, & poſtea omnia permifcere, ac facere catapotia magnitudinis fabæ. inde terna uel quaterna in noctem, uel ſicca, uel ex calda aqua dare, que & ad inflationes, diſtensionesque cum aquæ calide cyathis tribus utiliter dantur.

Ad eam rem remiſſior quidem pastillus, ſed non contemnendus, accipit haec. croci, myrræ, alterci, opij, pondera paria contusa miſcentur de ſpumato attico melli, fiunt pastilli eiusdem ponderis ut ſupra ſcriptum eſt, dantur iuxta ætatem & uires in nocte: licet & hinc catapotia facere propter eandem causam utile ſit, ſed tunc aquæ mel adiicitur. Pastillus ad tuſſim, & ad ſanguinem reſicientes, & ad ſtomachum ſolutum habentes, facit & ad deiectionem uentris, & uel ſicce dolorem. accipit haec: apij ſeminis ✕ VI. roſæ foliorum arefactorum in umbra ✕ XII. myrræ ✕ XII. croci ✕ XI. opij ✕ IIII. apij ſemen & crocum & folia roſæ contunduntur cibratæque, myrra teritut, opium aqua maceratur: omnia deinde in unum miſcentur, aqua adiecta fiunt pastilli ad pondus denarij ſemissis, aut tertia parte detraeta, dantur ſtomachum imbecillum habentibus, & ſanguinem reſidentibus

bus ex aquæ frigidæ cyathis duobus, cæteris ex calidæ totidem cyathis dà

*Pastillus ex
odoribus* ri debet. Pastillus ex odoribus qui benefacit ad omnem internum dolorem, proprie autem ad tussim, & pectoris destillationem, & oculorum epiphoras, facit & ad suspitum & ad lateris dolorem, & ad phthisicos, uesi-

ca quoq; uel renibus laborantibus, uel sanguinē de urina reddentibus cum dolore, utiliter datur, accipit hæc. cinnami, cassiae, croci, singulorū × ternos, alterci seminis & apollinaris herbæ radicis singulorum denarios quater nos, piperis denarios ii. opij denarios ii. turis denarios iii. nardispicæ × ii. uino falerno contusa & trita hæc ut debet consparguntur, fiunt pastilli ad pondus denarij semissis, aut tertia parte detracta, dantur in noctem pro-

ut ægrī vires sunt cum aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus. Medicamentum quod per coclearium deuoratur, benefacit ad tussim aridam, & eos qui difficulter glutinosa excreant, & præfocari uidentur interdum. sed præcipue prodest his qui dolorem lateris cum febre sentiunt quos Græci

Pleuritici pleuriticos dicūt. liberat enim omni periculo eos. hoc medicamentum Apulei Celsi fuit, & præceptoris nostri Valentis, nec unquā ulli uiuus compositionem eius dedit, quia magnitudinem opinionis ex ea traxerat, est autem hæc. mellis attici libram, piperis nigri denarios duos, myrræ troglodytidis, & cassiae denarios singulos, stachyos nardi denarium i. cinnamomi hemi obolum, quod si non habueris cinnamomum, duplicum cassiam coniçies. piper cōtunditur diligenter & cribratur, myrra teritur mortario marmoreo. postea utraq; in unum miscentur, deinde mellis optimi despumati adjicitur quantū sufficiat, ut sit pseudoliquidum. dantur inde phthisicis coclearia qui na uel sena, pleuriticis etiā plura & sèpius, sed interuallo, hoc est non simul omnia dari oportet. & tum maxime cum tussiunt, & præfocari uidentur, difficulterq; spirant, siue etiam non tussiunt & phlegma illis interius coquitur dari debet, protinus enim exscreant quæ optant, & transitum spiritus habent, & tussire desinunt.

*Nasturcium
animatum* Alterum medicamentum ad tussim aridam conficitur sic. Nasturci animati seminis unciam, alterci seminis unciam, opij × i. myrræ semunciam, sulphuris uiui semunciam, piperis albi—. i melle colligitur hoc medicamentum, datur fabæ ægyptiacæ magnitudine ex cyathis aquæ calidæ iii. in noctem: facit autem hoc medicamentum & ad lateris dolorem, & ad stomachi inflationem grauedinémque: cœliacis quoque qui subito uniuersa deſciunt, prodest: & dolenti superpositum uel circum datum denti, & si exesus est in cauernam eius insertum, utile est. præterea adhorrores febrem præcedentes, quæ circuitum habent, datum ante horā accessionis, utilissimum est, sed prius corpore perfrito oleo calido. prodest & his qui sine horrore circuitu febrium uexantur, quamobrem lexipy retos hæc compositio dicitur. Alia compositio ad tussim aridam, & glutinosam, & difficulter excreantibus: purgat etiam interanea, uomaticas & suppurationes, accipit hæc: lini seminis, urticæ seminis, nasturci seminis, iris illyricæ

illyricæ radicis æquis ponderibus. hæc in puluerem redigi & misceri oportet cum melle, & frequenter ieuno per coclearium dari. Stercus porcinum siccum inligatum phœnicio, & collo suspensum, tussim molestissimam sedat. Hyssopi — i. mente siccæ — i. pulegij siccæ — i. mellis decocti — ii. marrubij — i. papaueris — i. sunt qui addunt & sulphuris uiui semunciam, hæc tria permiscentur ut pseudoliquida sint, & per cocleare datur, ita ut per triduum coclearia singula qui tussit ieunus accipiat. Hederæ folia tria cum tribus granis piperis ex uini cyatho, & aquæ calidæ quantum sufficiat, prima die dabis, sequenti die folia quinq; cū granis quinq;, similiter ut supra, tertia die folia vii. cum granis vii. similiter ut supra, sed infimo ex calda aqua dabitis, mirabiliter tussim quamvis molestam, & uetustam sedabis. Ad diutinam tussim quæ nunquam desinit, & satis molesta est, medicamen facies sic laricis — i. piperis — i. croci — i. myrræ — i. marrubij tunsi succi quartariū, ficus siccæ tres, mellis optimi quod satis esse aestimaueris, coques hæc pariter miscebis & conteres, ac sic ieuno triduo cotinuo coclearia singula dabitis, miraberis remediu, sed si necesse fuerit, intermissis diebus iterū ac saepius dabis, hoc etiā phthisicos sanat. Ad tussim ex perfictione collectā medicamen hoc utile est. aceti optimi heminā, aquæ heminā, hyssopi ev i. tandem coques donec ad medietatem decoquantur. tum heminam mellis boni despiciat adiçies, & lento igne decoques ut spissescat: ante tamē quam mel adiçias, supra scripta colare debes, inde terna coclearia ieunus & post coenam accipies. Ad tussim remedium utile. resinam terebinthinam & mel despumatum pari pondere permixta cum ouo leuiter decocto, debebis ieunus haurire.

Pulegium siccum ad mensurā cyathi & nasturcij tantundem in puluerem tenuissimum redige, & mellis optimi adiçce quod sufficiat, ac decoque, & mane ac uespere coclearia inde singula accipe, miro aduersus tussim quamvis molestam remedio uteris. Ad tussim nocturnam & stomachi confirmationem remedium probatissimum sic. caricas tres pinguissimas Africæ nas prima nocte accipies assatas super carbones, ita ut singulis caricis inferas piperis grana nouena lecta, & pulegij quod non fuerit in fumo aliquantulum: sed caricas sic assare debes ne comburantur penitus, sed ut resoluantur, & ea hora quæ te in lecto posueris, tum eas accipe & obserua ne quisquam postea loquaris, aut quemquam appelles, antequam obdormias: hoc obseruans per tres noctes facies.

*Carica Afri,
cane*

Ad tussim præsentaneum remedium sic. radices rumicis minutæ eius quæ per campum se sternit, & mora fert parvula, colliges sine ferro, & eorum p. iii. in aquæ s. xx. lento igne usque ad tertias decoques. deinde radicibus separatis, ponderabis aquam, & quantum separata aqua pensauerit, tantum mellis optimi despumati admiscere debebis, & rursus utrumque mixtum tamdiu decoques donec mellis spissitudinem habeat. deinde admiscebis

k 4 piperis

piperis optimi triti quantum aestimes posse sufficere ut sine molestia accipiatur, atq; ex eo medicamine mane & sero terna colearia sumas. Mar rubij fasciculum bonum in aquæ congio ad medias decoque, & ex ea aqua adiecto mellis aliquantulo, iejunus cotidie singulos cyathos donec tussire desinas bibe. omne genus tussis efficaciter curabis. Foeniculi radicem uitidem nitidam in pila lignea contunde, atque eius succum iejunus cum uino uetere per dies cōtinuos nouem in limine stans bibe, ualidissime aduersum tussim quamlibet molestam tibi proderit. itidem proderit & puluis ex eadem radice sicca factus, similiter potus. Porri contusi succus expressus cum oleo decoctus & epotus, plurimum tussientibus præstat. Verbenæ herbæ arefactæ tunsæ atq; cribratæ tenuissimi pulueris colearia quinque maiora maioribus, minoribus pro ætate minora, sed sinceri ex uini amici ueteris cyathis totidem, per dies quinq; potanda dabis, febricitantibus ex aqua dari oportebit, mire tussientibus proderit. Scillæ interioris medullæ teneræ contritæ succum cum mellis pari mensura decoque, & inde etiam si minimum, quantum summus digitus recipere possit, iejunus cotidie mane gustaueris, tussis molestia mire carebis. Tussis molestia cito librabere, si obseruaueris remedium tale. piperis albi grana III. baccarum lauri grana III. in unum contunde, & adiectis aquæ calidæ cyathis duobus iejunus bibe. deinde piperis grana V. & lauri baccas V. ex aquæ ut supra cyathis duobus bibe, deinde VII. & VII. ex aquæ duobus, deinde IX. & IX. ex aquæ duobus. & si tam molesta tussis fuerit ut non statim desinat, iterum deminuendo similiter facies, ut IX. & IX. & deinde VII. & VII. V. & V. III. & III. cū aquæ calidæ binis cyathis bibas. Cupressi baccæ numero impares quam minutissime tritæ & ex uino ueteri iejuno potui datae, tussim potentissime leniunt. eiusdem tenera caulinorum à iejuno commanducata, ita ut succus transglutiatur, mire sanant tussientem, si id adiectis semper impari numero caulinulis per triduum fiat. Myrræ, styracis, opij, croci, pares mensuras conterito, & de contritis ac permixtis speciebus globulos ex aqua cicerculii magnitudine facito, ac prius quam dormitum eat tussienti tria catapotia de uoranda, id est transglutiēda dato, super quæ tres aquæ calidæ cyathos portandos adjicito. hoc remedio nocturna tussi laborantem cito liberabis.

vetriculi gal- Ventriculi gallinacei membranulam qua sordes aqualiculi continentur, *linacci mem-* arefactam terito diligenter, & cum uino potui dato, humidam tussim sedabranbis. Tussem quamvis grauem maiorum natu intra quinq; dies, parvolorum etiam intra triduum sanat, qui sulphuris triti quantum tribus digitis capere potest, in ouo semicocto sorbili per triduum iejuno, aut per quinq; dies dederit. *Hyoscyami* — i. sulphuris semunciam, fellis terræ — i. piperis — i. gentianæ — i. opij & ii. marrubij — i. mellis despumati quantū sufficiat supra dictis speciebus, tritis cribratisq; miscebis, ac leuiter decoques, inde si quis tussi grauiter conflictabitur, pastillum ad magnitudinem fabæ iejunus

ieunus mane hauriat, & in noctem cum calda aqua alium pastillum bibat, bonum ualde & utile remedium experietur. Scillæ bulbum unum purgatū tribus feroribus in aqua decoques, & ex eo quod fuerit tenerimum sumes — IIII. panacis & iris illyricæ, drachmas quaternas, ammoniaci — II. hæc omnia diligenter teres. sed scillam seorsum confricabis, tum omnia confundes, & mellis optimi despumati ad colligendum in unum medicamen quod sufficiat mittes, atq; inde laborati per cocleare bis uel ter diebus singulis dabis, intra dies VII. etiā sanguinē excreantē & uetus tussis molestia liberabis, dū aut deorsum purgatur, aut per uomitū pītuitā interius collectæ humor effunditur. Folia ulmi quæ orientem spectant, cum piperis granis totidē, sed impari numero trita, & cum falerno uino à ieuno sumpta etiam purulentas tusses potenter emendant. Salis quantum intra palmā tenere potest, qui tussiet in potionē ceruisæ aut curmi mittat & calidū bibat cum dormitum uadit, neq; postea loquatur, sed tacitus somnū capiat, cito sanabitur si hoc uel triduo fecerit. Millefolium tritum ex aceto potum tussientibus atq; etiam stomacho ruptis & sanguinē excreatibus prodest. Similiter prodest quinq; folium tritū, atq; ex aqua potui datum. Quinq; ouorum incoctorū uitelli cū uini ueteris aut mulsi cyathis tribus permixti, & calide per triduum poti, excreations cruentas emendant. Nuces piñæ in arietis contusæ in ollam mittuntur, & quot fuerint nuces, tot hyoscymni unciae & aquæ sextarij adjiciuntur, hæc ad medias decoquuntur, atq; inde ad tussis remedium etiam phthisico bibenda ieuno cotidie potio, etiam ex uino, si non erunt febres, salubriter dabitur. Si de tussi stomachū quis aut latera dolebit, herbæ uettonicæ fasciculum cum suis radicibus in olla noua decoquat, cum aquæ lixiuæ & duobus, donec ad tertias consummantur, atq; inde dimidium cyathum frigidum cum dolore urgetur bibat. Vettunicam, nepetam, pulegium, æquali mensura cum uini & duobus salis pusillo, ad heminā decoques, atq; inde laboranti tussi & doloribus stomachi cyathos singulos ieuno ut per cocleare paulatim infundas per triduum das. Si quæ tussis intolerabilis uexat, de lupi fecore arido uel exusto quantū uoluerit cōterat, adjiciatq; uinū mel & aquā tepidā, atq; inde ad diē cyathū ieunus bibat, intra paucos dies mire sanabitur. Inuenta casu in via portio de cribro impari numero foraminū collo inligata, tussi & suspicio remediō est. Ad tussem nīmī & ueterē remediū sic. marrubij siccī p. III. in olla nouā fictilē mittes, & aquę fontanę & XVIII. & decoques ad tertias. deinde ipsam aquā colabis, & in rūdē olla alterā mittes, atq; addes illuc mellis optimi & I. piperis triti semunciam, & iterū ad tertias decoques, ut spissum fiat. deinde diligenter in uaso uitreo repones, atq; ex eo ieunus ternā coclearia cotidie sumes. eque prodest marrubij uiridis succus cū mellis despumati pari mēsura decoctus, & cocleare pleno mane sumptus & uespere. Herba argemonia contrita, & ex uino uetere diluta potui data, unice tussientibus prodest, tamen

tamen ut dixi qui remediandus est ieiunus accipiat. Betæ radix pipere adiecto conteritur, & ex eo ad piperis magnitudinem catapotia fiunt. inde bina ieiuno data deuorantur, donec tussis uitium consenescat. Fabæ solidæ granum infusum in aqua, adeoç inflatum ut plus humoris nequeat haurire, subito deuoratum, tussem mire tollit. Lotium humanum uetus adiecto croco ut odor eius occulatur exhaustum, ueteres tusses, & eos qui crassa pituita uexantur emendat. Si cui saliuia resiliens tussem moverit, aliquis ei in frontem sufflet, statim desinit. Ex ouo duro interius quod est, passo intritum adiectis aquæ calidæ cyathis duobus si antequā cubitum eas biberis, quietiorem à tussi maiorem partem noctis habebis, & eius potionis adsiduitate sanabere. Faba fresa tussientibus in qua allium coctum fuerit, maxime prodest, uel ex melle in cibo sumpta, efficaciter remedium præstat. sed & putulentas excreationes cohibet & sanat.

Ficus sicca tres cum hyssopi modico, & paruo tutæ fasciculo, & quartario foenogræci purgati, cum aquæ nitidæ sextario propensiæ in olla rudi ad medias decoquuntur & colâtur, inde tres potiones per triduum tussi nimia laborantibus dantur, mirum remedium est. Seuum ouium decoctum & cum uino austero depotum, tussi medetur. Sandaracha quoq; cum resina terebinthina ex ouo sorbili sumpta, tussem remediatur. Vettoriæ pollinis drach. ii. in passi creticæ cyathis duobus permixte aqua calida uti liter aduersum tussem bibuntur. Palmare remedium ad tussem sic. fœniculi siccí triti 3 ix. anethi similiter 3 ix. opij hispani 3 ii. hec iuncta ex melle optimo temperabis, & ex eo nucis auellanae magnitudine cum aqua calida mane ieiuno, uel etiam digesto ad uesperam dabis. Valde bonum & utile ad tussem qualelibet hoc remedium est: apij seminis 3 iii. hyosciami 3 ii. anethi 3 iii. opij 3 ii. mellis quod ad colligendas & glutinandas species supradictas sufficiat, cum in puluerem fuerint redactæ. Tussi & cruditatæ medetur hoc medicamen. costi — iii. cinnami — ii. piperis 3 v. item piperis longi 3 v. opij 3 ii. croci — i. mellis quod satis ad hæc trita temperanda & catapotia facienda, quæ cum calda aqua & mane, & sero, sed interiectis uicibus dari oportet, quod similiter & de supra scripto medicamine fieri debet. Aquam in qua tutam, & hyssopum, & rosam sicciam, decoxitris uino immisce, & ita bibendam ieiuno offer tussienti, cito subuenies.

In ouum sorbile mastiche puluerem mittes, sed opus est ut mox coagitatum statim sorbeas, ne dilatione fiat crusta: quo exhausto facile tussem sedabis, si id saepius feceris. Fabæ grana quinquaginta tosta in furno, piperis totidem, tundes & cribrabis, & pulegi tantundem mensuræ quantum fabæ est in puluerem rediges, ac simul melle confsparges, & coques in olla rudi atq; agitabis ne conburatur. postea de tepefacto medicamine per septem dies singula coclearia, siue mane, siue sero, tussi laborantibus dabis, cito subuenies. Herba centauria trita ex uino dulci bibitur, mire prodest etiam

etiam his qui sanguinolentum aut purulentum extussiunt, quos phthisicos dicunt. Vuam passam enucleabis ad ponderis libræ sextantem, & diligenter teres, adiicies sinapis optime separatim triti libre sextantem, ac deinde adiecto acetō scillite cum mellis modico teres et miscebis, ita ut eam spissitudine habeat, ut pastilluli fieri possint, nō tamē grādes, inde qui phthisi & diutina tussi laborat, singulos cū calda aqua ieiunus mane, & similiter dormitū uadēs ad uesperā sumat. Cerui pulmones cū suis gurgulionib. uirgulī tensos, in fumo donec arescat suspende, & ex his aliquid cōtusum tritūq; diligenter adiecto melle, diligenter modo phthisico dato, quē sanari citissime uoles. Lacerta uiridis uiua immissa in uas fictile nouū, & cū uini 8.iii. decocta ad cyathū unū, incredibiliter phthisico pdest, si ex uino eo mane ieiunus bibat coeleare unū. Qui phthisi laborabit, laser tritū in aqua tepida ieiunus cotidie bibat, potēter remediabitur. Cárcros marinos in pari numero exustos uel aridos tritos, & baccas laureas in pari numero tritas, adiecto melle atq; adipe anserina remissa, & quis pōderibus, uniuersa permixta unum corpus facies, atque equaliter in duodecim partes diuides, & in cibo aut in potionē laboranti phthisico dabis, mire proderit. Oua incocta duo in calice diffundes, & deince olei optimi 9.ii. & axungiae uetustissimæ in trulla ad calidā remissæ 9.ii. & coagitato ac permixtum phthisico tepidū cotidie da bibendum, donec sanet, ualde proderit. Qui phthisi adficiuntur, maritima loca uitare debent, atq; illic maxime ubi pix conficitur commorari, ibiç coclearum carne cum uino excoctatum adsidue uesci. Picem præ coquā, siue quam uiscosam uocant, & rubricam scythicam, quam alijs pissaphaltum uocat cum seuī ceruini remissi cyatho uno & lactis bubuli uel ovi illi pari mensura, si quis iam periclitanti phthisico in potu uel in cibo cotidie dederit, mire ei subueniet. Mus gliris degluptus & cum oleo ac sale assatus pleumoniticis uel empyicis cibo datus, mire succurrit, eos quoque qui purulenta excreant celerrime sanat. Marrubij uiridis fasciculum, & ambrosiae fasciculum, & abrotani fasciculum, mitte in ollam semodialem novam, & uini 8.iii. & decoque ad sextarium, tum exprime herbas, & cola, & adiice in ollam mellis optimi sextarium & postea decoque ad crassitudinem mellis, ex eo uteris ieiunus cotidie plena ligula ad sanguinis refectionem scandam, & ad stomachum confirmandum. Butyrum nitidum & tantum mellis optimi despumati coquito donec color rufus sit, & in pyxide cornea recōde, atq; inde mane ieiuno singula coclearia dato, qui pulmonis exulcerati uitio foetidum olet, uel purulentum & foetidum excreat.

Axungiae suillæ uetustæ unciae tres, ex uini uetustissimi cotyla una decoctae, potui phthisicis datæ potenter remediантur. Anethi siccii ueteris puluerē, & resinæ pityinæ puluerē, cū adipe ueteri anserino aut gallinaceo, edendum mane ieiuno empyico coclearia tria, & uespere tātundem dabis, mire subuenies. Ad eos qui sanguinem excreant remedium efficax sic.

*phthisicorum
habitatio*

audet

turis masculi diligenter triti, drach ii. ammoniaci unam, cum aceti hemina simul contemperabis, ita ut bibi possit & laboranti ieuno haemoptoico dabis. Si quis purulentum tussit, ouum crudum cum pari mensura succi de porro sectuo expressi, tantudemque optimi mellis permixtum, calefactum ieunus sorbeat. Ad excretionem cruentam remedium sic. coeleæ elixatae teruntur, & ex aqua calida à ieuno bibuntur, nec non ad idem coeleæ inlotæ ex aqua marina coquuntur & deuorantur. Phthisicis & empyricis prodest aqua in qua cydonea mala cocta fuerint, adsidue propinata, ipsa etiam si incocta manducentur iuuent. Spongiæ africanæ exustæ cinis cum succo porri sectuvi, haustus empyicos sanat. Rafani cocti cibo sumpti sanguinolentas excretiones celeriter emendant. Gummi optimum in ore solutum & deglutitum, summo empyricis remedio est.

Ruborum in quibus mora nascuntur caulinuli teneri tunduntur, ex his succus exprimitur, qui in sole ad crassitudinem mellis spissatur agitatus, hic haustus sanguinolentam excretionem efficacissime cludit. eorundem ruborum caulinuli teneri ex uino austero discocti eduntur. idque uinum etiam merum potatum sanguinolenta excrentibus prodest. Coagulum cervinum, siue leporinum, siue hedinum, in potionē solutum bibitur utiliter ab empyricis uel haemoptoicis. cervini quoque cornus exusti cinis in potionē datum similiter medetur. Bubulus sanguis uel haedinus sanguis recens cū pari mensura aceti discoctus sanguinem excrentibus prodest si per codicem adsidue degustetur. Glutinum quo charta glutinatur calidum in modum sorbitonis hauritur, uel ex aqua calida sanguinem excrentibus datur.

*Glutinū char-
tarum*

Nuclei amygdalarum, triticum, amylon, & menta, trita in qualibet potionē utiliter ab haemoptoicis uel empyricis hauriuntur. Semen salicis tritum, & ex uino austero sumptum, sanguinem tuftantes fistit, & uitium potenter emendat. Hederae baccae que sunt luteæ in pari numero tritæ & ex aqua tepida potæ phthisicos sanant. Herbae uetronicæ folia in umbra arefacta & tunsa cribrataque reponito, atque inde laboranti uulso uictoriati argentei pondus ex passo bibendum saepè præbeto. quidam quo potentius herbæ huius auxilium facerent, adiecto melle cribratum puluerem comprehendunt, atque inde fabæ magnitudine dederunt laborantib. phthisicis, uulsis, & reumaticis, eosque qui etiam purulenta excrebant in columnati solidæ reddiderunt. Ad phthisicos remedium & præsens & maximūnam etiam uitæ dubios sanat, & quibus spes supereffe nulla videatur. equi *saliua* saliuam uel spumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis, etiam quem tufti intoleranda & diutina laborare uideris, hoc remedio liberabis: ægrum quidem sine cunctatione sanabis, sed equum mors subita consequitur. Oua cruda duo in calicem uerguntur, eo adiiciuntur olei optimi — v. gari floris — v. passi cretici — v. cumque hæc in calicem conieceris, axungiae uetusissimæ — v. in vase igne dissolues, eundemque liquorem calidū cæteris rebus

rebus adiçies, omniaç pariter super aquam feruentem remittes, & calida phthisicis bibenda præbebis. Herbae senecionis uiridis contusæ & expressæ succus ad mēnsurā cyathi unius per dies singulos potui datus, phthisicis mīro remedio est, si interiectis diebus uel septies propinetur. Rutæ teneræ contritæ cum ramusculis suis & expressæ succus, cum aliquantulo bitumine, ex uino ueteri calido, phthisicis celeriter, similiter & empyticis in potu medetur. Antidotū phthisicis incōparabile sic. piperis albi 3 m. myrræ 3 i. opopanax 3 i. turis masculi 3 i. opij 3 i. croci sicuti 3 i. zingiberis 3 ii. laetis 3 i. rutaæ siccæ 3 ii. abrotani 3 ii. narcissi 3 ii. uettonicæ 3 ii. marrubij 3 ii. pulchri 3 i. mellis despumati optimi 8 i. uini aminei quartariū, papaueris triti 3 i. ex quo cūq; liquore hoc phthisicis propinatum ualde prodeſſe memora tur, ita ut de cōtritis diligenter mixtisq; speciebus carapotia fiant magnitudi ne fabæ, quæ aut integræ hauriēda, aut liquefacta dētur & mane & uespera.

Trochiscus dielectru preſtatiſſimus ad hæmoptoicos, id est sanguinē uel *Trochiscus* excrætes uel uomētes, uel eos qui maxime cū tussi sanguinē factant, huius cōfectio sic. croci 3 xv. succini 3 xv. mastiches chitæ 3 x. iris illyricæ 3 xv. opij 3 i. psyllij quod est semen nigrum minutum pulicibus simile — ii. s. hoc semen coquæ in hemina aquæ, donec densa fiat, quemadmodū de lini semine, quam colabis postea, & reliqua omnia trita ex hac aqua colliges, & formabis trochiscos habētes maximos 3 iii. s. alios 3 iii. s. minimos usq; ad 3 i. s. Ita ergo facies ut pro ætate unusquisq; & pro corporis firmitate accipere possit. Ad eos qui sanguisugas inſciij deuorant, cūnicum in carbonibus positorum sumus remedio est, si ore hianti & fauibus apertis excipiatur, enī enim & expelli deuoratas sanguisugas hac ratione certissimum est. In eo aceto in quo prius ferrum seruens sit extinctum, butyrum missum & calefactum paulatim, si absorbeatur enīcet de stomacho sanguisugas. Ad stridorem pectoris deponendum sinapis optimi triti cyathos duos, & mellis optimi despumati. cyathum miscebis, & ieianus die calido, aut in loco tepido gargarizabis, & fines patenti ore humorem decurrere.

Ne media doleant, luna septimadecima ſemper allij incocti terna grana purgata transglutati, mite prodérit. Corallium tritū ex aqua potui datū, reiectionē sanguinis reprimit, cui rei & castaneæ medentur si coctæ quam plurimæ māducentur. Ad tuſsem Vindiciani medici remedium ſingulare. ſulphur uitium teres, & inuolues de axungia porci ueruſtissima, & dabis ut transglutiat tres pilulas prima die, ſecunda duas, tertia. i. tales autem pilulae erunt ut facile transuorari possint, hoc remedium etiam equis tuffientibus prodest. Ad tuſsem remediū efficax: herba quæ gallice calliomarcus, latine equi ungula uocatur, collecta luna ueteri liduna die iouis, ſiccata prius in olla nouā mittitur cū prunis ardentibus quæ intra ollam mitti debent, ſuper ſicies ſane eius argilla diligenter claudi debet, & calamus inſeri, per quē humor uel ſumus caloris hauriatur intra os, donec arteriā omnē & ſtomachū
penetret

penetret. Compositio ad tussem.mellis despumati p.r. anethi seminis — III.piperis — I.hæc diligentissime trita miscentur melli, ut cum usus exegerit bis in die terna coclearia qui tussi laborabit accipiat. Compositio ecligma tñ ad pulmonem corruptum reparandum.marrubij fasciculum unum, hyssopi fasciculū I.glycyrizæ — III.iris illyricæ — III.inulæ — III.nuces pineas refi nosas v.aquæ 8.vi.mellis p.v.omnia hæc in aquâ nitidâ infundes, ita ut ad tertias coquantur, hoc est ut simul uniuersa ad trisextum ueniant, posteaq; addideris suprascriptū mellis pondus, ut ad mellis ueniant densitatē, de qui bus colatis & in vitro cōditis, terna mane coclearia, terna uespere, qui supra dicta ualitudine laborabit accipiet. Descriptio ecligmatij ad pulmonē curandū. herbæ gladiatoriæ succus,lili filuatici succus,marrubij succus, equis mensuris parabitur.deinde quantū de tribus specieb.suerit succi,tantū mel lis mittetur, ita ut postea in sextarium huius permixtionis tria coclearia olei viridis mittantur, quod tandem postea coquetur, quādiu medicament ad mē suram mellis ueniat.ex hoc ieiunus accipiat terna coclearia,& post cœnā ter na, qui pulmonis uitio laborabit. Confectio unctionis ad ipsam pulmo nis causam, olei mollis 8.I.cyminī quartariū,lento igni tam diu coques, quā diu cyminum percoquatur, quod postea colabis, & addes olei chamæmelīni heminā , olei anethini quartarium, olei rosei quartarium, olei ranacei he minam, medullæ ceruinæ recentis — III.adipis anserinæ atq; porcinæ recentis — VI.butyri recentis sine sale — VI.ceræ punicæ — III.hæc omnia ad uapo rem soluta miscentur, & quādo ēgerungi debet, tolles ex eo — VI.ad tridua nam unctionē, & addes illuc succi de foenogræco — II. febri fugiæ — II.lactis humani quartarium, quod lac sub hora qua ēgerungēdus est mittatur, nec calefaciat cum ceteris speciebus, & iacens in lecto ungatur lenta satis manu, sed ante lucē postquā unctus fuerit statim lac uaccinum bibat eadem hora mulsum, nō coctum dum calet.

A D S V S P I R I O S O S V E L A D D Y S P N O I C O S, E T
omnes causas arteriarum, de quibus tuptis sanguis emanat,
& ad uomitus restringendos, & prouocandos, & ad sitim ar-
cendam, & ad singultus inhibendos, & ad rheumaticos
& uulso, remedia rationabilia & physica diuer-
sa de experimentis. **C A P V T X V I I .**

Ad susprium facit bene acetum quod scilliticum uocant, cocleario ter quat̄rue sumptum ad diem. prodest & scilla argilla circundata & furno cocta purgatis exterioribus putaminibus, & quod eius tenerimum est tritum, adiectis mellis attici duabus partibus & aceti boni una parte, atque ita decocta & per ligulam uanam semel in die sumpta. Profuit multis ad susprium uel dispnceam depellēdam, pulmo uulpis uel iecur in olla fictili exustum, atq; ad cinerē redactū & datū ad diē ieiuno, mēsura cocleariorū triū, cū aquæ cyathis tribus si febri

Si febricitabit, si sincerus erit ex uino ueterem profuit & pulmo cerui eodē modo arefactus & datus. Prodest suspriosis hoc medicamentum euidēter, aluminis fissi ✕ vi. opij ✕ i. aqua exigua opū diluitur, miscetur alumini ante trito. fiunt globuli ciceris magnitudine, dātur ieuno ante cibum quaterni aut quini. hoc medicamentum & ad sanguinis eruptionem ex interioribus partibus facit, & ad ueterem tussem, & ad phthisicos, uel purulenta excrentes. Hoc quoq; medicamentum ad susprium satis commode facit, sulphuris ✕ i. nitri ✕ i. abrotani quod tribus digitis cōprehendi possit. hec contunduntur & teruntur curiose, cum opus est dantur ex his ieuno colearia duo cū duob. cyathis aceti calidi. Aliud medicamentum strumis & susprio efficax, facit aut & ad lumborum diutinum dolorem, & ad paralysin, & ad hydropicos, & ad lienosos, conficitur sic. brioniæ, id est albae uitis radicis, ✕ xii. iris illyricæ ✕ xii. ammoniaci guttæ ✕ xii. asparagi radicis ✕ vi. scille bulbi crudi tenerū ex interiore parte ✕ xii. tragacāthi ✕ vi. his mellis miscetur quod sufficiat, sed prius contusis diligēter & tritis donec ceroti habeant temperaturā. inde cum opus est datur ieuno ✕ i. cum aquæ mulæ cyathis tribus. Balsami semeni tritum potum ex uino prodest suspriosis, caducis, phreniticis, pleuriticis, & ad omnia uitia quæ in thorace subsistunt, pulmonis & suspriij causis medetur. Thymū tritū potū ex uino extenuat & calefacit quæ sunt in stomacho grauia, unde suspriū nascitur, uentrem quoq; releuat, sanguinē extenuat, & quæ sunt glutinosa & harentia in thorace & fauoris detrahit. Origanum cum croco tritū, potatūq; cum uino suspriosis prodest. Hyssopū quoq; aridum contusum & cretum ex aqua, aut uino, aut aceto, aut melle datum, aut decoctū cum aliquo supradictorū liquorū, suspriosis medetur. Marrubiū aridum tritū cū mellis coleario sumptū, uel succus eius potus, & que suspriosis remedio erit. Chamēdrys extenuata tritaq; & pota prodest suspriosis, quæ propter crassitudinē suā liquore aliquo etiā aqua extenuari debet, & sic accipi. Herba tiniatica contusa & ex melle coleario sumpta suspriosos curat. rutæ quoq; atq; herbæ blattariæ succus per se datus, aut radices earū incoctæ aqua, & potui date similiter profund. nec nō & capparis radices idē præstāt, si ut supra scriptū est accipiātur. Resina terebinthina deuoratur ad magnitudinē fabæ ægyptiacæ ab eo qui susprio laborat uini cyathio supersumpto, quæ res magno remedio est.

Centaureæ tenuis succus quantum nux auellana recipit cum aqua mula datus, uel ianthidis herbae quæ humidis locis nascitur unius fruticis, folia trita cū cyatho aquæ data, suspriosis plurimū prosunt. uino uti oportet suspriosos in q; cētaureæ, absinthi, origani, & tragorigani, & hysopi, & thymi, & pulegij, & ruta fasciculi retracti fuerint decocti. Cupressi pilulæ tritæ potæ ex uino faciunt bene, non solum ad susprium sed & ad iocineris & pectoris & uuluæ dolorem, si fœminis détur. folia aut eiusdem cū ruta trita & pota pectoris tollunt dolorem. similiter cortex & radix cupressi decocta

123 ad eadem

ad eadem prosunt, sed faciunt & ad phalangiorum morsum, si extrinsecus imponatur emplasti more composita. Acetum ex scillæ bulbo factum mirifice prodest suspiriosis: similiter acetum ex thymo, origano, pulegioq; confectu prodest, si adsidue degustetur. utiles sunt inter initia quāvis molesta, suspiriosis sorbitiones de porro capitato factæ, & ex urtica atq; nastrucij semine, perungi aut eos oportet rebus calefacientib. certe pyreto cum oleo decocto, gestationes quoq; per viam myrtam prosunt, & si super lectum suspendatur illis myrtus, remedio erit. Ad suspiriosos remedium salutare, spumam de ore mulæ collige, & in calicem mitte, atq; ex aqua calida siue uiro seu foeminæ quæ hanc molestiam patitur continuo da bibendā, homo statim sanabitur, sed mula morietur. Ad suspiriosos sanandos fel ursinum aqua dilutum bibendum optime datur, intra paucos enim dies potenter medetur. Ad suspiriosos remedium potens, herbæ salutaris fasciculum, & ficorum africanorum aridorum felibraram, ex aqua fluialis heminis tribus decoquito ad heminam, eamq; potui dato per triduum.

Ad sanguinis eruptionem siue ex arteria siue ex pulmone vel pectore, benefacit lymphati radix, quam quidam inulam rusticam, quidam alium gallicum uocant, lota hac aqua frigida & rasa cultello eburneo vel osseo, datur sextans libræ ex ea, aut eo amplius, vel quantum potuerit debet manducare & deuorare cui opus est, neq; enim amara est, oportet autem eo die acetum non gustet quod interdum per se solum magnifice sollet prodesse, sed huius radicis effectum resolutum si cum ea detur. Benefacit ad arteriæ eruptionem polygoni succus cyathorum duum aut trium per triduum datus. & plantaginis tritæ eodem modo datus succus, plurimum prodest. cretae quoque famiæ denarius unus, sumptus ex aquæ frigidæ rigore detracto, cyathis tribus ualidissime iuuat. herbæ etiam polygoni, quæ ut opinor tiniaria uocatur, fasciculus quantus manu comprehendi possit, in tribus heminis aquæ decoctus ad tertias, recte medetur eruptioni sanguinis ex arterijs, si quis inde laboranti cyathos tres ieuno per triduum dederit. oportet autem sententi uulnus interius, loco ipso sed à foris spongiam cum aqua frigida recenti imponere, vel ex aeto acti, sed frequenter mutare, ne concalefacta noceat, & uetare artus constringi quod plerique medicorum faciunt, ignorantes quia incitatur sanguinis eruptio muscularum compressione, quandoquidem omnis constrictio in utraque partem exprimit uenam. Faciunt & composita medicamenta ad sanguinis eruptionem quorum hoc est præcipuum: acaciæ succi uncia, hypocystidos qui est succus rosæ siluaticæ, quam caninam quidam uocant, uncia, balaustij qui est flos malii granati quo coriarij utuntur, uncia, opij semuncia, balaustum cōtunditur & cribratur, vel siccum in mortario teritur, cætera pridie macerata in aqua commiscentur diligenter, & pastilli inde singūlūr quidam maiores, quidam ad denarij semissem: dantur

dantur resoluti iuxta ætatem uel uitutem infirmi ex aquæ frigidæ cyathis tribus aut duobus . hic pastillus benefacit & ad dysentericos & ad torminosos. Alter pastillus ad sanguinis eruptionem mirifice faciens . accipit hæc: tragacanthi ✕ ix. sarmiæ cretæ ✕ vii. rutæ ponticæ ✕ ix. glycyrrizæ succi ✕ v. symphyti succi ✕ vii. gūmis ✕ iiiii. hypocystidos succi ✕ vii. turis ✕ v. aluminiis liquidi ✕ v. opij ✕ v. amyli ✕ vi. myrræ ✕ v. croci ✕ vii. plantaginis succi ✕ iii. & passi myconij quod satis erit . tritis diligenter supra scriptis speciebus miscebitur . fient pastilli ad denarios singulos & ad semisses , qui pro ætate aut uitibus infirmi ex aquæ tepidæ cyathis tribus ieuno dabuntur. Ad reiectionem sanguinis ex ore manantis symphyti radix in uino decocta salubriter bibitur . ligustri quoque succum ieuno per triuum dato , statim subuenies , quæ res & torminosis & dysentericis est salubris. Si ex quocunq; corporis loco sanguis per abundantiam nimiam exuberet , & fluat , herbæ sabinæ succus quantus videbitur , siue uiridis , siue siccæ contritæ , ex uino picato ueteri optimo ieuno per triduum dabitur , sicut hæc potio etiam in uitæ discriminé constitutum . facit autem & ad colicos & ad dysentericos , quibus tamen decocta datur. Qui subito sanguinis uomitu laborat , coralliu contusum & in puluerem redactum ex potionē mixta calida bibat. Ad uomitum nimium reprimendum sulphuris uiui pusillum & ramenti de cornu cerui tantundem , in ouo sorbili tritum & permixtum bibi utile est. His qui cibum non continent , aloes minimum cum frigida aqua potui datum , plurimum prodest. Personaceæ herbae radix contusa adiecto modico sale & uino sparsa , & cotidie recens impo sita super tumorem stomachi uomicas omnis per sudorem emanationesq; occultas potenter expurgat. Mandragoræ drach. hyoscymami tantudem , opopanax idem , croci siculo tantundem , myrræ atque turis similiter , gummis itidem , omnium specierum pates mensuras tere diligenter & in puluerem tenuissimum redige , atq; ex uino ueteri collige , paulo crassius quam spissitudo sit mellis , ex eo medicamento ad mensuram uictoriati , id est diuidium drach. dabis ruptum & infirmum stomachum habeti in tribus cyathis aquæ calidæ eunti dormitum , beneficium remedij prima statim potione sentitur , secunda incredibilis profectus est , tertia curatio omnis potentissime explicatur. Ouum incoctum in calicem defunditur , & testa eius succo marrubij impletur , & in ipsum calicem defunditur , & mellis optimi desputati tantundem , omnia hæc in se permiscetur , ac tepefacta hauriuntur , miromodo uomicas rumpunt , & ad sanitatem laborantem stomachum perdudunt. In ouo sorbili cimicem unum contritum ieunus ignorans qui forbeat , desinet uomere , hoc saepè expertum est. Compositio medicaminis ad arteriam sanandâ sic. costi 3 iii. spicænardi 3 iii. piperis 3 iii. radicis lappæ maioris , id est herbæ personaceæ 3 iii. hæc omnia simul teres & ieuno in balneo ex uino candido bibenda protinus dabis. Herbae uettore

*Victoriatus di
midium drac.*

I 3 nicae

nicæ folia arefacta cōtusa cibrataq; prosunt suspitiosis si ex eo pulucre co clearia singula ex aquæ calidæ cyathis duobus iejuni interiectis diebus, do nec sanentur biberint. Aqua quæ in arborum lacunis cauisq; corticib. con sistere cōsueuit, suspitioso potui data celeriter eū sanabit, atq; omni periculo siti sedande liberabit, si adsidue uel ipsa pura calida uel mixta potetur. Sitim quamlibet molestam reprimes, si aquam tepidā cum oleo permixtam biberis & cōtinuo uomueris, denuocq; si necesse fuerit id facies, quo sitis maxima cōfene scit. Gallinacei oui uitellū semicostū oleoq; permixtū si quis sorbeat sitire desinet. Lapidē de aqua fontana sublatū statim sub lingua pone, & illuc aliquandiu tene, sitire desines. Glycyrizæ surculū paruum sub lingua habeto, & saliuā quæ creuerit trāsglutito, quo facto neq; sities, neq; os tibi Singultus inarescat. Ad singultus inhibēdos, festucā quā bibēs in calice acceperis proutius supercilio sinistro imponito, continuo remediū experieris. In aquā calidam manus missæ, diuq; illic retentæ singultus crebriores inhibere dicuntur. Anulus in sinistra manu in medio digito positus, uel ibidem translatus, singultus statim compescit. Si quis singultiens aceti scillitici coeleare plenum acceperit, statim singultū desinet, idē præstat & aquæ satis frigidę adsiduus gustatus, & si quis spiritum introrsum reuocet & aliquandiu contineat, similiter remediabitur, nec minus huic rei prodest sternutamentū in tē pore excitatū. Herbæ trixaginis contusæ in lignea pila succus expressus cum uino calido potui datus, ruptos sive uulso & reumaticos efficaciter sanat. Asparagorum radix ad pondus denariorum duorum, & brassicæ folia tantundem mensuræ contrita atq; ex uino nigro uel austero potui data, uulsis & reumaticis mirifice prosunt. In pila in qua frumentum tunditur quantulumcumq; sordium aut pulueris inueneris collige. itemq; in eo loco uel foramine in quo ianuæ pessuli descendunt quidquid reppereris collige, & in unum permisce & tacite uel occulto loco in potionē aut cibum uulsi laborantis insperge, continuo malū dolorq; sedabitur. Serpentis senectus id est exuuiæ licio alligatae, & uulso circundatę mire prosunt. Stercus ueris primo uere collectum arefactumq; & tritum in potionē datum efficacissime uulso & reumaticos sanat. Ad eos qui sanguinē per os projiciunt remediū tale, testę hucis majoris cōbustę diligenter teratūr & cū aceto dentur: sed si febricitat cui medēdū est, cū posca accipiat pro modo ut causæ sūt, aut ætas uniuscuiusq; patitur, id est ut unius hucis testæ, aut duarū, uel etiā triū dent. Cōpositio ecligmatij qd facit ad phthisicos & ad eos quib. pulmo per distillationē uiae vulneratus est, iris illyricę — i. spicæ celticæ — i. hysopi cretici — i. ameos — ii. resinæ terebinthinæ — ii. piperis — ii. erui russei — ii. butyri — vi. mellis despumati. p. iii. & — ix. ea quæ in puluerem redigēda sunt tundes & diligētissime cernes, resinā uero & butyrum liquefacies lēto igne. postea melle permixtū totum suprascriptatum specierum puluerē colliges, & simul commaceratum in doliolo uitreo repones, utendum cum usus exegerit, ita ut mature iejuniis terna coclearia dentur.

HVMERORVM ET CERVICVM DOLORIBVS ET OPIS
thotonicis, & hircosis, & unguibus & paronychijs, remedia rationabilia &
physica diuersa de experimentis. CAPVT XVIII.



HUMERI dolorē mustelę exustę cinis tritus, & cū cera permixtus
ac subactus, & ceroti more inpositus, mire sanat. Ad ceruices
& neruorum subitos aut ueteres dolores & cōfusiones, medica-
mentū ualde necessariū, quod diasteaton dicitur sic, mastiches *Diasteaton*
— III. olei rosei librā, olei gremialis selibrā, uel quod sufficiat. ceræ ponticæ li-
brā, seu ceruini librā, medullæ ceruinæ librā, adipis pullinæ lib. adipis anseri-
næ lib. adipis scrofinæ p. II. scenogræci succi heminā, lini seminis succi hemi-
nam, ibisci succi heminā, chamæmeli fasciculū, anethi surculos v. II. mastiche
cū oleo rosaceo in mortario conteratur. species uero suprascriptæ lento igne
decoquātur, & succi cum cera seorsum misceantur, & omnia mixta coalentur.
sic postea mastiche cū oleo supermittratur, & misceantur omnia diligenter,
mixtaq; coagitentur ad focum, & refrigerata in dolio uitreo reponātur, qui
bus cum opus fuerit ceroti more uteris. Ceruicis dolor inflexibilis, quem
opisthotonon græci uocāt, leuatur urina capræ aurib. infusa, aut bulbo trito
cū fimo eiusdem capræ ceruici inlito, sed nihil utilius est medicamēto diastea-
ton de adipe diuersa facto quod suprascriptū est. Ad ceruicū dolores re-
mediū physicū sic. ieunus dextrā manū saliuā tāge, & dextrum poplitē pet-
frica, deinde sinistra manu sinistrū, & hoc ter per singulos poplites facito,
statim remediabis. Butyro & adipe ursina perunctæ ceruices statim sana-
buntur. Ceræ selibrā, olei cyprini selib. absinthij uiridis cōtusi — II. simul
ad ignē permisce, & pro ceroto utere ad omnes ceruicū dolores. Rigor cer-
uicis adipe anserina uel potius gruina perunctus, uelocissime molletur.
Fici folia & poma eiusdem immatura contrita & inposita ceruici subueniūt.
Neruorū omniū rigorū & perfrictionib. cito subueniūt malagnate tali: olei
laurini p. I. resinæ terebinthinæ p. I. picis liquide p. I. axūgiæ ueteris p. I. deco-
ctis & pmixtis unā his specieb. nerui rigētes et offensi salubriter perfricātur.

Opisthotonicis & tetanicis lotium caprinū cū aqua mixtū efficaciter pro-
dest, si ieunis potui def. Summū opisthotonicis & arhriticis remediū &
multis experimētis pbatū cōficit sic. castorei, piperis albi, petroselini, aequa-
les portiōes simul tūdes & cibrabis, atq; inde cocleare unū cū uno cocleari
mellis & aquæ calidæ cyathis duob. ieuno ad diē dabis. Farina lini semi-
nis addito nitro ex uino calido in modū malagmatis téperat, & imponitur
ceruicum dolori, statim medetur. Farina quoq; hordei cū fico arida tun-
sa permixta & imposta idē prēstat. Lenticula in aceto discocta, ceruicib.
malagmatis more adposita, dolores earum mitigat. Ad ceruicum tumo-
res sedandos, ouorū uitelli cocti cum adipe anserina inliniuntur, selle capri-
no equis pōderibus permixto, atq; inde ceruices fricātur. Rigores ceruicū
seuo bubulo optime perfricātur, nā cōtinuo mollescūt, & dolor ois abscedit

Herbae uettoinicæ contritæ succus ad scripulos duos adiecto mulsopo tui datus, dolorem ceruicum leniet, sed febricitati ex aqua calida dari oportet. Sal in sacco calefactus impositusq; humeris, omnē dolorem optimè discutit, si adsidue commutetur ut calidior ponatur: lana quoq; succida ex oleo calido humeris adposita medetur. Spongia leuiter mucrone quo homo occisus est adacta, & calida humeris adposita medetur, cætera uero quæ sunt in lacertis brachiorum & cubitis, & digitis, ac neriis & articulis causaria, acopis & calefactorijs & remedijis diuersis curantur quæ uarijs

Hircus alaru locis sunt adscripta. Ad hircos & alas foetentes remedium sic. hirci mafator turioris cornu rasum uel exustum cum felle hirci miscetur, & pondere equo myrra adiicitur, atq; inde ascellæ demptis prius pilis adsidue perflicantur.

Alumen scissum styraci mixtum, si in unum conteras, atq; alas foetidas adsidue perfrices, bonum illis halitum excluso tetro odore præstabis.

Caro uitulina recens cum aceto cocta, madidaq; alis imposta, foetorem hirci tetterimum tollit. Myrra sicca tunsa adsidue alas confrica, uitium foectoris mire emendabis. Laserpitiū uetusissimū tunde cribra, atq; inde alas petrica, similiter proderit. Nitro ex aqua diluto, uel alumine uino remisso utere quam saepissime ad alarum foetentium emendationem.

Ad paronychiam & suppurationes unguiculorum glandem tritā cum sapone adpone, ibiscum quoq; cum axungia & pane trito impone. Ut excussi unges cito resurgent, quinq; folium cum adipe qualibet tritum imponitur, oleastri quoq; folia commanducata recentibus ungiuum uulnibus recte imponiuntur. Paronychiæ sterlus ex auriculis impone, & linteolum super alliga, mirabere remedium. Ad idem uiam passam enucleatam cum ture trito subactā sicut cerotum linteolo inductam imponi oportet. De paronychia parietem continges, & rursum digitum dicens ter, pu pu pu, nunquam ego te videam per parietem repere.

Ad digitorum & articulorum subluvium uel suppurationem sedandā, atramentum scriptorum ex aceto tempera, & de pinnula inline digitum uel articulum dolentem, lucernæ quoq; fungum contere & impone paronychiæ uel digito contuso. Ad cubiti uitium uel dolorem spuma argenti trita cum oleo rosaceo, emplasti modo utiliter admouetur.

AD LICHENES SIVE MENTAGRAM VEL IMPETIGinem & ad elephantiasim, & lepram, & exanthemata, & maculas, & liuores, tumoresq; de facie abolendos, & ad genas scabras, & cicatrices malatum purgandas, & ad lentigines, & stigma, ta delenda, uerrucasq; tollendas, remedia rationabilia & physica diuersa de experimentis.

CAPUT. XIX.

Ad li-

Ad lichenem sine mentagram, quod uitium neglectum solet *Lichen* per totam faciem & per totum corpus serpere & plures homines inquinare. nam Soranus medicus quondam ducentis hominibus hoc morbo laborantibus curandis in Aquitania se locauit. huic ergo ualitudini maxime medentur cantharides tritæ & inlitræ cum succo uvae amineæ, & cum seco ouis uel capræ, sed prius facie lota & nitro diligenter curata medicamen imponitur.

Adeps uituli marini inposita mentagræ plurimum prodest.

Ficulni caules teneri in aceto excocti triti & inliti mentagræ medentur. Idem præstat ibisci radix cum lupino & aceto ad tertias cocta & adposita.

Flos uisci cum calce subactus & adpositus mentagræ ualde est utilis.

Ad impetigines detergendas farinâ eti mixtam, cum aceto frequenter inducito.

Olei myrtini uncias vi. olei schinini aut mastichini uncias quatuor. lithargyri uncias iii. psinmythij uncias duas. cum uino ueteri simili teres, & oleum statim postea mittes & diligenter permiscebis, & sic utes tis ad impetigines abolendas. Ad impetigines detergendas lapathi radices cu aceto coques ad tertias, & in eo iure iterū oryzā discoques, & sic ad perducendū corpus uteris. Cucumeris siluatici radices ad tertias discoques, easq; decoctas teres diligenter, & addes lithargyrū ac sulphur æquali mensura, & cere parū, atq; inde loca quæ impetigo cepерit perfribabis. Ad scabidā impetiginē scillā albā sumito & bene cōtundito, eaq; inpetiginē inlinito, & ad siccatā aceto acri mixto sale eluito, deinde spuma argeti cōtusa & rosa liquida perungito. & cu adsiccatur fuerit medicamentū, rursum ut supra diximus aceto falso abluito, atq; iterū eadē ratione scillā tritā inlinito, idq; remedium frequenter iterato, donec ad sanitatē perducas. Pīcis liquidæ optimè acetabulo uni, adiice farinā ordeaceā & nitrū & apiū tritū & sulphur æquis pōderibus ac superfunde aceti albi acerimi acetabula duo & in patina decoq; simul, ac postea calidū medicamē linteo inducito, & sic corpori adponito, nō solū impetiginē hoc remedio, sed & leprā sedabis & scabiē. Impetiginē q; uis inuetetata cito abolebis, si secula uini qua tinctores utūtūr cu aqua permixta locum perunxeris, ita ut dum quinquaginta numeras illic esse permittas, & cōtinuo destringas. nam si diutius fuerit, altius uis eius insidet, & ulcus grāde faciet. Glutinum taurinū aceto remissum, adiecto sulfure uiuo leni igne decoctum, ita ut ad mellis crassitudinem perducatur, surculoq; ficulnū dum coquitur agitatum ac bis per diem impositum impetigines quas greci agrias uocant potentissime sanat. Formiculas quæ herculaneq; nominantur, cōtritas modico sale adiecto, impetigini adpone, miraberis remedium, nam celeriter expurgant. Impetigines & lepras hæc cōpositio potētissime extirpat: turis masculi, nitri, argenti spumæ, sulphuris, æqua pondera, cu aceto acri teruntur & pinnula imponuntur, siccatumq; medicamen eluitur, & tursum inlinitur, adsidue elutum atq; siccatum.

Si locum

Si locum quem impetigo adludit auro circumscribas, postea cum omnino non adpetet. Loco quem mentagra obsederit, sumum murinum tritum ex aceto oportet imponi, uel eiusdem muri exusti cinerem cum oleo Elephantiasis adponi salubre est. Aduersum elephatiasim quod malum plerumque à facie auspicatur, primūq; oritur quasi lenticulis uarijs & inæqualibus, cute alba alibi crassa, alibi tenui, plerisque locis dura & quasi scabida: & ad postremum sic increscit, ut ossibus caro adstricta, tumescientibus primum digitis atque articulis indurescat. hic morbus peculiariter ægyptiorum populis notus est, nec solum in uulnus extremum, sed etiam in reges ipsos frequenter intrepit, unde aduersus hoc malum solia ipsis in balneo repleta humano sanguine parabantur. mustelæ igitur exustæ ciniis & eiusdem beluae, id est elephantis sanguis inmixtus & inlitus huiusmodi corporibus medetur. Nitrū cotritū & ex melle & lacte bubulo impositum elephantiosis prodest. Radix asparagi decocta in aceto & trita elephantiosis rationabiliter inponitur.

Mentastri folia commanducata uel contrita adposita elephantiosis mendentur, cedro quoque tabes illa adsidue peruncta sanatur. Fel ursinum leprosos admodum sanat si eo adsidue perlinantur, adeps quoque eius liuores & maculas eximit. Apij semen & anethi conteres & cum melle miscabis, atque inde malandriosis quantum sufficiat adpones. Inula contrita impostaç primo quidem exulcerabit, deinde expurgata omni lepra, deterfaç putri & tabida cute, nouam similemque cætero corpori reddet nec cicatrices foedas esse permittit. Allij decocti aqua crura ulcerosa adsidue fota celeriter sanabuntur. Herba quæ britannice dicitur, cibo uel potu sumpta, intra diem sextum lepræ molestiam tollit. Lapati agrestis radices surculo erue, easque sine ferro contunde, adiectoç acri aceto subige, & parum salis misce, atque ex eo omnem corporis asperitatem in balneo cū sudore confrica, cito sanat. Glutæ uitulinum aceto remissum admixta modica calce uiua, ut crassitudinem mellis habeat, inlines locis leprosis atque illic siccari medicamen permittes, efficaciter proderit. Vulpis stercus cum acetate tere & perugue lepram, cito subuenies. omnem autem lepram inlitus hinc sanguis emendat. Ad exanthemata curanda ouï cocti uitellus cum melle & p̄simmythio tritus rectissime adhibetur. Pelliculæ caprinæ ramenta cum punice trita, acetoque permixta exanthematis prosunt. Lotio humano si nitrum admiscueris, eoque exanthemata frequenter elueris, reprimentur. Oesypum cum melle corsicano tritum & adpositum abolet defacie omnes maculas, quidam & butyrum addunt. si uero & uituli sumus & fel caninum misceatur medicamen utilius erit, ita ut pariter tēperata omnia decoquantur. Coclearum minutarum que passim inueniuntur exaurorum ciniis cum melle permixtus, tollit ex facie uitia omnia, lentigines quoque & liuores abolet. Stigmata delentur columbino summo trito & ex aceto imposito, ita ut adsidue medicamen super ducatur. De tincturis uel maculis

culis corporis abolendis remedium sic . oculos uel oua saepie in aqua solue & cum melle permisce, atq; inde maculas perfrica, cito abolebuntur. Lac mulieris puellam nutrientis cum melle & oleo permixtu omnes etiam ustionum maculas tollit. Si nitrum cum oleo misceas ad spissitudinem mellis, atq; inde maculas inducas, mire detergetur. sanguine quoq; caprino maculae contactae abluuntur. Si aut nescias unde sit macula, ex cepa suco locum perfricabis, & dulci aqua elues, sesamumq; comanducatū super impones, uel bulbū africanū tritū cum aceto impones. Ne cicatrices appareant etiā de usturis, & ut pili renascatur, facies tale medicamen calcis uiuē — iii. adipis porcinae coctae & colatae librā permisce, & quanto diligenter tere uel cōfrica, atq; in modū cataplasmati adpone. Mastichen, personatam, saponem gallicum, ceram ponticam, oleum uetus, spumā argenti, & quis ponderibus miscebis & coques ad spissitudinem līparae, atq; inde emplastrū maculis in facie, uel pustulis, & ulceribus adpones. Ad nigredinem & maculas colli & uultus purgandas, farinam de faba cū humore peponis id est succo eius interiorē miscebis, & facies trochiscos octo, & siccabis in umbra. ex octo illis quantum sufficiat teres cum aqua & inlines maculas, atq; ita uteris ante ballineum ut siccetur in litio, & sic ingredieris, & cum humorē acceperis in calore, tum perfricabis & elues. Ad tumorem siue liuorem de facie tollendum, herbam rhodiam ex aceto tritam inline, & siccare permitte, atque ita elue. Vrticæ folia contere & ipsa tantummodo cum succo suo cohidentis tumoribus uel abolendis liuoribus frequenter adpone. Ad genas scabras & cicatrices maxillarum remediū sic. chalcitidis drachmas xx. misyos drach. x. croci drach. vi. turis drachmas x. myrræ drachmas v. opopanacis drachmas v. aceti 8. v. mellis optimi 8. iiis. quæ sicca sunt tundes & in puluerem rediges, & ex eo coques cum aceto, & postea melle admixto simul omnia teres, donec sufficienter medicamen sit spissum uel liquidum, & in pyxide ærea pones, & cum opus fuerit uteris ad perungenda uel superlinienda quæ sunt. Ad genas scabras & scabidas & ueteres cicatrices remedium sic. aeris usti & loti, myrræ, opij, drachmas ternas, camphoræ usti, & extinctæ uino drachmas octo, hæc in puluerem redacta ex aqua fontana uel cælesti teres donec leuia sint, & cum glutinosa fuerint, superaddes mellis optimi despumati cotylam unam, deinde perfricando uel terendo concorporabis omnia, & in pyxide ærea condes, & cum uolueris uteris ad superlinienda quæ sunt. Spongia noua cum aqua salsa calida saepius imposita suggillationes liuoresque detergit.

Fimus suillus in testa arefactus & tritus & cum oleo impositus, mire satiat liuores. Apium uiride subtiliter tritum cum oui albo inlitum, liuoribus prodest. Malua erratica trita & calida panno inducta, & oleo peruncta, & sic adposita recentibus suggillationibus ac tumoribus & uexationibus neruorum ualde medetur.

Ad pustulas

Ad pustulas papulāsue de facie tollendas medicamen compones sic. sagapeni — ii. scobis eburnæ delicatissimæ ix. myrræ ii s. aphronitri ii s. tra gacanthi — vi. tunsæ hæc & cibrata cum melle liquidissimo & cädidissimo teruntur, ita ut crassitudinem habeant mellis dësioris. ex eo in balneo uel ante horam lauandi facies diligenter inlinitur, & post balneum eluitur.

Vt liuorem de facie tollas, gladiolum herbam palustrem harundine aut osse acuto radicibus aquelles, obseruans profrus ne ferro eam contingas, huius radices tunsæ & subactæ atq; emplastri more adpositæ, liuores potenter emendant. Radicis quæ manducatur, id est rafani cortex tritus diligenter & cum melle permixtus inlitusq; suggillationes atq; liuores qui ex ictibus eueniunt celeriter absterget. Origanum ad summam leuitatem tritum in linteolo udo adpositum, liuores de quo uolueris loco statim tollit, mentastri quoque folia trita & adposita idem præstant. Nitrum ex melle & lacte bubulo tritum atque permixtum adpositumq; ulceribus in facie natis aut factis citissime medetur. ipsum etiam nitrum cū puluere opij & succo tapsiæ tritum adpositumq; liuores statim eximit.

Caseus caprinus mollis id est recens cum melle subactus impositusq; & panno desuper tectus aut linteo, suggillationes liuoresq; celeriter absterget. Mali id est pomi quod manducatur, uel etiam punici corium contusum admixta polenta impositum, & liuores abolet, & dolores sedat. Lauribaccarum quartarium unum, myrobalani semunciam, scenogræci heminam, serpylli non multum, tunsis quæ tundi oportet, atque omnibus in unum permixtis, medicamen utile abolendis liuoribus facies, quo per triduum continuum si ita necesse fuerit uteris.

Pulmo ouillus quam recentissimus protinus dum adhuc tepet adpositus, continuo discutit & expurgat liuores. Alni folia quam plurima & recentia superimpone & alliga, medeberis tumor, liuorem uero etiam cum qui de sanguine collectus videbitur tolles.

Absinthium tritum & cum melle diligentissime subactum malagmatis modo impositum, liuores cito eximet. Vitelli ouorum incoctorum coagitati & inliti liuores qui ex tumore aut conilione aliqua facti erunt, etiam ueteres, extenuant.

Ad lentigines de facie tollendas, lenticulam cum scobe tenui de corno ceruino, & seuum ceruinum pariter diuide, coque, & tere, atq; inde faciem uel ante horam balnei, uel etiam in balneo frequenter inlinito, ita ut quasi pro pane molli utaris, efficacissimum medicamen experieris, sed lenticulae maior pars sit, cornus & seu equalis mensura.

Herbam uerrucaria heliotropium id est heliotropium contusam & subactam, adiecta salis mica, adpositamq; malandrosis, uel his qui uerrucas patiuntur, prodesse plurimum constat.

Verrucarum genera omnia simi canini exusti, cinis curat impositus.

urinæ quoq; canis cum suo recenti luto inlita plurimum prodest.

Satiguis recens mutis occisi, uel ipse mus diuisus atq; adpositus, sanat & abolet uerrucas.

Fimus ouillus recens manibus subactus, & emplastri more

more adpositus, deterget uerrucas. Ad lichenem fabæ farinæ unciam i. scenigræci farinæ unc. i. samsuci unciam i. farinæ hordei unciam unam, aphronitri unciam s. sulphuris unc. s. erui farinæ unc. s. hæc omnia in pollinem tenuissimum redacta aceto colliges, & permiscebis, & ita licheni adpones.

AD OMNIA STOMACHI VITIA, ET AD OMNES

eius causas & dolores, & ad omnem cruditatem atque indigeriem depellendam, & ad omnem uiscerum atque aquariorum confirmationem, antidota, epithematia, potiones, oxyporia, unctiones, aliaque nonnulla rationabilia & physica remedia diuersa, experientias probata, usuq[ue] collecta.

CAPUT XX.

PRINCIPALE atque unicum remedium ad stomachi & lateris dolorem, aliaq[ue] nonnulla interni corporis mala, seu cum febre, siue sine febre fuerint. est enim compositio mirifica, multis omnino necessaria infra scriptis causis, non ignorata quidem antiquioribus medicis propter effectuum probitatem, sed præcipue à Paccio Antiocho auditore Philonidis Catiniensis usu inlustrata. fecit enim magnos quæstus ex ea, propter crebros successus in uitjis difficillimis, sed ne hic quidem unquam ulli uiuus uiuo compositionem istam ostendit. post mortem Tiberio Cæsari per libellum scriptum data est, & per eum in bibliothecis publicis posita, uenit in manus nostras, quam ante nullo modo extrahere potuimus, quamvis omnia fecerimus ut sciremus quæ esset. ipse enim clausus componebat eam, nec ullis suorum committebat, pluraq[ue] quam recipit pigmenta emi & contundi iubebat, fallendi suos causa. & sanè in libello ipse fatetur non à se inuentam, sed usu exactiore comprobatam, ad quæ uitia, & cum quibus & quemadmodum data proficeret. est enim non ignota. ponderibus tamen antiquis aut adiecit, aut detraxit aliquid, & res quæ in hac compositione sunt non utique conueniunt ad antiquitatem. interdum enim earum quædam & non tam multa, quædam minus & pondere & numero specierum accipiunt, atque ideo non idem omnibus

bus præstant, cum interim hæc mirifica temperatura composita mirificos effectus habeat. facit uero hoc medicamentum non solum ad stomachi & lateris dolorem, sed etiam ad plura uitia efficaciter. quamobrem semper habendum est compositum. Percurram autem quæm brevissime ad quæ uitia qualiter datum prosit, ut & in libello eius scriptum est, & ego ex magna parte expertus sum. Sanat ergo morbo comitiali correptos quos Epilepticos Græci uocant, & furiosos quos mænomenos dicunt.

Item sanat quibus subito tenebræ obuersantur in oculis cum uertagine quadam, scotomaticos hos Græci appellant: nec minus diutino correptis capitis dolore, quem cephalæam appellant, prodest, data denarijs duobus ex aquæ mulsa cyathis quatuor, cum remissi fuerint, & si frequenter quibus necessaria est corripiantur, post binas ternasue accessiones danda erit. Hæc antidotos Hieræ dicitur. hoc enim nomen tribuit ei propter duas causas ut existimo, unam ne nomen eius uerum dicendo, ostenderet quæ esset. Dicitur enim à quibusdam picra, quia amara est, à quibusdam diacolocynthidos, alteram quod ideo inditum est, quo magis sub tanta specie nominis commendaret medicamentum. Sed si longo ex interuallo accessionibus supra scriptis, quibus medendum est uexabuntur, in remissione eorum & in alio atque alio dolore saepius dandum erit medicamentum.

Ita enim aut ex toto remediarib[us]t, aut certe minuetur impetus uitiorum & sedabitur, interuallaque maiora accipiet. Dari autem oportebit secundum purgationem bilis. nam fellita & spumosa & glutinosa deficiunt qui acceperint, cum ptisanæ cremore, aut cum holere leui ex urtica & lapatho & malua facto. facit bene hæc compositio & ad susprium, & ad uocis abscessionem, & ad subitas p[ro]focationes, ex qualibet causa ortas. & ad eos qui saepè existimant se ab incubone inludi, qui usque eo hac molestia uexantur ut interdum & uitæ periculum aderant. est enim uitium non contemendum, maxime in processu ætatis: quibus dandum erit medicamentum proximo die eius noctis qua incubonem pertulerint, cum interuallum à somno fecerint, & quod satis sit deambulauerint. dari debet ex aquæ in qua hyssopum aut marrubium fuerit incoctum cyathis quatuor uel quinque, ad pondus denarij unus uel uictoriati, pro ut res aut ætas postulauerit. Deinde post horas tres uel quatuor ptisanæ aut altera sorbitio leuis detur, facit hoc medicamentum ad eos quorum musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt, adeo ut aperire os nullo modo possint. tetanon hoc uitium Græci dicunt.

Item facit ad deprauatam faciem in utram libet partem, cynicon

cynicon spasmone hoc ijdem appellant genus morbi , præcipue uero ad pectoris laterisque dolores prodest , ex qualibet causa factos , siue latenti , siue manifesta , aut ex casu aliquo , aut supra uires & supra modum ponderis portati , uel ex contusione quæ frequenter gladiatoribus accidere in prælusionibus solet . Nec minus eorum maxime sanitati conuenit qui arbore alta delapsi sunt , uel scalis deuoluti , aut excussi rheda uel curriculo tracti . Sed his , id est ex manifesta causa uexatis , cum aceti cyathis tribus uel quatuor danda erit antidotus . his uero qui ex occulta causa laborant , ex aqua mulsa proderit data . Praeterea neruorum tensionibus , & contractionibus , atque doloribus omnibus mirifice conuenit . Quam obrem facit & ad tremulos , & ad sideratione tentatos utralibet , una enim cum contractione , altera cum remissione neruorum conspicitur .

Sideratio
duplex

Paralysim hoc utrumque uitium Græci appellant . ad quod etiam cum correpti sunt , prodest ex aquæ mulsa cyathis tribus quatuorue datum ad pondus denarij unius aut uictoriati , admixto castorei denarij setmisce . prodest & ad articularem morbum quem arthritim Græci appellant , & ad spinæ totius lumborumque dolorem ex aqua mulsa datum iuxta uires cuiusque . Item ad podagratm benefacit : nam & in præsentia detractio ne doloris releuat , & in futurum omni molestia liberat . dimidio enim celerius sanantur qui acceperunt hoc medicamentum quam prius solebant sanari . quid dicam quemadmodum proposit ad duritias mammarum muliebrium , quæ cum dolore magno solent nasci , quasque nullum aliud medicamentum releuat , nam has & ad præsens admodum eurat , & in perpetuum ex toto interdum sanat , quas quidem causas plerique medicorum insanabiles adfirmant . carcinomata enim & cacoethes hæc uitia sequuntur . sed ego honestas fœminas quasdam særissime hoc medicamento adfirmo sanatas . illud uero supra omnium opinionem est , quod stomachicis euidenter conuenit , cum sit uirofissimum amarissimum , que medicamentum , & stomachus ne aduersum leuia quidem & simplicia medicamenta aptus sit . Sed disposuimus in huiusmodi rebus potentiorem usus rationem sequi . expertus enim quisque intelliget stomacho quoque hoc medicamentum eximie prodesse . Remediat enim eos quibus frequenter inacescit cibus , & eos qui stomachi inflationibus urguntur , uel doloribus uexantur adsidue , & uel nauseant , uel nimia saliuia abundant , uel inedia consumuntur , stomachumque ita solutum habent , ut ex eo uarios liquores subinde rejiciant , consentiente capite , ut nullum genus cibi continere possint .

Item ad bilem atram generantes , quos melancholicos uocant benefacit . oportet autem non continentibus cibos secundum uomitum protinus oleo perunctis , & diutius pressæ fricatis dari medicamenti denarium

in 2 unum

unum ex aquæ cyathis tribus. deinde artus eorū constringere, & interdum olfactarijs reficere, & commanducatione oliuarum contusarum, earumq; rerum quæ stomachum constringere solent, suberectos recubantesque alere, deinde ubi deiecerint solutis uinculis rursum perungere, & fricare totum corpus, atque ita uarietate ciborum & perunctionis, stomachum proritare, ita ut reficiantur halica ex mulso, aut malorum cydoneorum succo, uel ex granis punicis facto, aut si quos magis delectabit, frigida posca: secundum quæ sumpta, & hapala proderunt oua, & intubi cocti, uel non cocti ex aceto dati. Itemq; lactucæ, & caules haplosiles ex posca decocti, aut ungula porcina excocata & madida. uulua quoque, & mures, & pelorides plurimum iuuant, & pomorum præcipue sorba, & mala orbiculata, & pita scauriana, crustumina signinâque in olla reposita: item prosunt uuae ex olla sumptæ. Hæc enim & huiusmodi quæ sunt his similia confirmant stomachum, quibus escis & insequentibus diebus uti oportebit, paulatim ad consuetudinem progredientes, donec omni molestia liberentur.

Est & illud stomachi uitium quod cum siccitate & ardore eius & siti inreuibili, & ut ita dicam inextingibili nascitur. eccausin hoc Græci uocant, ab eo quod exsiccat omnem stomachi humorem. scimus quosdam urnas aquæ bibisse, nec sitim aliqua ex parte in præsentia compescuisse, ad hoc denarius unus uel pondus uictoriati datum ex aquæ frigidæ cyathis tribus, ita prodest ut facile abstinere à potu diebus proximis possint.

Lienosis uero ex posca, & iocineris duriciem diutinam habentibus ex aqua mulsa datum satis conuenit. Nec minus hydropicis quibus datur eadem ratione. Sed his per complures dies oportebit in prisanae cremore sine ullo alio liquore dari. prodest compositio hæc & colo inflato & cæteris intestinis. futuras quoque uel iam factas uomicas hisdem partibus aut discutit, aut celerius aperit.

Item menstrua mouet mulieribus quæ difficulter purgantur. dandum autem erit his medicamentum ex aqua in qua decoquatur herba quæ artemisia dicitur, aut quæ dictamnos appellatur. Etiam ad papulas, & sacrum ignem, uel quam zonam uocant, benefacit data ex aqua mulsa, detracto prius sanguine, si res postulauerit. quod & in omnibus alijs uitij supra dictis faciendum est. omnia enim auxilia adhibenda sunt quæ ex usu prodesse comperta habemus, quia adiuta antidotos faciliores habebit effectus. Recipit ergo hæc. Chamædropis quæ herba similima queru folia habet, agarici, cucurbitæ silvestris, quam colocynthidæ appellant

pellant, stœchadis, singulorum denarios denos, opopanacis, sagapeni, petroselini, terræ mali, piperis albi, singulorum denarios quinos, cinnami, nar dispacæ, myrræ, folij, croci, singulorum denarios quaternos, in unum omnia diligenter ponderata contunduntur & cribratur, præter opopanacem & sagapenum, & myrram. hæc enim mortario teri debent, adiecto melle tenui, id est, quæm liquidissimo. deinde cæteris permiscetur, quæ & ipsa recipere debent tantum mellis, quantum satis erit ad comprehendenda & continenda ea uel conglutinanda. reponitur medicamentum uaso uitreo sub signaculo, datur ut supra diximus, & quemadmodum diximus, cum summa obseruatione pro cuiusque rei causis, uel mēsuris, uel necessitatibus, est prorsus sacrum, ut auctor nominis huius appellavit.

Si quando autem efficaciore uoluerimus uti propter difficultatem naturalem uitiorū, aut causarum diuturnitatē, ut si dandum sit furiosis, aut comitali morbo correptis, uel lumborum perpetuum dolorem habentibus podagrāue cruciatis, cucurbitæ siluestris adiçiemus ad supra dicta pondera denarios decem, & opopanacis atq; sagapeni denarios quinos: quamobrem utraq; parata debent esse medicamenta, ut cum opus fuerit usus utriusq; in promptu sit. illud sà ne præ cæteris mihi credas uelim, dum in alijs rebus ipse uim eius experiris, hoc medicamento non solum non noceri stomachum, uerum etiam refici & confirmari supra omnium opinionem. Medicamentum quod proprie aduersus solutionem stomachi facit & fluorem eiusdem, maxime uero cum infirmi nihil cibi retinere possunt, & quicquid datum est rejiciunt. recipit hæc, mastiches candidæ unciam, tragachanti albi unciam, apolinaris herbæ radicis unciam unam. contunduntur tragacanthum cum radice, postea mastiche trita adiçitur, & reponitur medicamentum in uitreo uaso. dantur cum opus est coclearia bina, aut prout oportuerit plus minūsue, secundum uomitum factum ex aquæ frigidæ cyathis tribus. Ad stomachi dolorem & inflationem remedium, sic: palmarum denarios x x x. anesi ✕ iiiii. croci ✕ ii. git ✕ ii. asari ✕ ii. myrti nigræ baccarum ✕ iiiii. iuniperi baccas e, nucleatas numero uiginti. contunduntur seorsum omnia & in unum commiscetur. deinde fiunt pastilli, aliij ad mensuram denarij, aliij ad pondus uectoriati. dantur ieunis ex aquæ cyathis tribus, aut ex protropo musto, quod est passi genus.

Medicamentum siccum ad stomachi inflationem & dolorem, & inediā, mouet & urinam. Ideo facit & ad hydropticos & iecur durum habentes, & ad auriginem. quam quidam regium, quidam arquatum morbum uocant. refertur in Musam Antoniū. recipit autem hæc: aloes denarios v. croci, cinnami, nardi syriacæ spicæ, asari, xylobalsami, mastiches chie, singulorum denarios senos, datur coclearia bina uel ter na, ex aquæ cyathis tribus.

Potio Cosmiana ad omnem internum dolorem, sed facit mirifice ad stomachi dolores, & ad tussicos, & phthisicos.

tos sanguinem & pus reijcientes , & ad iocineris uitia atque pulmonis , & ad lateris dolorem,nec minus ad torminosos & conuulsam aut ruptam aliquam partem intestinorum , & ad destillationes , & ad eos qui somnum nullo modo capere possunt.facit & ad hydropicos,siccat enim mirifice eos, componitur sic.dauci seminis denarium unum , alterci seminis denarium i.

victoriati *no* turis denarium i. A s. myrræ denarium unum , croci denarium i. A s. fiunt

ta pastilli ad denarij semissim . dantur etiam febricitantibus & sine febre potissimum pleuriticis & peripleumoniacis ex aquæ mulsa dilutæ cyathis duobus,phthisicis ex posca. Ad conuulsa autem & erupta ex melle & aceto, ceteris ex aqua calida uel frigida . facit hoc medicamentum etiam ad eos quibus stomachus inacescit.

Antidotus

Cosmi

Antidotus qua utitur Cosmus ad omnia interna uitia quæ supra scripta sunt, nec non & ad omnes serpentum noxios morsus . Recipit hæc, glycyrrizæ denarios viii s. & tertias uictoriati uel duas partes, opij denarios septem, & tertias partes uictoriati uel duas , castorei denarios vi . & uictoriati duas tertiasue partes , piperis longi denarios quinque , & uictoriati partem tertiam,piperis albi denarios quinqz, & uictoriati duas tertiasue partes, nardi syriacæ denarios vi s. dauci seminis denarios vi . malabathri denarios v s.cassiae nigrae denarios quinqz & uictoriati semissim , turis denarios v. sil denarios v . & uictoriati duas tertiasue partes , rosæ caninæ succi denarios sex, acri denarios duos, sagapeni denarios duos,balsami seminis denarios duos, scordij denarios v.& uictoriati duas tertiasue partes, myrræ denarios vi. croci denarios vi. & duas uictoriati tertiasue partes, styracis denarios ii s.cinnamini denarios septem, & uictoriati duas tertiasue partes, zingiberis denarios septem, & uictoriati duas tertiasue partes. phu denarios vii . petroselini denarios xiii . & duas tertiasue uictoriati ponderis partes, fœniculi seminis denarios quatuor, saliuncæ denarios quatuor, rutæ siluaticæ denarios ii.agarici succi denarios ii.gétianæ denarios quatuor, iris illyricæ denarios quinque, anesi denarios tres, thlaspi seminis denarios vi. & uictoriati tertiam partem.rosæ foliorum denarios iii.misyos * v.gummis acantini denarios duos , cardamomi denarios quatuor , schæni floris denarios quatuor & uictoriati duas tertiasue partes , opopanacis denarios sex, & uictoriati duas partes & sextantem,resinæ terebinthinae denarios vi. & duas tertiasue uictoriati partes , in uino chio uel falerno bono odorato, omnia contusa cribrataqz consperguntur,& pastilli inde fiunt diuersi pôderis uel mensuræ quanta auellana , & quanta faba ægyptia est , qui dari debent , non febricitantibus ex mulso,infirmis ex aquæ calidæ cyathis tribus.

Pulegium tritum uel in aqua maceratum,adiecto aceti paululo & potum,nauseam stomachi sedat. Thymbra trita cum melle sumpta pituitam concretam in pectore, & stomachi collectiones extenuat.marrubium quoqz

quoque tritum uel succus eius cum melle epotus, stomachi dolorem protinus tollit. Scordij succus ad mensuram denarij potus, morsus stomachi tollit, datur enim sine febre languentibus ex mulso, febricitantibus uero ex aqua mulsa. Polion herba, quæ à quibusdam libanotis appellatur, trita, uel succus eius cum melle tenui, id est modico potus, morsu*uētris* & stomachicis prodest. Centaureæ tenuis succus quantum cicer ex aqua datus, stomachicis prodest Origanum quoqz tritum morsus stomachi sedat, potum ex aqua tepida, extrahit enim concretos liquores.

Prosunt etiam quædam in aqua macerata stomacho, ut pira, malacydonia, palmæ cariotæ thebaicæ, mespila, capreoli de uite, roseæ folia, granorum punici mali succus. benefacit etiā succus malorum cydoneorū per se cocleario sumptus, uel cum alphita aut alica, aut trago, aut oriza. Solutum aut stomachum & omnia reiçientem, initio quidem curari oportet extra, id est forinsecus, imposita ei scutula cāpana cocta ex uino ueteri, aut ex aqua mulsa, uel myrteo oleo trita, cum aceto & myrra. nec minus lanam succidam uel spōgiari aceto intinctam & expressam adponi oportet. faciūt bene & folia uitis trita, & mala cydonia trita, & palmulæ tritæ & emplastri more cum cetro ex myrteo oleo facto imposita. & folia tenera rubi, uel lentisci, uel portulacæ, aut aizoi, cum polenta, ex aqua frigida cōsparsa, imposta prosunt. fricandæ autem erunt hæ difficultates stomachi, nec minus scapulæ oleo utere uel aliquolibet calefactorio unguento. Cibos uero dari oportet huiusmodi. polentam cum passo protropo, uel cum uino falerno dulci, uel faustiano, atque alio eiusdem generis. Item lenticulam cum beta, uel oriza, incoctis illic malis cydoncis, aut palmulis thebaicis, aut baccis myrti uel folijs, aut granis mali punici, aut lentisci folijs teneris aut tubi, admixto illic aliquo supra dicti generis uino. panis autem huiusmodi difficultatibus prodest summatim fermentatus, edulia quoque prosunt hæc, intubi, lactucæ ex aceto, brassicæ, siser, cocleæ bullientis frustella. ungelæ, turdi, perdices, turtures. attagenæ, palumbi, cancri, locustæ, lolligines, sepiae, mulli, murices, purpuræ, pectunculi.

Ad resolutum stomachum dari oportet protinus cum reiecerit painem ex aqua frigida, uel ex posca: & si ne hoc quidem continuerit, statim dare debes lentem & betam coctam, uel alicam, uel oua hapala, uel ungellam discoctam, uel cocleas elixas, aut murices, & aquam frigidam. sed si nihil supra dictorum continuerit, dandus erit uini austeri meri cyathus, & ex interuallo bis tereue rursus idem faciendū erit. Vinis quoqz vina facticia utendum est satis stomacho utilibus, aut ex baccis myrti factis, aut ex malis cydoneis pressis, aut ex iuniperis, uel hyssopo cōdito, uel origano, uel ex marrubio, uel ex ruta siluatica, uel ex herba lucernaria quā græci phlomon vocat, uel ex scordio, uel ex centaurea, uel ex lycio, uel absinthio, uel ex terebintho.

Solutus stomachus

Dieta in stomacho soluto.

bintho, uel ex lentisco, uel ex pirus syriacus, uel ex malo granato. Ad inflationem stomachi & uentris dolores, dandum est huiusmodi medicamentum: piperis denarios IIII. castorei $\frac{1}{2}$. opij $\frac{1}{2}$. myrræ v. petroselinii $\frac{1}{2}$. anesi $\frac{1}{2}$. nardi syriacæ $\frac{1}{2}$. contunduntur & cribrantur omnia, & permiscetur, inde datur & ante noctem & in noctem coclearium, uel plus, pro cuiusq[ue] uitibus cum cyatho aquæ calidæ, & mellis quantum satis videbitur. haec potio somnum conciliat, concoctiones doloresq[ue] omnes sedat, præcipue autem prodest mulieri quæ colo uexatur, & viris eodem modo laborantibus conuenit. Item ad tumores præcordiorum etiam in febribus, & ad tussim, & ad lateris dolorem, & ad conuulsa, uel rupta interiora, & ad urinæ difficultatem data plurimum iuuat. Cataplasma hoc stomacho imponere non alienum erit. mali cydonei ex farina cocti id est illuc involuti denarios VI. careotarum pulpe subactæ $\frac{1}{2}$ III. ceræ $\frac{1}{2}$ VII. croci $\frac{1}{2}$. absinthij $\frac{1}{2}$. olei malini aut myrtlei $\frac{1}{2}$ III. uino conspergitur crocum, arida tunduntur, cera liquatur. & simul omnia commiscentur, atq[ue] ita adponuntur mane in lecto stomacho laboranti. Hoc quoque cataplasma stomacho utilissimum est. palmarum interiores partes $\frac{1}{2}$ III. croci $\frac{1}{2}$ III. hypocystidos $\frac{1}{2}$ I. mali cydonei cocti ut superius dixi $\frac{1}{2}$ VI. absinthi succi $\frac{1}{2}$ III. floris maligranati $\frac{1}{2}$ I. feces uini chij $\frac{1}{2}$ VI. ceræ $\frac{1}{2}$ X II. olei myrtini $\frac{1}{2}$ XII. chaemeleæ eius quæ similia folia habet oliuæ, ex aquæ coctæ $\frac{1}{2}$ VI. mirifice em prodest stomacho, præcipue succus eiusdem similiter impositus ad conuulsa & rupta conuenientissimum est. Hiera ad stomachum confirmandum, mouet interdum uentrem, interdum urinam, conficitur sic. aloes $\frac{1}{2}$ V. xylobalsami, acori, croci, nardi syriacæ, mastiches chiaæ, singulorum denarios senos, malobathrii $\frac{1}{2}$ I. teruntur quam diligentissime seorsum omnia. ac deinde mixta in unum reponuntur. Cum opus est dantur inde coclearia quibusdam duo, quibusdam tria, ex aquæ cyathis sex, uel mixtis cum uini cyathis tribus, uel ex quolibet alio liquore, prout conueniet stomacho eiusdem mensuræ dabitur. Pertice cosmiana. hoc medicamentum ad stomachi uitia, & ad coctionem ualde utile est. accipit haec, petroselinii denarios VII. phu denarios IIII. piperis albi $\frac{1}{2}$ IX. inulæ $\frac{1}{2}$ VI. nucum iuglandiū animatarum $\frac{1}{2}$ VI. nucum pinearum animatarum $\frac{1}{2}$ XII. amij $\frac{1}{2}$ VIII. ligustici $\frac{1}{2}$ XII. zingiberis $\frac{1}{2}$ VIII. carei $\frac{1}{2}$ XII. apij seminis $\frac{1}{2}$ XII. anesi $\frac{1}{2}$ VIII. cardamomi $\frac{1}{2}$ VIII. acori $\frac{1}{2}$ VI. dauci seminis $\frac{1}{2}$ VIII. coriandri seminis $\frac{1}{2}$ XII. fœniculi seminis $\frac{1}{2}$ VI. facit bene haec compositio cum habeat in se nihil tetri medicamenti, ad inflationem stomachi, & cruditates, & acidas ructationes, & ad uentris dolorem, & urinæ difficultatem, & ad conuulsa intrinsecus & rupta omnia & ad horrores, mouet etiam mestrua mulierum cum difficulter purgantur. Item detrahit si qua ex partu, aut aborsi intrinsecus nocua substiterunt, datur omnino sine metu, & ieunis & ante coenæ tempus, & post

post cœnam, ad mensuram denarij unius uel duorum, ex aquæ cyathis tribus, & si plus ponderis quislibet sumpserit, non laedetur. prægnanti non est dandum hoc medicamentum nec febricitanti.

Antidotum philonianum

Antidotum philonianum ad omnes internos dolores, quod ad tensiones stomachi & empneumatosim præcipue facit, colicis quoq; prodest, quibus in dolore ex aqua frigida datur, cæteris ex calida cum oxymelite dari debet, tussim sedat, tertianas mirifice tollit, ante momentum suspicionis datum. omnibus autem ad modum fabæ dandum erit, constat ex his, croci e xv. pyretri semunciam, euforbij semunciam, spicænardi semunciam, piperis albi uncias duas semis, hyoscyami — iiij. opij e iii. melior erit si addas petroselini e iii. dauci cretici e iii. colligitur melle attico, & in uaso uitreo sub signaculo reponitur.

Stomacho laboranti cocleæ prosunt, si in aqua ferueant, & sic carbonibus torreantur, atq; ita ex cœnogaro sumantur impari numero.

Stomachum reumatizantem & dolentem & languentem & dissolutum, primum mansio lucida, & non nimium frigida, nec satis calida bene accipit. tum cataplasma fieri debet de folijs uitium, uel si uineæ folia non fuerint, de rumicis siue rubi folijs, uel de ea summitate rubi quæ satis tenera est. hoc diligenter teritur cum dactylis quinque minutatim carptis, in aceto diu maceratis. Epithematio autem hoc post cataplasma uti oportet, quod fieti debet de plantagine ea quæ arnoglossos dicitur, cum acetato trita. cibis autem uti debet cui medendum est austerioris & stypticis.

Cataplasma fit stomacho laboranti ex pomis cydoneis optime per coctis, quæ poma manibus subiguntur. deinde rosa sicca teritur & cribello medicinali cribratur, tum acetii optimi quantum sufficiat adjicitur, & simul omnia permiscentur, factumque cataplasma stomacho calidum adponitur. Portulaca hoc est allium gallicum coquitur diligentissime, & coctum bene, edetur ex aceto ab eo qui stomachum dolebit, uel uitiosum habebit, cito ei proderit.

Cuminum teres & uino mixtum dabis bibendum ieuno si non febricitabit, si febricitabit ex aqua tritum dabis, continuo emendabis stomachi dolorem. Nardum & mastiche & semé apij cum bacca lauti, & absinthij semine, æquis portionibus cōteruntur, puluis hic super stomachum aspersus mire eum reficit. Absinthij uiridis manipulum, in caccabo nouo fictili cu aquæ hemina decoques ad tertias, & in ipsam potionem mittes mastiches modicum, & piperis triti grana septem uel nouem, & sic mane ieuno bibendum dabis, continuo sentiet stomachi laborantis medelam.

Ad stomachi carbunculum reprimentum dactyli in uino austero mace ranè, & admixto pomo cydoneo cocto, & rosa, & mastiche, & aloë, & oleo rosaceo, stomacho adponitur, ita ut cataplasma inde exactissimū fiat. præterea semper ante cibum infirmus stomacho debet accipere mellis attici coclearia

coclearea duo uel tria pariter in uino austero decocti, quod duplū sit quam mel, uel pro uino austero succus rosarum permixtus detur. si ebat enim stomachum & recreat dissolutum, & tarde cibum sufficientem confirmat.

Mellis libra una, sinapis tostis ac post diligenter triti unciae duae, pariter coquuntur, ex eo plenum cocleare ieiuno qui stomachi dolore laborauerit datur. Ad stomachum nauseantem & acescentem, coriandri seminis triti 3. iii. & lactucæ albæ seminis triti cocleare unum, si hæc aqua permixta ieiunus accipiat, prodest. Stomachum corroborat herba absinthij decocta cum uino austero, atq; ita subinde pota, si febres non erunt, quod si inquietudo fuerit, cum aqua coqui & dari debet, mirum est. Ad solitaneos stomachi dolores malagma sic compones, fœnigræci cyathum, litti se minis cyathum, ibisci purgati libram unam, aquæ s. ix. olci s. iii. spuma argenti libram unam, ceræ russæ p. i. s. hæc omnia in unum concorporabis & decoques, & cum malagma feceris in pannum induces, & stomacho appones, & circa uiscera tam diu habebis, & tam adsidue adpones, donec dolor abscedat. Ad stomachum fastidientem escam, & reuomenteum, rosæ medium quod semen portat, id est ipsum florem croceum, contundes, & a luminis scissi, cyperi, bdelle, absinthij succum, meliloti, rosæ siccæ, acaciæ, iris illyricæ, olei nardini, ceræ, opobalsami, pares mensuras harū omnium specierum conteres in mortario marmoreo, & stomacho epithematium mirificum superpones, ad ignem ut est consuetudo compositum. Epithematium optimum ad stomachum reparandum: mastiche s. uncias vi. aloes — iii. styracis — ii. ceræ p. i. nardi — vi. hæc pariter miscebis, & epithematium subtile facies, quo multis horis, certe hyeme per totum diem, uti poteris.

Ad dolorem stomachi uettonicæ radicis fasciculum in olla decoques ex aqua, eandemq; ollam sub diuo habeto opertam, cum stomachus dolore uexabitur usque ad tertias eandem aquam excoque, & inde cyathum unum bibendum ieiunus ad diem sume. Vrticam semen habentem in summo deme, ac diligenter laua, & ex ea sorbitonem facito bene conditam sine pipere, suauissime accipieris ad stomachum reficiendum.

Lactucæ nigræ semen quod ipsum ualde nigrum est in pila lignea tunsim, cum melle subige atque permisce, & inde cotidie ieiunus sume cocleare plenum, bene stomacho laborantem accipies. Ad dolores stomachi ueteres, & ad stomachum fatigatum facies oxyporium sic. piperis seorsum teres semunciam, & bulbos x. i. incoctos separatim nimium diligenter teres, & utrumq; miscebis, tum adjicies mellis optimi despummati s. ii. & ita in olla noua coques ad tertias, & sumes ieiunus diurna coclearia singula bina uel terna, tandem donec corrugas stomachum laborantem. Butyri libram decoque quo usq; inde pars sexta decedat, tum cum eo serpyllum coque, & si patietur stomachus tuus, ieiunus illud fortiter manducabis: sicut autem

autem fastidium erit, pultem facies & tū in ea mixtū manducabis. Sal tritum ex mulso ieiunus contra dolorem stomachi qui biberit remediabitur. uenter quoque ossifragi arefactus & potionī aspersus, plurimum prodest.

Stomachō exulcerato, cicatricem hoc medicamentum inducet, aloes 3 viii. misyos scripula viii. turis scripula viii. tunsa cibrataque, hæc melle optimo comprehendes. si plenius uel ualidius facere uolueris hoc medicamentum, myrrham & anethum ex tertio adiicies, & dimidium cocleare cum potionē mulsi ieiunus accipies.

Stomachi dolorem concitatissime sedant, absinthij unciae tres, rutæ unciae iii. ex aqua ad dimidias coctæ & ieiuno ad mensuram potionis bonæ potui datae. Marrubij uitidis fasciculum decoques ex aceti sextarijs tribus, usque ad heminam. tum exprimes marrubium, & adiicies de spumati mellis quartarium & iterum decoques, quo usque ad crassitudinem coeat, inde coquere unum contra dolorem stomachi ieiunus accipies.

Herbæ uerbenæ tunsa & cibratae pulueris coclearia quinque, labranti stomachi dolore dabis ieiuno per triduum, in tribus optimi uini cyathis. cæteris prout uires erunt dato, febricitantibus sane ex aqua calida dare debes. sed si quis exulceratum stomachum habuerit, caprinum lac coctum frequenter bibat. Rutæ semen cum sulphure uiuo minore mensura adiecto aceto conterito, atque ieiunus mane gustato, optime aduersum dolorem stomachi accipieris.

Repentinum stomachi dolorem tres ceputij longi purgati, & singuli cum melle sumpti statim sanant. nec non & terræ malum comedestum dolores stomachi celeriter castigat. Solutionem stomachi infirmitatemque confirmat oui semicocti uitellus & gallæ pars dimidia trita, si ante duas horas quam cibus sumatur, mixta hæc cum uino hauriantur, sed ueteri & tepefacto. Rancorem stomachi temperat caro uaccina ex uini & aceti æqua portione discocta & cibo sumpta.

Inflationem stomachi sedant, marathri, id est fœniculi, & apij radices, in uino albo odorato ueteri infusæ, de quo si ieiunus quis cyathos duos potet, cum calidæ aquæ cyatho mixtos, optime accipietur. ruete quoque hortensis paululum cibo sumptum, uel in potionē dilutum atque epotum, inflationes stomachi compescit.

Inflationem stomachi potentissime discutit, simus uitali recens ex uino potui datus, hoc & dolores eius ex frigore aut cruditate obortos mirabiliter mulcit. Remedium physicum magnum aduersum dolorem stomachi, in lamina argentea scribes & dices, arithmatho aufer dolores stomachi illi quem peperit illa. eandem laminam lana ouis uiue inuolatam collo de licio suspendes, & id agens dices, aufer michi uel illi stomachi dolorem arithmatho.

Dolorem

Stomachij ran cor

Stomachij inflatio

Dolorem & inflationem stomachi sanat iecur lupi, prius aqua coctum, mox arefactum & tritum potionis inspersum. Fastidium stomachi releuat papauer silvestre, quod gallice calocatanos dicitur, tritum & ex latte caprino potui datum. Epithema optimum ad stomachum reficiendum, mihiq; expertissimum, conficitur sic, mastiches, turis, nardispice, aloes, absinthij, singulas uncias, styracis — iijs. croci — iijs. ceræ, & medullæ ceruinæ, singulas libras. styracem & crocum pridie macera uino ueteri infusum, & sic diligenter tere, medullam & ceram remitte igni, cætera tunsa cribrataq; simul misce & ceroto superinfunde, & in panniculo utere ad stomachum duabus uel tribus horis, & si durius uidebitur quam esse debet, oleum nardinum aut gleucinum adjice ut mollescat. *Hyslopum* coctum cum oxymellite iejunus, uel post cœnam, qui per cocleare cotidie accipiet, facilius conficit cibum. Radicem foeniculi in uini cyathum radito, & priusquam cœnes, uel cum dormitum ibis, potui sumito, quo facto melius digeres. *Lasferis* ueri modicum, ex aquæ frigidæ cyatho dilutum, dormitum iturus bibe, digestorum mirum experieris. Mellis attici libram unam, uettonicæ tritæ — iiiij. in unum permisce, & pone ut conserueat, quod cum refrigerauerit, facies pastillos nucis auellanæ magnitudine & post cœnam singulos hauries, quo facto apprime quoslibet concoques cibos.

Embamma Item aliud embamma digestorum optimum & utilissimum, sic, ligustici drach. iiiij. zingiberis drach. i. petroselini drach. i. piperis drach. i. epithymi drach. i. & lasferis scripulum dimidium, tunsa haec ac diligenter cribrata misceto cum passo, hoc facit & ad eos qui cibum tenere non possunt, eumq; uomitibus relectant, mox ergo ubi cibum sumpserint, dato pastillum ad modum nucis auellanæ de medicamine supra scripto, & ad præsens eos abstine potu, cito remediabis. Epithematium uehementissimum ad cibum conficiendum, sic, zingiberis ex aceto macerati p. i. auri pigmenti p. i. seculæ p. i. calcis uiuæ drach. ii. sinopidis ponticæ p. i. lixiuæ s. i. trita haec in olla nova mittes, & feruere facies simul, donec mellis crassitudinē habeant, & cu opus fuerit inducta panno calida uisceribus adpones. Cū ibis dormitū, zingiberis modicū sub lingua teneto, & ex pasca calida manus lauā, optime digeres. Vrticæ — iii. iris calydonia — iii. schœni — iii. cyperi — iii. magnetis — iii. petroselini — iii. inulæ — ii. piperis albi — ii. melle colliges haec omnia trita & uteris oxyporio optimo ad digerendū, unde etiā cœnatus paru accipies. Cum te in lecto posueris, uentrem tuum perfricans dices ter, lupus ibat per viam, per semitam, cruda uorabat, liquida bibebat. physicū hoc ad digerendum de experimento satis utile. Pulegium & nasturciū ex aqua simul decoctum, mane bibe, et mendabis uel discuties cruditatem.

Oxyporium Quercus uiridis folia, cum salis spuma contrita, & potui data, remediat cruditatem. Acorum ponticum tritum ex aqua calida, potum mensura

sura cyathi unius, ieuni stomachum reficit cruditate depulsa. Iis qui nec potu iuuatur, nec cibo, & stomachi ructus amaros patiuntur centaureā id est fel terre contritam ad mensuram denarij argentei ex aquæ calidæ cyathis tribus bibendam ieunis per triduum dabis, statim discutietur infirmitas.

Succum absinthii, quem Græci chylon absinthiu vocant, auellang magnitudine, in aquæ calidæ quartario bibendum da ieuno, componetur stomachus, & adpetentiam ciborum habebit, quisquis patietur ex infirmitate fastidium.

Oxyporium mirum neronianum æstiuum & hystale, si ei cum uolueris piperis aliquid adieceris, quod fastidium stomachi marcorem̄ deterget, conficitur sic. In musti recentis & dulcis congium ex uuis albis facti, atque in ollam grandem missi, adduntur cydonea v. non purgata, totidem mala punica, additur & sorborum maturorum sextarius, & rhus syriaci sextarius, croci scripulus. haec coquuntur usq; ad crassitudinem mellis, postea diligenter colantur, repositum medicamen seruat in vitro signatum, sed omnino diligenter colatum, ut excrementsa omnia separentur, inde datur ieuno ligula plena grandis. hoc est **oxyporium** quo Nero utebatur ad digestionem, quod Marcellus medicus egregius ostendit, quod & nos usu probauimus. Nam & stomachum mire componit, & humores siccat. excrementsa quoque illa data dysentericis, mirabili efficacia prosunt.

Ossifragi uenter madefactus adpositusq; his ad stomachum qui cibos non conficiunt, utilissimus est, uel etiam si tantum manu teneatur, plurimum iuuat. **Oxyporium dionysianum** ad digestionem, & ad rigorem stomachi, & ad confirmationem aqualiculi, conficitur sic. cydoneorum incoctorum tunforumq; succi s.r. mellis despumati s.r. aceti optimi s.r. haec in unum permixta uaso duplice decoquuntur, donec soliditas ad unum sextarium redigatur: additur pulueris petroselini uncia una, cymini semuncia, & bene contemperatum medicamen uasco uitreo conditur sub signaculo, atque inde cocleate plenum à ieuno accipitur.

Oxyporium olympianum polyetes ad digestionem parandam, accipit haec piperis — is. zingiberis — is. in puluerem redacta & creta haec, dum ad digestionem temperanda erunt, ex melle dabis. **Oxyporium pancharianum** ad digestionem, quod & aqualiculi corruptelas uel aciditates consumit & stomachum marcentem recreat, tertianam etiam cum uino & calida sub hora datum, mire tollit, conficitur sic. piperis uncias quatuor, s.m. sefeleos — l. zingiberis — is. ameos — l.s. vi. anhesi uncias duas, libystici — is. iuniperi hispani — l.s. viii. ita ut iuniperum ablutum purgetur sublato semine, & sic teratur. haec omnia in puluerem redacta reponuntur in dosiolio uitreo signato, ligula plena ex mulsa aqua datur ieuno.

Ad cruditatem quæ nauseam facit remedium sic. uettonicæ drachma una, in oxymelitis cyathis tribus mixta potui datur. ius quoque pulli uel ubi coctus fuerit, cruditati opitulatur, si in primo prandio sorbeatur.

n Ad diges-

*Neronianum
oxyporium*

Ad digestionem parandam, iuniperi baccatum enucleatum, & zingiberis, & petroselini macedonici, & piperis uncias singulas, mellis libram unam, quæ sunt sicca tundes uel teres & cibrabis diligenter. postea mel coctum, id est despumatum admiscebis, & uteris medicamine & iejunus, & post cœnam, per cocleare accepto quanta sit magnitudo auellanæ maioris.

Ad stomachi dolorem in impetu cohendum, pomorum cydoneorum cutem tolles, atque inde uncias quatuor, & pulegij unciam unam, piperis unciam unam, zingiberis uncias tres, alij gallici uncias tres, mellis selibram, aceti quod sufficiat adiçies, & diligenter trita omnia permiscebis, atque inde cocleate plenum dabis, etiam cibato.

*Acharistum
antidotum* Antidotum acharistum multiplex, mirum. facit ad eos qui escam non digerunt, & qui male rustant, & ad stomachi dolorem, & ad lateris, & ueffice, & renum molestias, & ad omnia quæ interius causas malæ ualetudinis habent, id est ad scotum, ad febrem cotidianam, & tertianā, & quartanā, ad sanguinem tufientes, ad suspiciosos, ad dysentericos & ad colicos, & ad hepaticos, & ad nimiam uigiliam, & ad strophum, & ad intestinorum dolorem. morsum etiam serpentis curat, ter ad diem uulneri impositum, uel potui datum. confessio hæc est, cinnamoni unciam i. myrræ uncias iii. piperis — i. castorei semunciam, galbani — i. styracis — i. cassiae fistulæ semunciam, piperis longi — i. costi — i. opij semunciam, spicænardi & . croci & . mellis attici 8. i. omnia ista tundes diligenter, & cernes bene, & in puluerem mollissimum redacta mensurabis, præter opium & galbanum. galbanum in olla noua excoques, ita ut ter bulliat super prunas: opium autem cum uino ueteri teres, & permiscebis diligenter, & tum cætera omnia simul permiscebis diu, & diligenter agitata recondes sub signaculo, in pyxide buxe, aut in doliolo uitreo, & dabis cui uolueris ad modum auellanæ, cum mellis coclearibus tribus, uel quatuor. & postea dabis potionē calidæ aquæ, & cum dederis accipies mercedis quodcumq; multi enim qui cito curati sunt, ingrati extiterunt, propter quod ipsum antidotum acharistum appellatur, id est sine gratia.

*Chymation
oxyporium* Oxyptorium quod dicitur chymation, facit ad calculos, & ad renum dolorem, & ad inflationem stomachi, phlegmaticis quoque profest, & halycis, sed & tortiones & hæmorrhoidas curat, & quæ in ano nascuntur. restringit & menstrua nimia, & hepaticos & spleniticos, & tussicos solitaneos curat, & cadiuis prodest, accipit hæc. Inulae — i. sceniculi feminis uncias tres, piperis nigri uncias ii. tundes hæc separatim & cibrabis bene, & conficies uel permiscebis melle semicocto, & dabis nucis ponticæ magnitudine cum aqua calida. quidam hoc in oxymelite soluunt, quidam in uino mixto accipiūt, alij cōsuerunt cocleario accipere purū ad lapides ejciendos.

Descriptio panni rustici facientis ad uiscerum curationem sic. olei p.i. axungiæ ueteris p.i. butyri p.i. herbæ sabinæ p.i. barbæ iouis p.i. tamdiu hæc decoquæ quam diu herbæ arescant, postea colantur, & additur ceræ

ceræ libra, resinæ p. i. farinæ de pulegio p. i. pulueris de bacca lauri p. i. de fimo ouillo unde ouibus in lana hæserit p. i. hæc omnia in unum corpus rediguntur & permiscentur, & inde pannus inducitur, & quotiens uolueris reparatus stomacho adponitur. Dia tessaron quod febrem sedat, & uiscera componit. accipit hæc, olei coclearia tria, acetii coclearia tria, mellis boni despumati coclearia tria, uini ueteris boni coclearia tria, hæc tā diu decoquuntur, quam diu omnia ad tria coclearia redigantur, & ita linteo inducta stomacho superponuntur, uel iejuno tepida per cocleare dantur. facit hoc mendicamen ad omnes stomachi molestias. Ad dolorem stomachi, uel tumorem, uel uiscerū infirmitatem, remedium sic. succi ex absinthio s. i. aceti optimi s. i. olei mollis s. i. ceræ ponticæ librā unam, medullæ ceruinæ — iii. hæc lento igne decoques usq; ad mensurā sextarij. exinde linteum densum tingues, & mature in lecto uisceribus adpones, utendum in horam ii.

Confectio oxymelis dia scilliu, ad stomachi causas sic. scillæ librā communes de hastula lignea acuta minutissimis partibus, & superfundes illic aquæ nitidæ fontanæ s. iii. ac die tota & nocte coopertum uas in quod hæc miseris, esse permittes. alia die in olla rudi cum ipsa scilla deferuere facies lenito igni usq; ad sextarium aquæ, tum linteo nitido exprimes scillā ipsam ut sextarius ille defluat, adjicies huic sextario aceti optimi sextarium, & mellis optimi despumati p. ii. tursum in eadem olla feruere usq; ad sextarium. tū recondes in ampulla nitida, & signatum habebis, & cum imparationem stomachi senseris, coelearea singula planè tepefacta iejunus accipies. Ad *Iaspis draco ne insignitus*

stomachi dolorem remedium physicum sic. in lapide iaspide exculpe draconem radiatum, ut habeat septem radios, & clade auro & utere in collo. Epithematium ad stomachum confirmandum sic, aloes — iii. turris masculi — ii. mastiches albæ semunciam, styracis — ii. croci is. meliloti semunciam, ceræ ponticæ uel etiam rufæ uncias iii. nardi uncias vi. ius absinthij pontici unc. i. hæc omnia separatim tunsa & cibrata miscentur & coquuntur, & inducuntur in panno atq; mature stomacho adponuntur. Ad digestionem parandam, quisquis sollicitus erit acoru iejunus cōmanducet, & iactet, radicē quoq; amarā & inlotā iejunus cōmanducet. Nec nō anethi semen etiā uiridis māducatur iuuat, nā & somnū cōciliat, & digestionē parat.

Cōpositio medicaminis subfragi, quod facit ad digestionē & uitia stomachi, siue aqualiculi. accipit hæc, petroselini macedonici — ii. apij seminis — i. secaleos — v. piperis — v. nepetæ montanæ — iii. pulegij siccii quod in fumo nō fuerit — iii. thymi siccii & libystici etiam seminis — ii. inule radicis tunsa atq; cibrata & zingiberis &. ex his omnibus tunsis atq; cibratis puluerē molissimum facies. adjicies deinde mellis optimi despumati quātum putaveris mitti oportere, id est ut prope liquidæ ac tēperatæ colligi possint species suprascriptæ, & sic recondes in uaso uitreo, & cū uolueris iejunus, cum tamē digestū senseris, singula coclearia nō plenissima matutinis horis accipies.

n 2 Confectio

*Subfragium
medicamen*

Confectio epithematij quod stomachi uetustas causas emendat, & ad digestionem confirmat, accipit hæc. sæuum taurinum, ceram, medullam ceruinam, axungiam ueterem, resinam terebinthinam, horum pondera singula æqualia, & mellis uncias tres, mastiches uncias III. simul miscebis, quæ liquanda fuerint, liquabis igni. Et quæ tundenda in puluerem tenuissimum rediges. & confectum medicamē linteo tenso induces, & stomacho uel uisceribus adpones, quod tamen ante momentum prandij detrahī conuenit.

Aliud Epithematium quod ad easdem stomachi causas efficaciter prodest sic. styracis uncias duas, aloes uncias duas, petroselini — I. ceræ libram I. nardi libram I. mastiches uncias II. resinæ frictæ pondo s. resinae terebinthinæ uncias II. quæ liquida erunt, & quæ tundenda, similiter ut supra scriptis speciebus facies. & similiter medicamen usque ad horam

Arete epith.

prandij ueris. Item aliud epithematium quod arete dicitur, quod facit ad uetustas causas stomachi, accipit hæc. cardamomi unciam I. libani unciam I. ceræ utic. VI. resinæ uncias quatuor, styracis uncias II. olei cyprini unc. I. uini ueteris heminam. cardamomum & libanum semote tundendum & cribrandum, styrax uino infundendus, & reliqua quæ remittenda sunt, lento igne soluenda, & tum simul omnia permiscēda, quod epithema similiter linteo, aut phœnicio inducendum, & sic ad uiscera adponendum. & in horam prandij si non fatigauerit habendum, ita tamen ut aduerso perstore cuiuslibet pueri tepefactum ponatur. Intyba decocta in cibo sumpta, aut eorum aqua pota, stomachum purgant. Herbam uertonam mense Augusto lectam cum semine & radicibus suis, sed sine ferro erutam, arefactam diligenter & excussam ne terram habeat, contundes & cribrabis, ac pulueris eius tenuissimi cyathos duos, cum aquæ sextarijs sex in olla noua ad tertias decoques, ollamq; ipsam opertam sub diuo repositam habebis, ex qua si quando stomachi ardores concitabuntur, coelearea duo aut tria laboranti glutienda dabis, mire subuenies.

Herbæ uertonicae fasciculum, herbæ nepetæ ac pulegij uirgulas singulas & salis paululum, cum uini ueteris heminis tribus in olla rudi usque ad heminā decoques, & iejunio stomachico mane coclearia singula, aut eo amplius dabis. Quotiens stomachi morsus sentire cœperis, glycyrrizæ succum de surculo eius trahito, aut ipsam sub linguam ad magnitudinem cicerculi habeto, nec dolorem stomachi nec sitim senties. Lacbum tepidū incoctum, subinde sumptū, exulceratum quoq; stomachum sanabit. Coclea cruda deuorata, ita ut dentibus non tangatur, stomachū curat, certe languentē si per triduū sic sumatur, emendat. Codreas sed ueras africanas cōditas ex sale & paulo olei coctas, sed non purgatas, qui iejunus ternas aut quinas cotidie & frequenter sumperit, rarissimo stomachi dolore uexabit. certe si carbonib. tostę sumātur, melius prosunt. Si quis cymini triti ex melle terna coclearia cotidie iejunus accipiat, stomachi dolore

mire

mire carebit. Stomacho remedium optimum de experimento tale est. petroselini uncias tres, salis uncias duas, nardi spicæ unciam, amomi uncias duas, hyssopi — ii. uettonicæ uncias duas. hæc omnia in cucumam fictilem nouam mittes quæ sit sextariorum nouem, eamq; aqua supplebis, & obturabis ut modicum spiramenti relinquas, & decoques ad tertias, ac denuo aqua supplebis, & rursus ad tertias decoques. tunc adjicies mellis optimi despumati quartariū, & tertia uice ad medias decoques, ac postea in uasco uitreo aut fictili recondes sub signaculo, atq; ex eo aduersum stomachi laborem terna coclearia ex aqua calida, si febres erunt, aut ex condito iejunus, si non erunt, sumes.

Ne stomachus perfrigescat unctio salubertima hæc est. foliorum lauri, & baccarum, foeno græci, samsuci, cupressi, roris marini, uncias singulas contundes, & in uini ueteris sextarijs v. per triduum macerabis, quarto die olei boni sextarios tres adjicies, & in olla rudi ad prunas non acres ita decoques, donec uinum consumatur, tunc colabis, & excrementa uel sordes abiijcies, & rursus ollam cum medicamine ad tenues prunas repones, eiç addes ceræ nitidæ libram, resinæ terebinthinæ purgaræ se libram. hæc omnia permixta & coagitata, ad modum cerotii recondes. & cū opus fuerit nō solum ad stomachi, sed etiam ad neruorum & muscularum perfrictionem uteris saluberrimo unguento.

Antidotum Hadriani quo utebatur Cæsar Augustus, quæ potio dat omni corpori fortitudinem, quis enim ea usus fuerit, nec stomachi, nec iocineris, nec splenis, nec cordis, nec lateris, aut pulmonis, aut coxarum dolores patietur, sed nec tussem, nec perfrictiones, nec spasmos, nec coli dolores sentiet, nec dysentericus, nec hydropticus, nec suspiciosus, aut cholericus erit. facit etiam hoc remedium contra omnes humores noxios, & omnia uenena uel maleficia in cibo, aut in potionibus data. cōpositio ergo eius est talis. sceniculi seminis, cymini, gummis thebaici, phu, pulegij, origani, piperis albi, herbæ sabinæ, petroselini, cedri seminis, chamedropis, cassiae bonæ, iouis barbæ, rapæ seminis, nardostachyos, iunci seminis, euforbij, echyos radicis, hoc est capsellæ, cyperi, pyrethri, trifoliij seminis quo mulieres utuntur in capite, amomi, serpylli fisci, gentianæ, aristolochiae longæ, rutæ agrestis seminis, omnium supra scriptarum specierum uncias singulas. Item rutæ radiculam, quæ facit ad porcorum incommoda, agni radicem, hoc iam sani siue agrimonie radicem, draconteæ radicem, quæ radix est quasi costum & beneolet, acori radicem. harum specimen singulas semuncias adpendes, & omnia uel infra uel supra scripta diligenter tunsa & cribrata, in puluerem tenuissimum rediges, ac postea cum melle attico quātum ad spissitudinem sufficiat permiscebis, atq; ex eo cum opus fuerit, quanta auellanæ est magnitudo, iejuno dare debebis.

Confectio aceti diaſcilliu, ad digestionem, & stomachi uitia ſic. ſcillam sumes & inde tolles duriflitta queque & proiecies, deinde omnia tertiaria concides minute ut habeant libram ſemis, eamq; crudam coniicies in

Stomachi per
frictio

Antidotum
Hadriani

aceti congiūm unum acerūmī, & cum diu macerata fuerit, & combiberit, tolles scillam & exprimes, idq; acetum percolabis, & in uas bene picatum repones, eiusq; aceti ieiunus mane si sorbeas singula uel bina colearia, stomachum curabis. & quod ad oris olidi ualeitudinem attinet, hoc medicamento odor malus emēdabitur, & si in nāso polypus fuerit hoc aceto gargarizato ejicitur. quod quidem acetum & ad claritatē oculorū, & ad auditū auriū optimum est, si adsidue gargarizetur: ad uocem quoq; & ad suspīriū & ad splenem, optimum remedium est. si quis autem inde ad diem sorbeat uel dimidium cyathum, colorem optimum habebit, & facilius suspirabit, & cibum melius conficiet. Nam si quis multum comedērit, & non coxerit, & cibus ei in stomacho inacuerit sorbeat de hoc medicamento, continuo desinet crudus esse. ut scias uero quantam uim habeat, etiam caducis datum prodest.

Caducus morbus unde morbus inacuerit sorbeat de hoc medicamento, continuo desinet crudus esse. ut scias uero quantam uim habeat, etiam caducis datum prodest.

Nam si uel duos cyathos cadiuus inde sorbeat, & currat passus milledentos quinquaginta ieiunus, mire remediabitur, si uel tertio aut quarto die id acceperit. quod si quis erit in accipiendo cotidie patiens, penitus carebit hoc morbo. hoc medicamen & uentos ejiciet & uenas purgat. Nam is morbus ex uentorum multitudine mouetur. frigescit enim corpus de inparatione, ueatur & nau seam facit, & uomitus mouet. Si quis ergo hoc sumat, omnem escam & potionem bene concoquet, & nulla res ei nocebit. ac si uoles hoc medicamine phthisim sedare, adde uini dulcis paululum, & sic dato mixtum sorbe te ieiuno. si quis sanguinē excreabit, hoc medicamine accepto, facile ejiciet omnem molestiam, & uenae ei purgabuntur, quodq; ad pulmones, & arterias corruptas attinet, per uomitū sanabitur, si hoc medicamento utatur ad sidue. & si quem aqua intercutis tenebit, id est si hydropicus erit, sanabitur, facilisq; curabitur si recens morbus fuerit. nam per urinam illum cito digeret, & quod ad splenem attinet extenuabitur. oportet ergo prius uidere unde quis morbus ueniat. si à splene erit, uenter soluetur, aut crura turgebunt. dari itaq; oportebit mane ieiuno duos cyathos, certe uel unum cyathum si satis infirmus erit dato. quod si ab iecore erit morbus, mellis cyathū aut passi commisces cum cyatho eius aceti, idque per dies aliquot dabis, primum nanq; sudoribus uehementissimis, postea etiam urina multa purgabitur, deinde cibum & potionem libentissime sumet, omniaq; cito concoquet. Ad stomachi dolorem arcendum, cymas sinapis uiridis ex aqua diligenter coques in olla noua, easq; conditas oleo & liquatimne manducabis, sanè obserua ut paululum salis mittas dum coquuntur, propter Bromus cy/ mari sinapis Bromum. Mel, rutam, cynamum, piper, simul tere & utere pro oxygario sale arcetur ad inhibendum stomachi dolorem, Papauer nostrate cum lacte suo simul decoques in aqua, & ipsam aquam diligenter colatam, stomachico cum melle attico potui dabis. Iris tunsa heminam, cypri tunsi hemina, in uini aminæi sextariū infundes, ut una nocte maceretur, deinde addes resinæ terebinthinae — ix. cere — iii. quas cū olei cyprini selibra liquefacies.

deinde

deinde simul omnia miscebis & manibus subiges atque malagmatis more stomacho laboranti adpones. Ceram, adipem anserinam, & butyrum in se decoque, & in panno tenui stomacho calidum adpone confessim dos lori stomachi subuenies. Peucedani radicem contritam ex uino qui frequenter biberit, nec stomachi dolorem, nec pulmonis inflationem patietur.

Item ad stomachi dolorem persici folia uiridia teres, & cum axungia ueteri purgata subiges, atque in panno ad stomachum pones. idem prestat mentastrum quod supra ripas nascitur similiter impositum. Oxiportum cydonite quod facit ad stomachum & tussem, empneumatosim quoqz solvit, & digestionem citissimam prestat, conficitur sic. cydonea matura purgabis de foris, & deintus, & pensabis ad pondo tria, coquesque ex mulso in olla rudi, & cum fuerint cocta, enjices de olla in catinum uel mortarium, separabis deinde succum illum que excocta dimiserint. postea remittes cydonea ipsa in oll*a*, & tunc addes ibi aceti pondo duo, mellis optimi pondo tria, maligranati expressi sextarium unum, coques postea lento igni donec unu*c*orpus fiat, & habeat mellis spissitudinem, postea aut refundes illud in mortarium, & teres diutissime, donec omnis duritia dissoluatur. & dum teris summatim adjicies semunciam zingiberis & piperis triti — ii. petroselini — i. & si muliterū discoques, ac postea miscebis mulsum, ubi cocta fuerint cydonea, atqz ita in uasco uitreo recodes, & cum opus fuerit per cocleare ieunius accipies. Stomaci & capitis dolores tussem quoqz, logascz agrititudines curat, & dysentericis medetur, leptopyrexias sanat, dolori etiam faucium & synanchae succurrerit, tale medicamen. piperis albi — i s. mellis attici — i s. asari — i. uettoniae, saxifrage, cassiae fistulae, pondus ut supra. hæc omnia trita cum despumato melle miscebis & dabis coclearium grande plenum ex condito mixtum, febricitanti uero ex aqua calida. Antidotum multiplex ad multa remedia, recipit hæc. croci scripulos xv. piperis albi uncias ii s. amomi semunciam, pyretri semunciam, dauci cretici semunciam, folij malabathri, nardostachyos, cassiae, apij seminis, euforbij, rutæ seminis, petroselini, rosæ sicce, opij, singulas semuncias, opobalsami e vi. mellis boni p. ii. cinnami e. si non fuerit cinnamum, mittes cassiae fistulæ duplum pro eo, & hæc omnia tunsa cribribus cribello tenui. & sic misces opium cum melle, & mittes in mortarium & diligentissime teres donec unum corpus fiat, ac sic omnia permixta mittes in doliolu uitreum. cū opus fuerit, ex hoc colicis fabez ægyptiacæ magnitudine cum aquæ frigidæ cyathis tribus potui dabis, Ioci nerosis qui iecur grauiter dolebunt, cum uino mulso dabis, ut supra scriptu est. epilepticis quos caducos dicunt, dabis ut supra. pleuriticis cū aquæ mulse dabis cyathis tribus. Stomachu dolentib. cū posca cyathis trib. dysentericis qui persoluto uentre sunt, cū aqua frigida dabis. periodicis febribus qui labo rat, id est accessionibus diurnis & nocturnis, cum aqua calida dabis. quibus dentes dolent, & quibus sanguis de gingivis defluit, cum posca frigida, aut

cum uino dabis, ita ut resolutum in ore teneant. spleniticis ex posca dabis. Paralyticis ex aqua calida. præcordia dolentibus, itidem ex aqua calida. tortiones uétris qui patiuntur, ex aqua calida dabis. morsunculas leues qui patiuntur, ex aqua calida dabis. Secundas etiam mulieribus, quæ ex partu uel ex abortu remanserint, discutiet si ex succo fœnogræci cocti, uel ex mulsa, bibendum detur. Apostemata etiam & omnia intrinsecus collecta expurgat, ex mulsa datū, uel ex fœni græci succo. Sicca uero tuſſi laborantibus ex melle solo dabis. Ad uuam stillantem ex mulsa gargarizandum dabis. his uero qui fungos uenenatos comederint cū oxymellis cyathis tribus dabis. Venenum si quis biberit ex succo ptisanæ resolutum accipiat. In omnibus sanè passionibus triduo cōtinuo dabis. si necesse fuerit, iterum alio triduo dabis. omnibus sanè quantum fabæ ægyptiacæ granum est dabis.

Confectio potionis ad omnem sanitatem utilis, & ad stomachi confirmationem, accipit hæc. lauri baccarum purgatarum unciam unam, myrræ — i. gentianæ — i. aristolochiæ rotundæ — i. puluerem tenuissimum ex his speciebus separatim tunsis facies, & postea permiscebis & repones. & cū uti uolueris, coclare unum cum potionē calidæ aquæ iejunus accipies, & inter positis diebus cum uolueris iterum accipies. Primo uere tamē incipies hac potionē uti, & deinde quomodo uolueris, per tempora triduo cōtinuo utevis. Antidotum quod facit ad omnes dolores internos, & ad stomachum confirmandum, recipit hæc, apij seminis 3 xxii. anethi seminis 3 ix. castorei 3 vi. piperis 3 iii. opij 3 iii. myrræ 3 iii. hæc omnia separatim tundes, & ex melle optimo temperabis, & cum uolueris dare potionem, in modum fabæ globulos facies, & dabis ex condito, siue uino ueteri: sed si febris.

Atanasia anti dotus citauerint, ex calida aqua. hæc confectio dicitur athanasia, facit ad lateris & ad coli, præcipue ad stomachi dolorem. Lini seminis, & fœnogræci, & fœniculi farinæ, singuli sextarij cum aqua mulsa decocti, & in panno stomacho laboranti & uisceribus duris adpositi, plurimum prosunt.

Cocleari uifus Ad eos quos subito linquit animus, & quibus mens alienatur, aut uertigo est, cocleæ cum suis testis tritæ incoctæ ita dantur per dies quinq; ut prima die coclea una, cum passi cyatho potanda detur. alia die duæ, cum duobus cyathis, ter tia die tres, cum tribus cyathis, quarta die duæ, cum duobus cyathis, quinta die una cum cyatho uno. Potio efficacissima stomachi remedio, sic. apij seminis drach. vi. petroselini drach. iii. spicænardi drach. iii. myrræ drach. iii. piperis longi drach. v. contrita uniuersa hæc diligenter in unum miscentur, deinde adhucit mellis optimi despumati quod satis sit, atq; in uiso uitreo mixta seruātur. inde cum opus fuerit post balneum drach iii. aut etiam minus, si infirmior erit qui accepturus est, ex aqua calida, uel ex mulso, in potionē dabuntur. Porti capitati excocti in cibo sumpti cum aucto plurimum prosunt stomacho laboranti. Vriticæ semen coctū iuuat stomachū, si cum pane māducetur, & cum iure suo. cydonea quoq; incocta, in melle

melle seruata, iejuno data plurimum prosunt. Thalassomeli quod ius Thalassomeli cundissime & inflationes deponit, & uentrem purgat sine stomachi uexatione, est enim & odore & sapore gratissimo, quod hoc modo fieri debet. aqua marina ex alto id est de profundo, uel aqua cælestis cum sale mixta, pari mensuræ mellis optimi despumati permiscetur & seruatur in uaso fictili. & cum opus fuerit tepefacta potui datur. Purgatorium efficax quod nec stomachum uexat, nec caput grauat, & bilem deducit. lactis caprini sextarium. salis ammoniaci — ii. mellis optimi — i. in unum omnia diu contrita & permixta iejuno potui dantur. sed post potionem diu inambulare debet, ut ipsa potio melius motu corporis prospicit. Sambuci liber inter coticem & surculum rasus & tritus, adq; nucis iuglædis magnitudinæ ex aqua uel mulso potus, miro modo detrahit bilem, ac stomachum reueuat.

Vettonicæ herbæ folia in umbra arefacta contunde & cribra, atque ex eo puluere paululum & mellis decocti cyathum unum permisce. atq; inde post coenam ad magnitudinem ciceris transglutiendum dabis ei qui cibum evomit statim, & non potest continere. Radicem ficutinæ uini ueteris cyatho uni inrade, & priusquam coenes uel cubitum eas bibito, si uitio stomachi laborabis. Laseris ueri modicum ex aquæ frigidæ cyathis quantuor dilue, & dormitum iturus bibe, ut cibum bene concoquas, aut eius radicem gustato dormitum uadens, idem tibi prestabit. Rorem marinum iejunus commanducet, aut in aqua calida excocatum bibat, qui cruditatem patietur, statim remediabitur. Compositio potionis ad dolorem stomachi siue ad nauseam reprimendam sic. herbæ mandragoræ quæ nascitur in locis montanis succus expressus ad pôderis scripulum dimidium, portatusq; ex aqua calida, uel ex mulsa, nauseam expellit. abundantiam phlegmatis purgat, sedatq; dolorem stomachi, & fastidium discutit. ultra hoc autem pondus ne dederis, quia nullius stomachus uim eius poterit sustinere. Pulegium cum oxymelite decoctum, ad mensuram heminæ tepefactum, iejuno & digesto dabis bibendum, no solum stomachum reficies, sed etiam si circa cot aliquid erit uitij, eadem potionem sanabitur. Ad stomachum componendum uuteris remedio tali satis commodo. rutâ, apium, anethum, cymimum, æquis portionibus coques cù uini ueteris sextarijs duobus, postea addes olei amari s. i. & iterum coques, uel aliquandiu combullire permittes, atque inde cum uincunc resederit fero, per globum lanæ succidæ stomacho quod sufficiat infundes, ita ut postea densus lanæ floccus supra stomachum iacentis ponatur. Post horam quam hoc feceris de nardo tepido stomachum perfricabis, & de sabano molli leuiter detergebis. deinde infirmum deambulare facies. Confectio epithemati, quod stomachi uetustas causas emendat, & ad digestionem confirmat. cerâ, scuum taurinum, medullam ceruinam, axungiam ueterem, resinam terebinthinæ, horum pondera singula æqualia mittes, deinde adjicies mellis — iii. mastiches

ches uncias tres, quæ liquanda fuerint liquabis, & quæ tundenda tundes. & sic confectum medicamen in linteo adponetur stomacho, quod ante momentum prandij subtrahi conuenit. Item aliud epithema quod effica, citer prodest stomacho & uisceribus. storacis — ii. aloes — ii. petroselini — i. ceræ libram unam, nardi p. i. mastiches — ii. resinæ frictæ p. s. resinæ terebinthinae — ii. quæ liquanda sunt liquabis & quæ tundenda tundes & per miscebis. & sic confectum medicamen similiter linteo inductum stomacho adpones. Ad confirmandum stomachum uel conseruandum, si quis infirmum habet de quartanæ labore, epithematium tenue, axungiae porcinae, butyri, resinæ frictæ, herbæ sabinæ, ceræ rufæ, libras singulas, ceruss — iii. ceræ ponticæ — iii. hæc omnia seorsum parata miscebis, & simul decoques, & sic uteris.

Polyarchium Descriptio polyarchij ad stomachum post diutinas febrium molestias componendum. cassiae — i. rosæ siccæ — i. cyperi — i. cardamomi — i. nardostachyos — i. nardi celtici — i. malabathri — i. iris illyrica — i. cenanches — i. mastiches chiaæ — i. croci — i. amomi — i. meliloti — i. absinthij — i. costi — i. guttæ ammoniaci — i. aloes — i. turis — i. myrræ — i. bdellij drach. viii. styracis drach. x. in uino infusæ, xylobalsami drach. iii. schenii anthus drach. iii. resinæ terebinthinae drach. xlvi. nardomyri drach. lxiiii. ex quo cerotum facies adiectis olei rosei drach. lxvi. ceræ ponticæ drach. cxxviii. opobalsami drach. xvi. hæc omnia tunsa cribrata, & cætera uino optimo madefacta, simul in mortario colliges, ex quibus trochisci uel madgalia fient. ceroto uero facto uel puluis supra scriptus uel ramenta miscentur.

Magdalæ CORDIS DOLORI, ET CORCO, ET PRAECORDIJS, remedia rationabilia diuersa de experimentis.

CAP VT XXI.



Ræcordiorum dolorem catuli lactentes admoti uisceribus humanis, transferre in se adseruntur, idq; exenteratis perfusisq; uino deprehenditur uitiatis eorum uisceribus. Ad corcum carmæ, in lamella stagnea scribes, & ad collum suspendes hæc, ante uero etiam cane. corcu nec megitu cantorem. utos utos utos, præparabo tibi uinum leue, libidinem discede atonnta. In nomine dei Iacob, in nomine dei sabaoth. Item ad id aliud carmen, corce corcedo, stagnæ, pastores te inuenierunt, sine manibus collegerunt, sine foco coxerunt, sine dentibus comedenterunt. Tres uirgines in medio mari mensam marmorean posittæ habebant. duæ torquebant, & una retorquebat, quomodo hoc nunquam factum est, sic nunquam sciat illa gaioseia corci dolorem.

Ad cordis dolorem uel ad eos qui lumbricis in corde uexantur. aquæ maluæ cum melle pari mensura permixtam tepidam ieuniu bibant.

Ad cordis dolorem herbae erythrodani, id est caulis purpurei, hoc est marini

marini, uel sisimbris succum, ad plenitudinem conchulæ oblongæ, quam Græci telynen, alijs chemam macram uocant, cum aqua calida prope noctem dormitum uadens bibat. Pinus uiridis aciculæ contritæ ex uino optimo potui datæ, cordis dolorem sedant, ita ut qui potionē acceperit pinibus escis abstineat. Dolorem cordis leuat cymini æthiopici commanducati succus frequenter transmissus. Aduersum cordis pulsum uel dolorem mirum remedium quod in lamella stagnea scribes, & phylacterium de styrace subfumigabis, & in collo ex licio suspendes: ita proderit ut stupeas. Ad dolorem præcordiorum cataplasma egregium. lini seminis sextarium unum, foeniculi seminis sextarium unum ex aqua multa decoques, & in panno calido præcordijs sepius applicabis, mire proderit. Cerotum ualde efficax ad cordis dolorem: ceræ selibram, olei cyprini selibram, absinthij pontici selibratm, absinthium tundes, ceram remittes & permiscebis ac pro ceroto uteris. Qui præcordiorum ardore uexantur, si etiam febres & lumbricos habeant, hoc remedio sanabuntur, ouium crudum summiter apertum exinanies, idque impletis oleo uiridi, & defundes, & lotio uirginis pueri implebis, & defundes, tu adjices parum mellis, & in unum cum oui ipsius interioribus permiscebis, & potandum ieuno dabis. hoc & sterlus uetustissimum & lumbricos noscios pellit, & febrem acutissimam releuat. Bulbi excocti triti inliti tumorem præcordiorum & uentris emolliunt. Item proficies si ocimum triueris & eo præcordia spissius inleueris. Foeniculi farina cum pari mensura mellis decocta, ceroti modo panno inlinitur, & calens tumor præcordiorum inponitur. Malagma ad præcordiorum tensionem & uentris ac stomachi duritiæ diutinæ cum dolore, quod & iecori & lieni prodest, conficitur sic. ceræ p. i. guttæ ammoniaci p. i. iris illyricæ denarios xxii. opopanacis denarios xx. anesi denarios xxv. fænogræci seminis 8. xxv. resinae terebinthinæ. p. i. adipis suillæ ueteris p. i. aceti acris 8. i. mellis p. ii. mel cum aceto permiscendum est, atq; illuc arida omnia die & nocte mactanda sunt. Terebinthinam uero & ceram & adipem liquefactā in unum cæteris admiscere oportet, & deinde manibus diutissime subige, donec sine offensione malagma temperatissimum fiat. Ad cordis pulsum, siue salivationem, succinum uerum mittes in aquam feruentem, & illuc esse patiens, atque inde per triduum laboranti singulos cyathos tepefactos, si nimium erit frigus dabis bibendos, hoc remedium & hominibus & animalibus prodest.

AD HEPATIS SIVE IECORIS VITIA OMNIA, ET
molestias uniuersas, remedia rationabilia & physica diuersa
de experimentis.

CAP VT XXII.

Rutæ



VT A E silvestris manipulo, in ollam nouā coniecto decocto, que ex tribus herminis aquæ ad heminam, adijcies mellis librā, rursusq; feruefacies, ex eo per triduum ieiuno potum dabis iocineris dolore nimio laboranti. **H**ircinus sanguis adhuc calēs supra prunas excoctus, & cibatui datus ieiuno, iocineroſo mederi traviuerra ditur.

Heptica no*mire* iocineroſo succurrit. **H**epatice experta ſic. piper album & matapotia ſtichen æquis portionibus tundes & cribrabis, rursusq; in mortario teres, atque ita olco hispano optimo temperabis, ut sit ſpissum. inde catapotia facies magnitudine ciceris atque in ſole ſiccabis, ut dureſcant. tunc in pyxide recondes, & ex his unam pilulam ieiuno in ouo ſorbili dabis, adijciesq; parū ſalis, ſed per triduum dabis. **T**umori iocineris adprime medetur hoc remedium. inulae radicis uncias tres, que Grece dicitur helenium, decoques ad medias in aquæ ſextarijs tribus, atq; heminam ex ea ieiuno in dolore bibendam dabis idq; per triduum facies. **A**d ueteres iocineroſi dolores potio optima ſic. nardispicæ 3 viii. croci 3 ii. myrræ 3 iii. caſſiae 3 viii. ſchœni 3 viii. omnia trita & cribrata melle optimo comprehendes & dabis ieiuno in potionē 3 iii. ex aquæ mulſæ cyathis iii. quo uſq; uitium extirpes.

Difpnoæ Ad tumorem iocineroſi & ad dyspnœam remedium ſic. petroſelini, coſti, chamaepitys, equa pōdera tundes cribrabis & dabis ieiuno epatico duo coclearia cum aqua mulſa. **M**elanthium id est git, quantum cocleare recipitur, contere, & da cum uino tepido dulci bibendum ieiuno epatico.

Nimium laudatum iocineroſis remedium ſic. picem duram contere, & ex ea da potandum ieiuno epatico cocleare unum cum uino auſtero.

In lamina ſtagnea ſcribe. Ite vagœ, & deſuper nomen eius iocineroſi cui mederi uoles ſcribe. laminam uero licio ligatam collo eius ſuspendes, munduſq; id facito. **A**bsinthij florem, caſſiam, crocum, nardispicam, aſſarum, ſchœni florem, folium, maſtichen, xylobalsamum, amomum, cinnamum, ad drachmas ſeptenas, aloes in diſce drachmas vi. tundes & cribra bis ſingula ſeparatim eademq; miſcebis, atq; inde coclearia bina ieiuno epatico cum mulſa aqua tepida aut uino uetere auſtero per triduum dabis, quod

Crapula remedium & ad digestionem, & ad crapulam deponendam facit.

Philonium **antidotū** Antidotum ad epaticos ſic. peleciñi ſeminis, eupatorij, iocineroſi lupini, picis brutiae, coſti, ſcenogræci, piperis: partia haec tundes, cribrabis, & melle comprehendes, atque inde catapotia ad ciceris magnitudinem ex aqua calida dabis. **A**ntidotum philonium ad iocineroſi & ad omnium uilcerum intrinſecus dolorem ſic. croci drach. v. pyretri drach. i. piperis albi drachm. xx. hyoscyami drach. xx. euſorbiij drach. i. nardi in diſce drach. i. opij drac. x. qua sunt ſicca tunduntur, cætera in mortario conteruntur, & permixta melle comprehenduntur. Haec potio his modis ieiunis danda eſt: coeliaci & coliciſ qui ſine febre erunt; ex aqua frigida, febriculentis ex aqua in qua anethum

anethum ad tertias decoctum fuerit. in declinatione uero febris, ad magnitudinem auellanæ. spleniticis ex aqua cū cappare decocta cyathis tribus, magnitudine qua supra. epaticis ditimidum auellanæ modum, febriculentis ex hydromellis cyatho, uel ex aqua mulsa, in qua anethum cum surculis suis fuerit decoctum. orthopnoicis, magnitudine auellanæ remissa in aceti scillitici colearibus quatuor, ex aquæ calidæ cyathis quatuor. ad spasmodum & cordis dolorem uel tremorem, ex aquæ mulsa cyatho magnitudine auellanæ. Ad lateris dolorem ex aqua mulsa magnitudine auellanæ, contra nocte dampnatur. ad singultus & quibus frigus etiā & estate infederit, ex aqua mulsa, modo auellanæ. phthisicis ex succo ptisanæ, uel ex mulsi cyathis tribus modo auellanæ. dysentericis ex posca cyathis duobus, modo ciceris arietini. Aurginosis ex aquæ mulsa cyathis duobus, auellanæ duplum. dysuria & calculo ex aquæ cyathis tribus. in qua tres manipuli apij fuerint decocti, magnitudine auellanæ. Potio ad epar utilissima, præterea hæc ipsa copertū & præsentaneum remedium est, etiā ad lateris dolorē. accipit hæc piperis — i. costi — i. lupini siccii amari — i. hæc omnia siccata tunsa cibrata mixta simul repones, cum opus fuerit unum coquere plenum, uel si uires infirmiores sunt, rasum id est ruclatum, cum uino austero iejuno epatico per dies tres uel quinque cōtinuos dabis. ita ut in eo latere complicatus aliquandiu iaceat, & coperiat se sagis. & cum cœperit sudare, leuet se & deambulet diu. Item expertum atq; utile ad epar remediū, de folijs fici aridis, id est siccatis sub umbra & arefactis, tritis cibratisq; de quo puluere cum condito ad mensuram tria colearia accipiet epaticus iejunus, & in eo latere diutule iacebit. deinde ambulabit, & per triduum continuum hoc medicamen accipiet similiter obseruans. Prodest mirifice hæc compositio ad tumorē & dolorē cum duritia iocineris & lienis. item ad renium dolorē beneficit. nā & colorē corporis restituit, qui propter uitia supradictarū partiū corrumpitur, pallidusq; conspicitur. prodest hoc idem medicamentum, etiam ad aquæ mutationes, id est ad hydropē. conficitur sic. croci ✕ x. nardi ✕ ii. cassiae ✕ ii. costi ✕ is. schœni ✕ i. cinnami ✕ i. myrræ stactæ ✕ i. mellis optimi ✕ x xv. datur iejuno quāta faba est ægyptia ex mulsi cyathis iiiii. Remedium efficax ad iocinetis duritiam ueterem, quod & hydropicos, & lienosos, & arquatos, & quib. opus est moueri urinam, potentissime sanat. muliebrisibus quoq; causis prodest, nam & ex partu residua purgat, & mammis tumentibus prodest. perduci illud, id est potari, ex mulso uino oportet, conficitur sic. anisi ✕ ix. dauci ✕ iii. petroselini idem, iuniperi idem, silis idem, tragacanthi ✕ i s. panacis radicis denarios viii. itis, myrræ, costi, amomi, singulorum denarios senos, cinnami ✕ iii. cassiae ✕ vi. smyrni quod est semen holerais atri ✕ viii. nardi syriacæ ✕ iii. acori ✕ viii. balsami seminis ✕ vi. opij ✕ v. erui moliti s. i. scillæ coctæ ✕ ii. uini chij aut lesbij quod satis crit. pastilli ex his in puluerem redactis, fiunt denariorum duum uel trium, & dantur cum opus

o est ex

est ex mulso, iejuno & digesto. Antidotos quæ zopyre dicitur, facit non solum ad iocineris, sed & ad lateris, & ad pectoris, & ad uessicæ dolores & ad tussem ueterē, & ad hydropicos, & arquatos, & lienosos, & ad eos qui mala medicamenta sumperint, quæ siue postea data, siue ante pota fuerint, per hoc remedium non nocebunt, conficitur sic. myrræ ✕ viii. nardi syriacæ ✕ v. s. croci ✕ i. s. schoeni ✕ ii. cassiae ✕ iii. cinnamī denarios vi. piperas albi ✕ i. piperis longi ✕ i. turis ✕ i. scordij denarios iii. polij ✕ iii. roseæ aridæ ✕ iii. rapæ seminis ✕ iii. anatis sanguinis recentis ✕ iii. eiusdem ariadi sanguinis ✕ iii. melle miscentur cōtusa & cibrata omnia, donec habeant ipsius mellis temperaturam, inde plenum coclare datur, sed à serpente percussis, aut mortis, ex uino, cæteris ex mulso uel aqua dari oportet. Magma ad omnem viscerum dolorem, præcipue ad iocineris stricturas, conficitur sic. nardi celticæ id est saliuncæ ✕ xi. iris ✕ viii. meliloti quod à nobis fertula cāpana dicitur ✕ xxv. cyperi ✕ viii. ammoniaci thymiamatis, & styracis ✕ viii. cardamomī ✕ vii. croci idem. omnia supra dicta contunfa & cibrata uno die & nocte in uino ueterē macerantur, præter ammoniacum, hoc enim aceto dilui oportet. post hæc ceræ p. ii. resinæ frictæ p. i. olei rosei p. ii. uel tria, ut sufficiens uisum fuerit addentur, liquefiunt quæ liquefieri debent, & refrigerata atq; rasa cæteris miscentur, atq; unum corpus ita fit, ut diligentissime subigantur. hoc & ad præcordiorum tensionem benefacit, & ad uessicæ dolorem. Attali regis medicamentū, quod facit præcipue ad iocineris uitia, & ad auriginem, & ad aquā intercutē, & ad lienosos, & ad præcordiorum inflationem, & ad pectoris dolorem, & ad eos qui colorem luridum habent, conficitur sic. croci ✕ x. nardi indici ✕ ii. cassiae ✕ ii. myrræ ✕ i. cinnamī ✕ i. schoeni floris ✕ i. costi — i. hæc seorsum contunduntur & cibrantur, deinde ex singulis eorum supradictis pondera sumuntur, & in unum melle mixta colliguntur, atque in pyxide argentea reponuntur. inde datur cum opus est fabæ ægyptiæ magnitudo cum mulsi cyathis trib. si sine febre fuerint qui sumpturi sunt, si febricitabunt, ex aqua mulsa dabitur. prodest etiam calculosis hæc cōpositio, sed ad omnes causas iejunis & maxime digestis oportune dari debet. Ad dolorem iocineris physicū remedium sic. calculus siue lapillus qui à calculoso fuerit electus, super iecur dolentis aligatus statim proderit. Glycea pota & uentrem laxabit, & iocineri proderit, & digestionē stomachi opitulabitur, quam glyceā sic facies. aceti s. i. mellis p. ii. aloes — iii. fœniculi radicis p. ii. quas sublata cortice diligenter sic cabis, & tundes, atq; una nocte in aceto macerabis. postera uero die excouques ad medias & colabis, tunc admiscebis mel & coques sufficiēter, atq; ab igne sublatū refrigerabis ut tepescat, postea aloen teres, & miscebis, præterea apij uiridis pugnum plenum, & tantundem rutę uiridis addes. hæc omnia ad spissitudinem mellis cocta colabis & refrigerabis atque inde coclearia terna cum aqua calida iejuno & digesto per triduum dabis.

Attali regis medicamentū Glycea potio dulcis

Item

Item ad iocineris dolorem remedium sic. lupinum, absinthium, costū, sœnū græcū sed quod tostum sit, pari pondere hæc sicca tundes, & cibro medicinali cibrabis. unde ieuno coclare prop̄sum ex aqua calida per triduum dabis, quod intermissis aliquot diebus, rursus per triduum similiter biben, dum dabis. memento tamen ut scenutigræcum diligenter torreatur, ut bene tundi possit, & omnia obseruet quæ infrascripta sunt qui remedium accepturus erit. Iecur lupi sublatum luna decrescente in fumo ponitur, & cum siccatum est teritur, inde particula trita miscetur pulueri æquis portionibus facto de scenogræco, lupino, & absinthio & costo, ita ut ex eo quod in se totum permixtum fuerit, mensura coclearis cumulatī detur ad diem nō febricitanti ex uino mixto, si febricitabit ex aqua. ita ut per triduum hoc medicamen ieunus accipiat, & porrecto brachio in dextro latere uel semihora iaceat, inde diutissime deambulet, & tardissime cibum sumat, & obseruet ut illo triduo purissimus & digestissimus sit, & frigidam non bibat, neque salsum aliquid aut dulce manducet.

Violas agrestes sive silvestres conteres, & succum eorum cum pari pondere mellis decoques, & ex eo cocleria terna ieuno ad diem iecoritico dabis. ad lateris autem dolorem si ex iecoris causa fuerit thymi scripulos duos, & aquæ quartarium dimidium ieunus bibet.

Compositio medicaminis ad iecur, quod diateffaron dicitur *Diateffaron*
costi — i. scenogræci — i. inulæ radicis — i. sceniculi radicis — i. hæc omnia separatim diligenter tundes & cibrabis, & delicatissimum puluerem mensurabis & postea permiscebis, sed in sole omnia bene siccato antequam contundas, & in una potionē coclare plenum mitte. sano ex uino, febricitati ex aqua calida, uel ex mulsa aqua, ut uentrem soluat, potui ieuno per triduum dabis, ita ut accepta potionē in dextro latere aliquādiu iaceat, & postea diut deambulet, & digestissimus cibos sumat. hoc remedio scitote nihil esse præstantius, etiam si foemini, sed non pregnantibus detur.

De medio osse *Sepie os* sepiæ, quod est molle, puluerem facies, & in mixtione conditi optimi iecoritico ieuno per triduum dabis, ita ut in dextro latere aliquādiu iaceat cū acciperit, & postea diutissime deambulet.

Ad iocineris dolorē remediū sic. intyborū succi heminæ, aquæ cyathos tres miscebis simul, & calidū dabis, donec totū triduo perbibatur. quod si ex ipso dolore cui medendū est turgidus & indigestus fuerit, porrū capitatum incoctum manducet. Gentianam ex passo decoques & ieuno iecoritico per triduum bibendam dabis.

Piperis albi grana XL. salicis folia ad hanc mensuram ut fasciculus inter digitos duos & pollicē teneatur, cucumeris quoq; quantū tribus digitis tollere potueris, contere in unum, & per triduum iecoritico ieuno da ex aqua calida bibendum. Costi semunciam, aloes epatitidis — i. mastiches granorū — ii. eupatorij — i. piperis — ii. amomi semunciam, thapontici semunciam, aloes & mastichen simul teres & cibrabis bene reliquas species in pila tundes, & cibrabis bene, & omnes postea in unū cōfundes, & repones diligenter

ter in pyxide qualicunq; cum uolueris potionē dare iecoris uitio laborati, in olla uel caccabo rudi sed excocto, quartarium fœnogræci decoques. pri-
mam aquā fundes cū feruere cœperit, & aliā fundes cū feruebit. tertiam co-
ques ad tertias, & repones uas in quo ad tertias decoxeris fœnūgræcū, cum
fucco & humore suo, & inde potionem in calicem mittes, & addes de pulue-
re suprascripto coeleare plenum. & quando accipit is cui medendū erit, dige-
stus & iejunus accipiat, & acceptam potionem bene digerat, ita ut cum bibe-
rit, tenso brachio dextro iaceat in ipso latere, & hoc per triduum similiter fa-
ciat. hæc potio iecoriticos etiam ueteres mire sanat. Epaticis herba cen-
taurea ex uino decocta, ac potui iejunis data, mirifice auxiliatur. Herbe
uettonicæ in umbra arefactæ puluis, ex aquæ calidæ cyathis duobus, iejuno
jecoritico potui datus, magnifice prodest. Potio saluberrima ad epati-
cos, à Procliano medico ostensa Ficatum lupi integrum folijs lauri inuolu-
tes, & ita ad solem uel ad ignem siccabis, & siccatum diligenter sublatis fo-
lijs in puluerem rediges. quem puluerem in uasco nítido seruabis, atque
ex eo coclearia duo, cum piperis granis decem tritis, adiecto melle opti-
mo despumato quantum sufficiat, cum caroñi cyatho, in potionē iejuno
dabis, quam prius ferro candenti calefacies, & diligenter in mortario per-
miscebis, sedentique in lecto dabisis, ita ut accepta potionē contractis geni-
bus hora integra in dextro latere iaceat, & postea uel una hora deambulet.
Herbæ uerbenæ solstitio lectæ puluis, in coclearibus quinque cum ui-
ni aminei cyathis tribus, iejuno potui datus mirifice prodest, sed pro ætate
aut uiribus uniuscuiuscq; potionem dabisis. Asini iecur tritum, cum pe-
tro selino & nucibus iuglandibus purgatis ac melle inlitis, in cibo datum e-
patico iejuno, mirabile est. Procliani medici remedium de experimen-
to, ad epatis suppurationes, & ulcera & apostemata, sic. sagapeni uncias II.
myrræ troglodytidis uncias III. cardamomi uncias VI. castorei uncias III. pi-
peris albi uncias duas, aut si album non fuerit, duplum de nigro mittes, opij
optimi uncias II. hæc omnia tunsa & cibrata per impubes pueros, aqua plu-
uiali miscebisis, & facies trochiscos de binis drachmis. qui trochisci in umbra,
nō in sole siccentur. uiris uel senioribus integros, pueris uel minoribus dimi-
diros trochiscos, infusos in aqua calida dabisis, id est non febricitanti cum ui-
ni austeri meri cyatho uno, infirmo autem ex aqua calida dabitur. sed qui-
bus medendum erit nihil pingue manducet, non oleum, nō carnem, sed de
lenticulæ farina pultem, cum oxymelle coctam, admixto anetho & pulegio
manducent, & poscam postea quam excreare uel sitire cœperint, tepidam
accipiunt, & sensim bibant. Qui palmulas dactylos ex aceto frequen-
ter manduauerit, iocineris dolore catebit. De lupi præda, id est, de re-
liquijs ueruecis, aut caprae, aut cuiuslibet animantis, quam comedenter car-
nem, uel pellem, uel os, collige & serua. & quando aliquis iecur doluerit,
inde eum tange, continuo sanabitur.

Origanum

Origanum in aqua decoque ad tertias, & postea mitte mellis quod sufficiat atq; iterum decoq; diligenter ut bulliat, & inde da epatico ieiuno quod satis sit adsidue bibendum, ualde subuenies. Lacertam uiridem prende, & de acuta parte cannæ iecur ei tolle, & in phœnicio uel panno naturaliter nigro alliga, atque ad dextram partem lateris, aut brachij laboranti epatico suspende, sed uiuam lacertam dimitte, & dicio ei. ecce dimitto te uiuam: uide ut ego quemcunque hinc tetigero epar non doleat.

Ad duritiam iocineris molliendam, & quamlibet ueterem dolorem sedandum benefacit cunilæ aridæ, quam satureiam quidam uocant, in puluerem redactæ denarius unus, ex mulsi cyathis duobus si non febricitabit, uel totidem calidæ aquæ, si febriculentus erit, assidue datus. Ad iecoris dolorem potio salubris conficitur sic. piperis — i. eupatorij — i. costi — iii. bacani — ii. foenigræci — ls. omnia hæc trita & creta seruabis, & cum usus exegerit dabis in uini potionе coeleare plenū ieiuno, ita ut in dextro latere tenso brachio iaceat cum acceperit. Epithematium ad iecur sanandum sic. guttæ ammoniaci p. ii. cereæ tantundem, olei rosei tantundem, croci — i. gutta ammoniaca cum bono aceto teritur, donec bene trita sit, & glutinosa fiat, crocum si siccum est tunsim & cibratum, guttæ ammoniaci admiscetur, & diu teritur, si humidum est in aceto madefactum primum sepatatim, deinde cum gutta ammoniaca teritur. quibus tritis cerotum de roseo oleo & cera punica factum refrigeratum admiscetur, & tam diu teritur uel subigitur, donec unum corpus fiat, ut magdalia inde formentur, quæ stoma chophœnicio inducta imponantur.

AD LIENIS SIVE SPLENIS VITIA OMNIA,
& molestias uniuersas, remedia rationabilia & physica
diuersa de experimentis.

CAP VT XXIII.



Lienosos benefacit tamarici longe à mari collecti aresfacti & contusi pulueris denarius unus, aut pondus uictoriati datum ex aqua ieiunis uel ex posca. Prodest lienosis inula arida campana contusa & cibrata mensura denarij unius ex uini ueteris mixti cyathis quatuor ieiunis data. Potio ad lienosos sic. balani quo unguentarij utuntur, denarios duos, capparis radicis ✕ i. hedere nigræ baccarum denarios duos, periclymeni, quam syluæ matrem uocamus ✕ s. galbani denarij s. cardami nigri, id est nasturij seminis ✕ iiis. piperis nigri ✕ i. scillæ coctæ ✕ ii. hæc omnia colliguntur ex melle, fiunt globuli parui, dantur denarij duo uel unus pro ætate aut infirmitate ex oxymelle uel ex aceto mixto, in cyathis quatuor aut tribus. eadem potio benefacit ad hydropicos ex aqua mulsa data, nam urinam mouet plurimum per quā purgantur. Lienosos sanat, extra cutem impositum, sinapi aceto pridie ma-

Periclymenos

ceratum

sinapis ceratum & tritum adiecta lenticula ex aceto cocta. oportet autem à parte licinis impositum medicamentum tam diu illic esse, donec dolorem pati nō possint qui utuntur. postea solio calido demittantur, ubi plures eos continent dum desinit ferver, alioqui exilient ad primum ferverem, maior enim in cute sit dolor calda tactis. postea ceroto rosaceo eos perungī oportebit.

Aliud lienosis remedium eadem ratione impositum. sinapis cyathos duos, git cyathos duos, nasturtij cyathos iii. myrobalani corticis cyathos iii. piperis cyathos ii. sinapi pridie aceto acri maceratum, deinde tritū, contusis ceteris permiscetur, pannoq; inlītū medicamentū īponitur, fasciaq; longissima alligatur, uel pluribus ī unū cōmissis, quo tardius soluatur. hoc efficacissimum remedium est, & multorū annorū lienosis omnes causas tollit, atq; duriciam, sed post hoc si quae reliquie manserint, ammoniaco tollendae erunt frequenter illic īlito. Infantibus lienosis dari oportebit aquā calidam in qua candens ferrum dimittatur, uel lac caprinū semicoctū, si capræ tantummodo hedera pascantur. proderit his & sinapi siccū contusum ceroto tenui mixtum, extra cutem īpositum, ut fascia diligenter ligetur. Malagma ad lienosos, & ad iocineris tumorem, sic. ammoniaci guttae pondo i. ceræ p.i. rosa pondo i. ammoniacū ex aceto teritur, mixto crocomagmate quantum colorare possit. ammoniacū itaq; teritur quo usq; leue fiat, & mel lis crassī habeat spissitudinem. postea cera liquefacta & rosa adiūcitur, ac prius mortario bene & pistillo commixta, manu utraque subiguntur. facit hoc malagma & ad luxum, & ad capitis dolorem, fronti superpositum.

Malagma ad lienosos sic. myrobalani p.i. aphronitri ✕ xxx. capparis radicis ✕ xxv. cardamomi ✕ xxv. ammoniaci guttae. ✕ xxx. ceræ p.i. irini olei p.s. cera irino soluitur, quibus ammoniacum aceto dilutum misetur, postea arida quae sunt cribrata admiscentur, & sic diu in mortario teruntur. deinde manibus bene subiguntur. Medicamentū Iunij Crispi, quod

Ambrosia appellatur ambrosia. hoc ex mulso datū lienosis præcipuum præstat auxiliū, phthisicis quoq; & his qui difficulter ex imbecillitate lōga reficiuntur, & qui mali sunt coloris, nec non ad alia multa uitia satis utile est, recipit hæc. croci optimi ✕ ii. cinnami, nardi, costi, cassiae, myrræ, schœni floris, singulorū ✕ singulos. his contusis & cribratis mellis attici admiscentur quod satis sit. inde datur ex calida aqua ad supra dicta omnia uitia quantū fabae nostratis modus est. Lienosis prodest hyacinthi seminis denarius dimidiatus potus ex aceto & melle, polion herba, uel tamarici folia, aut eiusdem semen, aut cortex, uel herba quam nos utrum, Græci isatida vocant, qua infectores uuntur, similiter pota plurimum prodest. Ammoniaci denarius dimidiatus, piperis grana quinque, rubi teneri cauliculi tres, hæc in unum trita miscentur, & dantur omnia ieiuno lienoſo una potionie, ex aceti semimixti cyano uno, mire aduersum dolorem & duriciam lienis prodest.

Capparis radicis uel corticis, scillae bulbi atidi ex interiore parte, radicis quoque panacis, singulorum denarij deni, contusi & cribrati, aceto

& melle consparguntur. sunt pastilli denariorum singulorum, datur lienosis ex aceto & melle. quidam addiderunt his, piperis & uitis albæ radicis denarios decem, tritos. facit hoc medicamentum his additis, & ad hydropicos, & ad suspiciosos, est hoc utile de experimento. Inponenda sunt lienosis, & maxime his quorum nimium duri & tumidi sunt lienes, medicamenta huiusmodi, sinapis & pyretri, paria pondera ex aceto trita chartæque inlita quam horis tribus habeant. deinde cum dolorem intolerabilem ferre non potuerint deducendi sunt in balneum, & ibi in solium calidum dimittendi & fouendi præcipue his locis in quibus medicamentum habuerunt inpositum, sed a fortioribus retinendi sunt in folio, exiliunt enim subinde, & fugere conantur non sustinentes ferorem. à folio vero unguendi sunt oleo, & tergeridi, tum cerotum ex rosa inponendum locis perustis, quæ in sequentibus diebus, si satis exusta fuerint, curari debent.

Pinguis fici arida contusæ denarios xxv. capparis, radicis siue corticis denarios quinqꝫ, aphronitri denarios quatuor, hysopi fasciculum. contusa hæc melle temperantur, donec ceroti habeant temperaturam, deinde inlita linteolo super lienem ponuntur, & duabus uel amplius horis illuc habentur. deinde is qui curatur ad balineum dicitur & in folio calido aliquandiu fouetur. Malagma lienosis utile sic. ceræ libram unam, ammoniaci guttæ denarios decem, lapidis assij floris, id est cineris denarios uigintiquinqꝫ, balani quo unguentarij utuntur denarios xvi. bdellij denarios xvi. croci denarios iiiii. resinæ pityinæ ✕ xii. olei laurini sextarium dimidium. acetij p. iiiii. hoc genere componitur hoc quod niliacum malagma dicitur. arida ex aceto tam diu teruntur, donec leuia facta habeant mellis spissitudinem, quæ ad ignē soluenda sunt cum oleo & adipe liquefacta in mortarium super trita infunduntur. deinde uniuersa permixta cum refrigerata fuerint, manibus subiguntur. Ad lienes qui non ab infantia, sed postea induruerunt, malagma sic. myrobalani, panacis, pyretri pondo singula, balsami seminis ✕ x. sinapis p. i. his tritis acetū acre miscetur, & diu permixtio ista subigitur. cumqꝫ ex ea malagma factum fuerit, rubrica coloratur, & impunitur, atqꝫ tribus horis habetur. post hoc in balineum homo dicitur, & folio diu fouetur. Æris florem tritum bene cum sinapi, aut etiam solum, mittes in acetū, simulqꝫ in bucculari decoquies. ita ut aliquādiu illuc bulliant, & ad similitudinem pulticulae spissentur. postea in uaccinam uessicā calida ea transferes, ita ut duob. digitis liquorū huic uessica maior sit, tū spleni satis calidū medicamen adpones, ligabis fascia, tertia dies solues. mirabilī gratulaberis remedio. Guttam ammoniaci in acetum scilliticum infundes. post biduum ita teres ut in panno possit induci, quo facto spleni adpones, & fascea diligenter ligabis, & uteris tamdiu donec per se consumatur, & sine balneo abstergeatur. Ad splenis dolorem expertissimū remedium sic. catdamomi, pyretri, sinapis, turis masculi, aphronitri, equalia pōdera de sin-

*Niliacū mala
gma*

gulis speciebus contundes & coques in aceto scillitico, & in unū miscebis, lo-
cumq; cui medicamen adpones, frequentius detergebis, & adpositū mane
medicamentum in horam septimam esse patieris. postea eum cui medebe-
re, ad balineas ire præcipies, atque in calida diu foueri facies. Ad sple-
nem remedium mirum sic. picis duræ optime tritæ — i. & costi triti — ii. per-
miscebis, & ex eo singulas potiones ex uino ueteris mane iejuno per triduū
dabis, ita ut in sinistro latere qui accipit diu faceat. Ad splenis dolorem
remedium efficax sic. gallas de quibus encaustum fit, quantas uolueris po-
ne super carbones uiuos, & exures non nimis, ita ut puluerem de his in quo
sit aliquis sapor gallarum facere possis. de quo puluere optime trito coclea-
re plenum mittes in potionem uini uetustissimi, & potetur. Eboli contusi
succū coclearia tria ex uini ueteris cyathis tribus per triduum da lienoſo bi-
bendum, ita ut ebolum semper secum habeat qui remedium accipit, nec
terra ipsum ebolum ferrumue tangat. Cornum bouis combures ex ea
parte qua capiti adhaeret, & in puluerē tenuissimum redige, atq; ex eo pul-
uere coclearia duo, cum aquæ calidæ cyathis tribus, & paululo aceti, iejuno
splenitico per triduum da bibendum. Cataplasma ad splenem, quod
Iauarius medicus ostendit, sic: pyretri — iii. myrobalani — iii. grani ſina-
pis — iii. cardamomi — iii. urticæ ſeminis — iii. piperis — iii. hæc omnia te-
res & cibrabis diligēter, & cum aceto scillitico permiscebis, ut unum corpus
facias, atque inde cataplasma in panno denso supra splenem impones, sed
prius locum ipsum cui medicamen impositurus es, ex nitro aqua remisso la-
uabis, ita ut ſpuma uel pinguedo nitri illuc adhereat. Cataplasma ad sple-
nem de experimento sic. allium purgabis, & ante diem in acetum acerrimū
infundes mature, cum positurus eris, teres cum ipso aceto, uel de aceto sub-
latum, ita ut ſpissum ſit ſicut cataplasma, & tepidum supra ſplenem adpones,
& fascia cōligabis, & uteris uſq; ad horas prandij. hoc ſi triduo cōtinuo uſus
fueris, mirū remedium experieris, ſed patientia opus eſt aduersum uim me-
dicaminis, quod plus proderit ſi postea balineis utaris & in ſolio calido diu
fouearis. Herba cyclaminiſ quæ orbicularis appellatur radix ſuspensa
collo, ita ut contra lienem dolentem ſit alligata, efficaciter medetur.

Porri primitiui ſectiui ſuccus expressus, & aceto pari mensura intinxus,
absorptuſq; à lienoſo ſepius prodeſt. Chamepitys cum oxymelle, &
absinthio paribus mensuris decocta, & potui data, utiliter lienoſis occurrit.

Herba ſalutaris, id eſt ſpina alba qua Christus coronatus eſt, quæ ue-
ſequingua lut uiam habet, lienem leniter in eodem loco perfriſata sanabit. Equi-
lingua arefacta, & ad leuitatem trita atq; ex uino potui data, protinus utili-
tatem ſuam ſedato lienis dolore manifestat. Stercus mulinum cum oxy-
melle lienoſis potui datum dolores efficaciter tollit. Hircinus ſplen ca-
lidus, id eſt ſtatim ubi de pecude ſublatus fuerit, ſuper liene hominis impo-
ſitus & alligatus mire dolorem intra paucos dies auferet ſi postea ad ſumū
ſuspendatur

suspendatur, ut illic arescat. Hædinus uero lien similiter ut hircinus super splenem infantis adpositus, & tumores & dolorem eius emendabit.

A lanio lienem uituli quanti uoluerit emes, eumq; medium exsecabis, seruatis integris eius lateribus, ut undiq; contineatur, atque eum qui dolet splenem in balineum duces, & per medium scissurā illius lienis à capite corpus eius omne summites, ita ut usque ad pedes lien decidat. postmodum ipsum lienem in fumo suspendes, atcq; ares fieri facies. quo facto cum turribus etiam dolores lienis, is cui medeberis sedari sentiet, omniq; molestia tito liberabitur. Eboli radicem quam sine ferro euellas aridam contusam & pollinis modo cibratam repones, inde coclearia tria ex uini cyathis tribus in limine stans contra orientem per triduum bibito ieiunus: sed omnino obserua ne ebulus ferro contingatur, aut ne ipse dum remedium accipis ferrum tecum habeas. Eboli baccas permaturas exprime, atque ex eo succo uito tria coclearia ad diem da bibenda, mulieri duo, quo sumpto defert per uentrem instar sanguinis. tum intericto triduo rursum dabis, & per haec interiualla repetes, dando potionem donec persanes. si propter amaritudinem solum succum haurire non potuerit, tantundem uini aut oxymelis augebis. Aceti scillitici cyathum unum, mellis attici 3 III. uettonicæ tunsa cibratae 3 tres, in unum miscebis & adjicies aquam calidam & dabis ieiuno per triduum splenitico potionem. Lotium eius qui splenem dolet quotiens urinam fecerit collige, & cinerem de foco cibratum in unum subige, & panno inductum super splenem imponito, & una hora calidum habere permitte, maximo eum periculo liberabis, si saepius id feceris.

Allij purgati capita tria, adipis porcinæ nimium uetustæ p. i. simul conteres & panno induces, & supra dolorem lienis impones, & fascia conligabis. Conij id est cicutæ radicis p. unum, adipis uetustæ hircinæ p. i. allij purgati p. i. olei cedrini p. i. simul teres & genus malagmati facies, & supra splenem alligabis, nec ante quartum diem solues, certissimam scies hanc esse medicinam. Optimum spleni remedium tale est. gentianæ tunsa, coclearium dimidium, fellis terræ tunsa coclearia tria, foeniculi tunsi cocleare unum & dimidium bibes ex picato mero, uel nigro austero tepefacto, ita ut diligenter supra scriptæ species cibratae in pollinem redigantur, & sic miscantur.

Rubiam herbam qua infectores utuntur tunsam ex picato uel austero uel nigro uino aut ex posca dabis bibendā ieiuno splenitico amplitudine nucis auellanæ, confessim proderit. Laudabile spleniticis remedium sic. hieram botanen, quæ uerbena appellatur, contunde cum axungia ueteri & inductam in panto albo mundo inpone splenitico, dolore se dato uidebis sanguineum locum in quo dolor fuerit. Solea piscis spleni inponitur, uel torpedo, uel rhombus, sed impositus rursum uiuus in mare mittatur, mire prodest. Qui cotidie ieiunus serum caprinum, sed eatum capellarum quæ hedera pascuntur biberit, splene consumpto erit.

Sarmentorum

Sarmentorum cinis aceti cyathis duobus aspersus, rectissime lienosοieiuno ex aqua tepida datur bibendus. Caninus splen recens supra splenem hominis imponitur, dicente eo qui adponit, remedium se spleni facere, postea splen intra parietem dormitorij cubiculi tectorio id est capsella inclusus, reponitur, & desuper ter nouies signatur. Splen uiuenti catulo exemptus, ciboq; sed coctus splenitico datus ignorant, liberat eum quamuis grauiter laborantem. Sedant lienis dolorem radices uiolæ luteæ, si ex aceto spleni uice emplastrī adponantur. Tamaricis radicem uel folia trita ex aceto bibat, qui de splene laborat, cuius usum si experiri uolueris da porco edendam per dies nouem, cum eum occides sine splene inuenies.

Lacerta uiridis uiua in ostio splenitici ante cubiculum eius suspenditur, ita ut procedens & rediens eam semper manu sinistra & capite contingat, quo facto mire ad sanitatem proficiet. Herbam urceolarem in aqua decoctam da lienosο cum oleo & liquamine manducandā, mire subuenies.

Sisymbrium, absinthium, nepetam, tharrubium, æquali mensura ace-
to macerata terito, & melle mixta, sed cum polenta hordei modica impone
lieni emplastrī modo, potenter medebere. Hederae folia tenera tundes
succumq; eius cum uino austero lienosο iejuno per triduum potui dabis.

Filicis radicem tunsam impones lieni cum axungia uectere, eamq; radicem mundatam ex aqua ad tertias decoques, ita ut quod de sextario decoctum fuerit per triduum cum oxymelle aut mero austero iejuno lienosο po-
tui detur, sumnum remedium cito experietur. Ad splenis dolorem re-
medium egregium sic. quinq; capita allij, diligenter in grana purgati, per
dies septem lienosο manducanda dabis, ita ut primo die grana xxxi. co-
medat iejonus, secundo die grana xxv. tertio xix. quarto xv. quinto xi.
sesto ix. septimo vii. bibat autem conditum satis piperatum. quo facto or-
mne malum per uentrem digeret. sed & porros comedat ante diem quam
allium manducet infusos in aqua, quos incoctos uel tres aut eo amplius,
quod tamen nō sit nimium, semel manducare debet. Nitri albi matrona-
lis pilulas v. uel vii. in aceto acerrimo solues, ex quo singulos cyathos per
triduum lienosο iejuno bibendos dabis. Herba uettonica ex uino deco-
cta, & potui lienosis data, plurimum prodest.

Afini splen Si quis de splene a fini
arefacto cotidie iejonus pauxillum manducet, ita potenter sanabitur ut intra
triduum utilitas remedij huius appareat.

Hippuris Herba hippuris contrita &
cum uino austero aut cum oxymelle potui data, potentissime lienosis suc-
currit. Hederae siluaticæ nigræ folia contrita & ex uino potui data, lie-
nosis maximo auxilio erunt, ita ut prima die tria, deinde quinq;, tertio sep-
tem, quarto nouem, quinto undecim, sexto tredecim, septimo quindecim,
octauo xvii. nono xix. decimo uigintiunum dentur. Utilessimum
lienosis hoc remedium est. capræ lactares abstinentur à cibo per triduum,
tertio die hedera tantummodo saturantur & mulgentur antequam hibant:
si ex

Si ex eo lacte sextarios tres per triduum calidos statim quomodo mulsi fuerint ieiunus lienosus acceperit, ita ut nullos alios cibos illo triduo mandueat, potenter sanabitur. *Herinacei lien* Herinacei lien assus in cibo sumptus lienosum est, sic aciter curare fertur. Vulpeculae etiam iecur aridum tritum cum oxy, melle datum lienosis mire medetur. Coclearum combustarum cinis cum lini semine atq; urticæ semine tritus, adiecto melle quod satis videbitur, adsidue à ieiuno lienoso acceptus, intra paucos dies eum sanabit.

Lienosus oxyfera adsidue bibere debet, & dum curatur in uentrem debet iacere. Ruta cum adipe anserino uel gallinaceo contrita panno inducta & lieni imposita sedat dolorem. Stercus aprugnum siccum contum, ex uino potui datum, pulchre non solum splenis, sed & renum dolori medetur. Corticem caprificus arboris detrahes, & dum recens est ad splenem uel etiam si opus fuerit ad iecur pones, & ubi tumor siue duricies splenis uel iecoris erit, ibi corticem diutius continebis. deinde in fumo eam suspendes. quod cum facies rogabis, ut sicut cortex ille paulatim fumo siccatus arescit, sic spleni uel iecur laborantis arescat. hæc autem res tantum ualeat, ut si catulis recens natis fiat, dicantur omnino non crescere. Cyperi drach. vi. radicis quæ manducatur seminis cyathum unū, propensum, cum aquæ sextarijs tribus ante diem infusis in olla noua, ad tertias decoques. postea ipsam aquam potandam lienoso ieiuno per triduum dabis, mire subuenies. Si quis agnum recens natum confestim manibus diuellat, lienemq; eius ubi extraxerit calidum super lienem dolentis inponat, ac fascia liget, & dicat adsidue remedio lienis facio: postero die sublatum de corpore eius parieti cubiculi in quo lienosus dormire solitus est, luto prius inlito ut hærere possit imponat, atque ipsum lutum uiginti septem signaculis signet ad singula dicens lieni remedium facio: hoc tale remedium si ter fecerit, in omne tempus lienosum quamvis infirmum & periclitantem sanabit. Ad splenem remedium probatum sic. capparis est herba uel leguminis genus, nam lupino similes siliquas adfert, nascitur in locis saxosis: huius radicem colliges, & findes in partes duas, quarum unam siccabis, ac minutatim concides & mettes in pilam ligneam, atq; illic diligenter tundes. deinde in olla rudem coniçies, & cum acetii heminis tribus ad tertias decoques, & colabis atq; inde ieiuno lienoso singulas potiones mixtas bibendas per septem dies dabis, obseruaturo ne per illos dies unquam frigidam aut calidam aquam bibat, sed tantummodo uinum uetus immixtum meracum. partē uero dimidiam radicis illius lino ligabis, & ad fumum suspendes, atq; illic donec persicetur manere patieris. Catellum lactentem de canna occide, & de ipsa canna splenem eius tolle, ac nescienti splenitico, in carbonibus coctū, uel assatum, manducandum dato. Ammoniaci drach. vi. ex aceto dilutas per sex dies lienoso ieiuno dabis bibendas, ita ut singulis diebus singulas drachmas accipiat. Aceti scillitici africani cyathos tres, & roris marini — III. contures

*Catelli lacten
tis splen*

res diligenter, ac ieuno lenoso per triduum dabis bibendos, qua potionē si quid experto creditur, spleniticum de ultimo periculo liberabis. Malagmā quod & splenis & iocineris dolorem & tumorem potentissime curat. crocomagmatis sextarium unum, guttæ ammoniaci libram unam, ceræ libram unam, olei rosacei uncias tres. ammoniacum cum crocomagmate ex aceto teres, ita ut colorari possit, atq; illuc triduo esse permittes, donec mellis spissitudinem habeat. postea cera liquefacta, & rosaceum oleum, sed cū sua rosa tritum, adiūcietur. & simul uniuersa diligentius conteruntur, atq; inductum in panno medicamen spleni uel iecori adponetur. Picis duræ sextarium, sulphuris uiui — i. simul ad ignem remitte & permisce atq; in charta virgine inductum spleni adpone, non prius emplastrum ab eo recedet, quam penitus persanetur. Ad splenem remedium singulare, quod de experimentis probatis Gamalielus patriarchas proxime ostendit, sic. lapidis assij unciam unam semis, uisci querinci uncias sex, calcis uiuæ uncias tres, olei cedrini unciam unam. hæc à luna sextadecima confici & coqui debent, omnifariam tamen post quintam decimam lunam debet hoc medicamen parati, & tam diu coqui, donec habeat speciem malagmatis. deinde manibus subigi, & induci in pellem alutaciam, atq; inde tepens loco splenis adponi, fasciaque ligari, ut illuc iugiter maneat diebus ac noctibus quatuordecim, per quos dies abstinentia balneis, & frigidis, & uenere, & pomis omnibus, & holeribus, & dulcibus uniuersis: tamen tempore hyemis hoc medicamen adhibetur, propter molestiam sudoris, ne humectatum infirmius fiat. ipso tamen die quo confectū fuerit statim debet adponi, quo efficacius profit. Ad splenem remedium efficax, die iouis liduna sinistrum pedem nudum in caprificio ponet, qui dolores splenis patietur, & corticē quantum pes eius presserit incidet, eamq; tribus horis de fascia ad splenem positam constringet, sublatam inde fumario suspendet, necq; unquam aut ipse removet, aut permittet ab aliquo tolli. Ad splenem remedium subitum atq; subtile. tres caricas in aceto optimo uespere infunde, & mane ieunus eas accipe, & hoc triduum facito. post hoc ferri ex causa ad hoc facti massulā, ter ardente extingue ex potionē absinthiati, & bibe, atq; hoc per triduum facito.

Ad splenis dolorem, cuminum quantum tribus digitis possis comprehendere, cum uino tritum, ieuno laboranti dabis bibendum.

PLEVRITICIS ET LATERV M DOLORIBVS, REMEDIA
physica & rationabilia diuersa, de experimentis.

CAPVT XXIV.



ALAGMA ad lateris & pectoris dolorē, & quidquid molestū ex perfictione colligitur: bene enim calfacit, & ideo ad omne dolorem prodest, cōficitur sic. samsuci contusi semunciam, iris contusæ idem, cyperi contusi idem, resinæ terebinthinae p.s. ceræ

ceræ p. olei cyprini p. s. uini amminei s. i. in hoc quæ arida sunt contusa ma-
cerantur uno die & nocte, tū in oleo, cera & resina liquefiunt ad ignem. de-
inde superfunduntur uino & pigmentis maceratis, & miscentur, ac manibus
diu subiguntur. hoc post dies triginta efficacius prodest, initio enim humi-
dum ualde est, & uix inlitum manet. Malagma ad contusionem late-
ris idem facit & ad suspectas uomicas aut iam factas, aperit præterea ioci-
neris & præcordiorum duritiam, & ad dolorē eorū uere conuenit. proderit
etiam omni loco dolenti impositū, conficitur sic. cyperi, ammoniacæ guttæ,
cardamomi, bdellæ, turis, resinæ terebinthine, singulorū — binas, tus & bdel-
la maceratur pridie infusa uini ueteris sextario, cætera cōtunduntur. deinde
ceræ p. i. & olei cyprini s. i. cū terebinthina liquefiunt cæteris cōfusis miscentur, &
diu manibus subiguntur. quidam adjiciūt myrræ — i. croci — i. cinnami — i.

Cōpositio hęc mirifica, non solum lateris, uerum interaneorū dolores mi-
nuit. herba gentianæ drach. xx. iris illyricæ drach. xl v. myrræ drach. x.
piperis drac. xii. separatim omnia in puluerem redacta misceto, atq; adjice
his mellis optimi despumati quod satis uidebitur, & ad magnitudinē nucis
auellanæ cum aquæ calidæ cyathis tribus potui dato. Herba quæ iris ap-
pellatur, maxime si siluestris erit, inligata lateri dolorē eius protinus tollit.

Herbæ uerbenæ solstitio collectæ arefactæ & contusæ puluis in cocleari-
bus quinq; robusto & ualido ex uini amminei & ueteris cyathis tribus, fe-
bricitanti ex aqua calida potui datus, mire dolori lateris medetur. Her-
ba gentianæ & sagapeni drach. singulæ contritæ, & cū aquæ calidæ cyathis
tribus potui date, dolorem lateris sedant, si in latus quod dolet post curatio-
nem infirmus diu iacuerit. In lapide Iaspide phrygia aerizusa si nota in-
fra scripta insculpta fuerit, id est 555. & collo dolentis latus fuerit suspensus,
mire proderit. Herbæ uettonicæ foliorum in umbra arefactæ tunsa cri-
bratæ cōfusæ ex iiii. ex uini aut mulsi cyathis duobus potui fano, febriculento ex a-
qua mulsa dantur, confessim dolorem lateris lenendant. Apri sterlus
aridum cōtritum & potionis inspersum, dolores lateris sanat mira potentia.

Cocleæ exemptæ testa sua, & cum ptisana coctæ, lateris doloribus me-
dentur, melius si humorem ptisanæ ipsius forbendum dederis: ipsas quoq;
cocleas contusas uelut malagma, supra dolentem locum lateris imponi sa-
tis utile est. Verbasci radicem & rutæ coliculū, & albi piperis grana ix.
in unum contrita ex aquæ calidæ cyathis duobus potui dabis ei qui lateris
dolore uexabitur. Marrubium ex aqua tritum, salubriter bibitur aduer-
sum lateris dolorem. coriandri quoq; semen tundes uel teres, & cribrabis &
cum melle coques, donec spissum sit. inde mane & sero coclearia
terna dabis pleuritico bibenda. Sulphur uiuum &
picem cedriam pari pondere simul permisces, &
pro malagmate dolori late-
ris adpones.

p Lumborum

L V M B O R V M E T C O X A R V M D O L O R I B V S E T
torpori, siue ischiadicis, remedia physica & rationabilia
djuersa de experimentis.

CAPVT XXV.



D lumborum dolorem curatio optima hæc, cucurbitæ silvestris floccorum aut seminis ✕ IIII. pyretri ✕ III. myrræ ✕ II. in puluerem rediges, ex quo fiunt pastilli ad mensuram denariorum binorum uel singulorum, dantur ex passi cyathis tribus, mixtis aquæ pluivialis cyathis sex, sed his quibus hoc remedium dādum est aliud acrī clysmo manē detrahenda est. Ad lumborum dolorem & paralyticos antidotos hiera medici Paccij Antiochi, quæ melius omni medicamento facit, sed & ad paralysim mirifice hoc acopū facit, quo oportet infirmum in sole diu fricari, aut foco flamma præcalefacto, recipit hæc. olei sabini denarios sex, cucumeris siluatici radicis recentis ✕ XV. hæc radix in magnitudine iuglandis nucis concisa uaso fictili nouo ex oleo coquitur donec suetū omnem remittat, & quasi arida sit, post hoc radix abijcitur, & per linteū aut colum transmissō oleo, adjicitur dum calet, ceræ ponticæ in frusta redactæ p. I. olei cyprini p. I. olei irini p. I. olei laurini p. I. olei ueteris p. II. piperis albi contusi & per tenuissimum cribrū transmissi ✕ II. pyretti cōtusi & per idem cribrum traiecti ✕ I. hæc in unum miscentur, reponitur medicamentum uaso fictili, facit præter remedium lumborum, & ad omnē dolorē corporis & neruorū, muliebria quoq; loca durissima mollit, cū diu alijs medicamentis nihil profectū est, hoc prodest. Malagma quod proprie facit ad lumborum dolorem, picis liquidæ s. II. olei ueteris s. I. resinq terebinthine p. I. ceræ p. II. mannae p. bessis, aphronitri p. triens, coquitur pix cū oleo, donec spissa fiat, post hoc adjicitur resina, deinde cera, & secundū hanc ex interuallo manna, ubi emplastrī habebit figuram medicamentū tolletur ab igne, & cū tepeste re ceperit, aphronitrum aspergetur sensim ne superfundatur quod in caco cabō est. Malagma ad omnem dolorē ueterem ex qualibet causa factū, præcipue ad lumborum dolorem sic. bdellæ ✕ II. styracis ✕ V. cœsypi ✕ II. ammoniaci ✕ V. piperis albi ✕ II. turis ✕ V. baccarum lauri p. I. terebinthine ✕ VI. opopanacis ✕ II. adipis taurini ✕ VI. medullæ ceruinæ ✕ V. propolis p. s. olei ueteris p. I. ceræ p. II. turis pollinis p. I. oleum, cera, resina, propolis, liquefiunt, deinde turis pollinis pondus superius dictum adjicitur, & cætera minutatim uel in unum contusa, postea decoquuntur simul omnia, opopanacem sanè oleo dilui prius oportet. Medicamentum quod facit ad omnes membrorum dolores, quod anodynō appellatur, facit autem præcipue ad lumborum dolores, conficitur sic. myrræ denarios octo, croci denarios septem, opopanacis itidem, styracis denarios duos, alterci seminis ✕ V. opij ✕ VI. mandragoræ radicis uel etiam corticis ✕ I. piperis albi ✕ I. consparguntur

Anodynō me dicamentum

consparguntur trita & cibrata hæc omnia ex aqua pluuiali: sunt pastilli uictoriati tertiae partis, dantur ieiuno ex aquæ cyatho uno, & ex passi cyatho uno. Malagma ad coxae dolorem, mastiches chia p. s. abrotani succi s. turis p. s. salis ammoniaci p. s. aristolochiae rotundæ p. ii. aristolochiae digitalis p. ii. spumæ argenti p. i. propoleos p. i. cotis creticæ p. i. resinæ pityriæ p. i. s. olei ueteris p. iii. olei laurini p. iii. galbani p. i. lepidos cypriæ p. s. cereæ p. i. s. sinapis alexandrini s. iii. aceti s. iii. omnia hæc tunsa quæ tundenda sunt, & remissa quæ liquefacienda sunt, simul excoquuntur: & postea tam diu manibus subiguntur, donec densum malagma fiat. Ischiadicis coeleæ crudæ tritæ in uino ammineo, ex pipere potæ mire prosunt. Pellem lupi aluminatam, per dies sex lumbis dolentibus impone, statim subuenies.

Lumborum & uescicæ cruciatibus laboranti prodest in balneis, & loco calido, dum illic est urinæ egerere. Lana succida, nitro, sulphure, oleo, aceto, pice liquida, feruëtibus his, tincta & quam calidissime sustinere possit bis in die apposita, prodest lumboru dolori. Remedium miru aduersum ischia dem uel arthritim, herba est uel fructu quod maxime circa sepes uinearum nascitur, latine cytisus dicitur: uirgultis est subtortis uel curuis, folijs oblongis bene uirentib. floribus conclusis oblongis albis, uel etiam galbineis, bene olentibus, id est mellito odore, fructu ipsum semper uires estate atq; hyeme: colligitur die iouis luna uetere liduna ante prandiu, & datur ei cui remedium futura est, ieiuno ante prandiu trita, ita ut non succus tantu eius, sed & flora quomodo trita fuerint, uel flores eius si fuerint, sic dentur ex meri uini ueteris, siue etiam nouelli quartario gradi. sed qui accipiet, stans accipiat, & contra orientem bibat, & cum à dextra parte potionem acceperit, ad sinistram, rectore non respiciat, & reddat calicem ei qui dederit potionem. hoc per triuum faciet, sed qui datus erit potionem, una hora, uel uno die lectam herbam simul contemperate debet, unde sint tres potiones, ita ut à nullo alio quam ab eo qui datus est, herba illa uel potio, & ab eo qui accepturus est, tangatur. hæc qui bene obseruauerit mirum remedium inueniet.

Ad coxae subitum stuporem uel dolorem, a phronitri — i. sinapis — i. piperis semunciam, teres & trita miscebis ut puluerem facias, & in balneo locum de quo quereris perfribabis. Remedium ad ischiadem sic. colliges herbam quæ dicitur britannice die iouis uetere luna & liduna: siccabis & repones, quia hyeme non appetet. nam & uiridis prodest. teres hanc cum tribus granis salis, & cum piperis granis quinq; aut septem, addes & pleum grande coclare mellis, & uini potionem bonam, & si uolueris modicum calidæ aquæ adiicies, & sic bibendum dabis. sed hanc herbam ter dum teres & antequam colligas præcantare debes sic. terram teneo, herbam lego, in nomine Christi, proposit ad quod te colligo. medicinalibus digitis eam sine ferro præcides uel auelles. Ad ischiadem de experimento remediu sic. radix bugilloniæ sine ferro colligitur, uel eruitur palo acuto. hæc tunditur in

pila, uel teritur in mortario, & succus eius exprimitur, ita ut in succo eo sit uel quartarius. deinde grana piperis xxv. teruntur & mellis libra adiicitur, ac uini ueteris sextarius. haec omnia cum succo supra scripto ad modum conditi permiscentur, & laboranti in balneo cum iam prope lassus fuerit, per triduum potanda in caldaria tribus potionibus dantur, mire proderit.

*Chalasticum
serotum*

Descriptio ceroti chalastici quod facit ad omnes totius corporis dolores præcipue ad contusiones membrorum & nervorum infirmitates, & ad stomachi dolorem. insigne est certe imprimis ad lumborum & renium dolores. cōficitur ueteri luna & liduna à mense martio in quodlibet tēpus aestiuum, recipit h. ec. phlomii librā, herbæ sabinæ p. i. barbæ iouis p. i. baccæ lauri p. i. has species tunas coques in olei secundarij boni libris iii. postea colatis omnibus mittes in oleum ipsum, rutæ siccæ — vi. pulegij siccī — iii. symphoniæ succum — vi. hastulæ regiæ succum — vi. uerbenæ succum — vi. ibisci succū — viii. fœnogræci succū — viii. lini seminis triti — viii. maluæ erraticæ succū — viii. haec omnia miscebis cū superiorib. succis, & decoques ad tertias, ita ut mittas caricas fucus iii. quæ tamdiu coquātur donec nigrescat. postea addes axungiæ ueteris p. ii. seu i. ceruini p. i. butyri loti p. i. medullæ ceruinæ p. i. seu i. bubuli p. i. ceræ — vi. resinæ frictæ uncias sex. haec cum cæteris herbis remittes, & cum his quæ superscripta sunt omnibus permiscebis, & repones in uasis fictilibus, aut in ligneis, aut corneis, & cum uolueris tepefacto ueris contra omnes dolores, ut supra scriptum est. Ischiadicis & lumborum doloribus, porri sectiū triti succus expressus cum uini hemina ieuno potui datus efficaciter medetur. æque prodest & apij succus similiter datus. Herba chamœdrys contusa & cum melle potui per triduum data, confestim medetur lumborum & coxarum dolori. herba quoque senecio in cibo sumpta, coxarum & lumborum dolores certissime sanat. Ad ipsam ursina dolentes coxas perfrica, continuo sanabis. Qui testiculum leporinum coctum ieunus comederit, cito coxarum dolore reueabitur.

Radices ex integro tritæ cum pane remollito miscentur, atq; inde castaplasma factum, coxarum uel lumborum etiam renium dolori inponitur, statim prodest. Incredibile & unicum remedium ischiadicis & arthriticis hoc est, quo & ipse Ausonius medicus sanatus est, & multos ita iacentes ut mouere se sine cruciatu nequirēt, intra quinq; dies stare, ambulare aut intra septē dies fecit, cōficitur sic. simū ibicū luna septimadecima colliges, quanq; & alia luna ueteri collectū simili efficacia prosit, dummodo medicamen septimadecima luna componatur. ex eo ergo simo quantū unius manus pugno pleno potueris comprehendere, dummodo impar sit numerus pilularū, in mortarium mittes, atq; adiicies piperis grana xxv. diligentissime trita. tunc addes mellis optimi heminam, & uini ueterissimi optimi 8. ii. & contritis prius pilulis uniuersa miscebis, & repones in uasco uitreo, ut cum fuerit opus paratum habeas medicamentum ad subueniendum, sed ut maior

lit

sit medicaminis efficacia, luna septimadecima illud facere debebis, & cum daturus fueris remedium, à die iouis incipe, & per dies septem continuos dato, ita ut qui remediandus est, stans in scabelllo contra orientem bibat. quæ potio si ita ut scriptum est, data & obseruata fuerit, etiam si omnibus articulis & coxa infirmus contractusque fuerit, & immobilis ac desperatus iaceverit, necesse est ut septima die ambulet. Ischiadicum remedium efficacissimum sic. castorei semūciam, pyretri, nitri, euforbi, adarces, uncias singulas, olei cyprini librā. quæ tundenda erunt siccata tundes & cibrabis, & sic oleo cyprino miscebis, & decoques, atq; eo medicamine sic uteris, ut ischiadicum iacetem in sole diutissime perfrices in coxa quam dolet, deinde ad balneum ducas, & cum sudauerit, diutissime compellas in tosta caldaria commorari.

Ad coxarum & ad lumborum dolores, herba chamæpitys cōtrita ex uino potui data plurimum prodest. Cucurbitæ semine contrito in fuculo uasco, adiecto oleo & aceto, coxae & lumbi perfricati, potenter sanantur, sicut experimenta docuerunt. Serpylli aridi contusi & in puluerem redacti scripulos tres, adiecto modico melle permisce, & ex eo tres globulos equali pondere facito, atq; ex his singulos cum mulsi cyathis tepefactis binis, ieiuno per triduum dato, incredibiliter lumborum dolori medebere. quod si illo triduo nō penitus qui laborat fuerit absolutus, iterum per aliud triduum dabis. Radix asparagi trita, & ex uino potui data, lumborum & coxarum dolori mite medetur. Nuclei amygdalarum triti & ex acepto poti lumbis medentur. Nasturcium cum farina permixtum, & ex acepto calido, lumbis medetur si impositum fuerit. Gladioli radix contusa cum sulphure uino & adipe utsina, lumbis imposita plurimum prodest.

Remedium coxendicis mirum de experimento sic. muscerdæ nouem tritæ ex uini quartario, super scabellum uel sellam laboranti potui dantur, ita ut pede uno quem dolet stans ad orientem uersus potionē bibat, & cum biberit saltu desiliat, & ter uno pede saliat, atq; hoc per triduum faciat, confessim remedio gratulabitur. Malagma ischiadicis mirum sic. styracis uncias II. pīcis P. II. ceræ P. I. guttae ammoniacæ — VI. resinæ terebinthinae — VI. galbani — II. manna turis — II. omnia que tundenda sunt in pulucrem rediges, & admiscebis his quæ igni remittenda sunt, & desuper acetū quantū sufficiat medicamento dum excoquitur mittes, & cū opus fuerit calido utesris. Ad ischiadem remedium dictatum à Iusto medico, sic. herbam argemoniam, & herbam uerbenam, & lapathium, & bugillonis radicē æquis portionibus uel ponderibus mittes in pilam & tundes, & cū tunsæ bene fuerint, addes uini candidi 3 III. & manibus agitabis cum ipso uino diutissime: postea omnia mittes in linteum spissum & expressa colabis, atq; his quæ collata fuerint desuper addes uini aliquantulum & piperis grana triginta trita. Postmodum ex hoc medicamine quartarium calefactum ieiuno laboranti in balneo dum in solio, est per triduum dabis bibendum. Ad ischiadem

p 3 physicum

physicum remedium. testudinis aquatice crus præcide, & phœnicio inuolu-
lum, ex ea parte qua quis ischiadē patitur adpone, potenter remediable
tur. Git quantum tribus digitis tolli potest sumptum tritum cibis, & passi
cyathis duobus aspersum, adiectis aquæ calidæ cyathis totidem epotum,
maxime prodest lumborum dolori. Fel tetræ tritum ex uetustissimo
uino bibere dabis ie uno supra limen statu uno pede qui coxam dolebit, sed
non in uitro hanc potionem bibat. Præsens remedium ad coxae dolos
rem sic. artemisiam aridam tundes, cibrabis, & ex uino dabis bibere ie uno,
continuo emendabitur uitium. Herbae pteridis id est filiculæ quæ ratis
gallice dicitur, quæc in fago sæpe nascitur, radices tunstæ in potionie ie uno
dantur cum uino, coxatum doloribus laboranti. Hederam & herbam
sabinam æquis portionibus tritam ex uino austero ad modum auellanae da-
ri ischiadicu ie uno oportet per triduum. eadem potio etiam aliud malu co-
xendicis purgat. Trixago herba feruefacta cum aqua ac triduo potui
data, ischiadicum mirifice sanat. Crocodilus terrenus præcisus summis
partibus, egestisq interaneis, ex iure coctus, cibatu datus, magnum ischia
dicis præstat auxilium. Fimus aprugnus uino remissus tepefactus co-
latusq, & duorum cyathorum mēsura potui datus, ischiadicis saluberrime
medetur. Rubiam qua pelles inficiuntur, cotidie bibere ischiadicis utile
est & in balneo feruenti lauari. Genistæ rami plurimis diebus in aceto
maceratur, deinde tunduntur & exprimuntur, ex eo succo cyathus unus ad
diem ischiadicu quo usq satietur offertur. Fimum bubulum feruentem,
quem in cinere ardeti caleficeris, coxarum dolori inponito, plurimum pro-
dest. Vermis terrenus exfoditur & in ligneo cauco ponitur, si fieri po-
test fisslo & ferro alligato, tunc aqua perfunditur, rursusq eodem loco un-
de prolatus est defoditur, aqua uero in qua dilutus est, in eodem poculo bi-
bitur ab ischiadicu ob insigne remedium. Ad ischiadē remedium sic.
herba pentaphyllos folijs fragorum simillima, iouis die collecta, & cum ui-
no trita, in balineo in solio data potui, hac ualeudine laborantes cito reme-
diabit. Ad ischiadē remedium sic, cera rubea, & sterlus canis quod est
album: hoc siccatum in sole & in modum farinæ cibratum cum fuerit cōtu-
sum, lento igni cerè remissæ admiscetur per partes, & olei parum, tantum ut
mollius idem efficiatur medicamen: sed antea tamen colocynthide & cen-
taurio curetur cui medendum est, ut si non profecerit, curationem iterum
adhibeas.

RENIVM ET VESSICÆ DOLORIBVS, ET CAVSIS
uniuersis, & calculo, & dysuriæ, id est urinæ difficultatibus,
& stranguriæ, nec non & submœulis, remedia physica
& rationabilia diuersa de experimentis.

CAPVT XXVI.

Ad rēnum

Ad renum tumorem aut exulcerationem etiam si sanguinolentam urinam quis faciat, hoc remedio sanabitur. rosae aridae foliorum, papaueris nigri seminis, nucleorum pineorum, paria pondera contunduntur seorsum, & in unum miscentur. inde datur quantum nux iuglandis, ex passi cyathis duobus, & aquæ cyathis tribus.

Alia ad renium dolorem potio, quæ etiam quasi harenam sabulosam interdum detrahit, accipit hæc. apij seminis, petroselini, anisi, singulorum & senos denos, dauci seminis & IIII. schœni & VI. croci & XXII. mellis quantum satis uidebitur. hinc datur quantum lupinus ex mellis ligulis duabus, & aquæ cyathis quatuor. Ad renium tumorem & dolorem remedium efficax, quod facit & ad iocineris & lienis tumorem, & ad hydroponicos, & ad eos qui mali coloris propter hæc uitia sunt. accipit hæc. croci & X. nardi indici & II. costi & II. schœni & I. cinnami & I. myrræ stactæ & I. mellis optimi & XXV. datur quantum fabæ magnitudo est ægyptiacæ, ex multis cyatho mixti cum aquæ cyathis duobus, sed febricitatibus ex aquæ multis cyathis tribus dari debet. Ad tumorem & dolorem & exulcerationem uessicæ bene facit aqua pota in qua ferrum candens dimissum est. hoc tractum est ab aquis calidis quæ sunt in Tuscia ferratae, quæ mirifice remediant uessicæ uitia, unde appellantur uessicariae, qui locus quondam fuit Milonis Brochi prætoris, hominis optimi, ad quinquagesimum ab urbe lapidem.

Ad tumorem & dolorem uessicæ, & ad eos qui difficulter urinam reddunt sic. alterci seminis, maluæ seminis, cucumeris edulis seminis purgati, singulorum & senos, amygdalorum dulcium purgatorum, nucleorum pineorum purgatorum, singulorum & ternos, opij & I. croci & V. passo contusa hec omnia consparguntur, datur hoc medicamentum ad mensuram denarij unius, ex passi cyathis duobus & aquæ tepidæ totidem. Ad uessicam exulceratam remedium sic. nucleorum pineorum purgatorum & I. cucumeris edulis seminis purgati cyathum, anesi cyathum, papaueris nigri & II. croci & II. palmas cariotas & XX. has macerari oportet passi s. duobus, atq; conteri, deinde his adjici cætera, ex eo dari nucis iuglandis magnitudinem ex passi cyathis tribus. Ad sanguinem per urinam cum dolore reddentes. aluminis fissi & I. tragacanthi & I. tragacanthum pridie aqua maceratum, aluminis trito admisceri oportet, deinde fieri pastillos ad denarij semissem, uel tertia detracta: datur ex passi cyathis tribus. Ad calculos optimum remedium est scolopendros, quam nos saxifragam appellamus, huius confusæ & I. ex aquæ cyathis tribus, per dies XXX. datur. eodem modo data hierobotane prodest, quam nos uerbenacam dicimus. Multos cum admiratione effectus audiuitus narrantes, Casilini nasci in lapidicinis bestiolas adhaerentes saxis quasi uerruculas: has datas tritas ex aquæ cyathis tribus, findere, & per urinam extrahere lapides de uessica. Ad calculos utile sic. cucumeris seminis, dauci, anesi, apij, petroselini, myrræ,

Aqua uessicæ
rie

P 4 Singulorum

singulorum denarios ternos, cassie daphnidis, cinnami, nardi, singulorum denarios singulos. trita hęc omnia aqua colliguntur, fiunt pastilli lupini magnitudine, dantur ieuno ex aquae cyathis ternis per dies quadraginta. hoc medicamentum tunditur uel componitur in pila lignea, & pilo ligneo. qui contundit anulum ferreum non habeat, hanc enim superstitionem adiecit Ambrosius medicus Puteolanus qui adfirmavit multos se hoc medicamento sanasse. detrahere autem dixit post diem septimum fragmina quædam lapidum quasi harenam.

Oxymyrsines, scopare regia

Ad calculosos, lienosos, hydropicos, medicamentum efficax, quod & urinā detrahit, & lapides in uestica extenuat, cōficitur sic. eryngij, pyretri, saliuncæ, saxifragæ, singulorum denarios denos, polij, folij, aristolochiæ, singulorum & quinos, oxymyrsines, quæ scopæ regia vocatur, succi heminam. hęc omnia cōtusa & cibrata colliguntur ex aqua, fiunt pastilli singulorum denariorum, dantur lienosis ex aceto & mellis cyathis tribus, calculosis ex passo mixto, quantum manus capit, aut testa auri culæ marinae, quod medicamentum datur per dies XLV. cuius beneficio in harenam soluuntur lapides in uestica reperti, hydropicis autē ex multis multi cyathis tribus dandum est.

Contra calculum & alias difficultates uesticæ, lapillum qui in gallinacei uestica, aut in palumbi uentriculo inuenitur, conteri & aspergi potionis prodest. Item membrana uentriculi eius tritafimus quoq; columbinus in faba sumptus. item glebula de nido hitundi diluta ex aqua, pota prodest.

Ad renium dolorem confectio medicaminis sic. resinæ colophonicæ — I. galbani — I. opopanaxis — I. ceræ — VI. seu — VI. axungiae ueteris P. I. rutæ — III. baccæ lauri — III. herbæ sabinæ — III. olei quantū opus fuerit, semenis urticæ — III. ista omnia simul coquuntur & colantur & circa renes in pellicula alutacia adponuntur.

Ad urinæ difficultatem, murino fimo summitatem ueretri, uel imum uentre inlini prodest.

Ad calculum expertissimum remedium sic. asparagi radices, & saxifragam, lappæ radicem, aphæ radices, ebuli radices, allij capita tria, folia salicis, petroselini macedonici modicum. hęc omnia conteres & miscebis & ex passo bibenda per triduum dabis. si passum non fuerit, ex mulso uel condito bibat, sed si non febricitabit cui medendum est.

Ad calculum & urinæ difficultatem. pastinacæ hoc est holera quod manducatur summitatē, id est corticem eius teres, uino picato permiscebis, & bibendum ieuno das.

Modicum de succino lapide, & cyperum & piper contundes & coques, & cocleare unum plenum ieuno das, qui urinæ difficultate uel calculi dolore torquebitur.

Renibus medetur alum gallicum cuius radix tripla diligenter, & in uino decocta bibitur. interdum etiam ita decoquitur ut spissum emplastri more renibus superponatur.

Renes leporis crudos si quis poterit glutiat. sin minus, coctos transmittat, ita ut dentibus eos non cōtingat, cito remediat. radix quoq; asparagi ex uino trita & pota, prodest renium dolori.

Ibisci libram unam, stercoris ouilli recentis P. II. axun-

gæ

giæ ueteris p. II. hæc omnia contrita pariter miscebis & in lana succida renibus adpones emplasti modo, statim proderit. Ad uessicæ dolorē & ad eos qui urinā uix faciunt remediū sic. seminis petroselini cyath. III. scenograq̄ ci cyath. III. tosta hæc cōtundes, addito myrrę modico, & piperis granis. IX. uini cyath. II. omnia in unū cōteres & miscebis, & in balineo calido bibendā potionē dabis, mirū est. Ad urinæ difficultatē & calculū lotiū caprinum, sed montanum tepidum potari oportet, admixto uino cum aqua, ob fastidium. cymimum quoq; africanum quod summitate trium digitorū potueris prendere ex uino mixto calidum bibatur. Ad urinæ difficultatem urticae quantum duabus manibus amplecti potueris fasciculum, cum uini congio decoctū ad duos sextarios rediges, & mane bibendum ie uno per tri duum dabis. Herbae mercurialis ex aqua decoctæ ius, adiecta myrra tritū, uessicæ lumborumq; doloribus subuenit, si à ie uno potetur adsidue.

Ad dysuriam id est urinæ difficultatem & calculum, echinos tere cum aculeis suis, & ex mulsa aqua frequenter accipito. ad calculum autem, rubi radices sine ferro colliges, lotasq; diligenter in olla noua coques, & ex eo quod decoixerit cum uino, si non febricitabit, ex aqua si incommodabitur, bibendum dabis. Cancri testam diligenter teres, & uino subdulci miscebis, & colatam potionem dabis bibendam ei qui calculi molestia laborabit.

Herbae millefoliae — II. & eius quæ herba sacra dicitur tantundem teres & coques ex aqua & ex melle, atq; ita bibendam dabis, urinæ difficultate & calculo laboranti. Mense nouembri ante idus easdem semen fraxini ^{semen} colliges, & in tepido furno siccabis, die postera siccatum tundes, & cribrabis & repones, & ex eo dabis calculoso ad diem cum uino ueteri bibendum ligulam unā. Ad renium dolorē remedium sic, apij seminis — I. fœniculi seminis — I. piperis semunciam. ex his bene tritum & cibratū puluerem facies & habebis paratū. & cum opus fuerit, coclare plenum in calida aqua bibat ie unus, qui dolore renium laborabit. Ad lapides de uessica ejiciendos remedium singulare. hircum segregatum uel clausum septem diebus lauro pasces, & postmodum à puero inpubi occidi facies, & sanguinem eius excipies munditer, ex eo dabis laborati in uini cyatho scripulos tres. quis at uero ut eius rei experimetum capias, lapillos fluuiales in uessicam mittes, in qua sanguis exceptus fuerit, nam in uessica excipi debet, & signatam reponde. intra dies septem solutos penitus inuenies. Antidotum ad renium dolorem sic. fœniculi semē recens, petroselini, dauci, zingiberis integrī, piperis nigri, porri capitati semē, folia malabathri, grana piperis albi. omnia hæc æquis ponderibus tundes & cribrabis & miscebis cum melle attico, & ex eo pilulam ad modum auellanæ, ex aqua calida ie uno dabis. Ad renium dolorem unguentum satis efficax sic. castorei — I. euforbij semunciam, pulegij — I. ceræ — III. satyrij — III. olei amari — VI. cyperi semunciam, myrræ — I. resinæ terebinthinae semunciam, piperis — I. olei laurini — VI. opobalsami

sami — i. hæc omnia sicca tundes & cibrabis & miscebis & decoques, & si quido medicamine uteris in balneo, & perunges tenes, coxas, & super peritinem, omnis dolor cito desinet. Trochilus ad renium dolorem & uescicæ dolorem ac uulnera, & ad eos qui urinam sanguineam faciunt uel purulentam, accipit hæc. opij drach. iii. de nucleus pineis excaldatis & purgatis drac. iii. croci drac. iii. amygdalæ dulcis ex caldatæ & purgatæ drac. iii. auel lanæ purgatæ & excaldatæ drac. iii. cucumeris seminis purgati drac. xii. hydroscyami albi seminis cyath. iii. apij seminis cyath. iii. foeniculi seminis cyath. iii. lapati seminis drach. i. hæc omnia primū separatim teres, & permiscebis cū passo cretico. tū ex eo facies trochiscos habentes drach. singulas, & dabis bibendos singulos cum aquæ multæ calidæ cyathis binis. utile est hoc me-

Conditum neptiticum dicamen etiam si per ueterum infundatur. Confectio conditi nephriticæ quod facit ad dolorem renium si aliquo casu uexati fuerint, & ad uescicæ purgationem, & ex ea calculos, uel fabulones ejiciendos, sic. herbæ uettonicæ — i. herbæ saxifragæ — i. herbæ quæ appellatur græce asaron, semunciam, seminis dauci semunciam, seminis petroselini macedonici unciam, croci — i. spicæ nardi — i. piperis — ii. uini candidi optimi ueteris sextarios sex, mellis despumati optimi & i. quod hoc modo despumabitur, ut mittatur in ollam & accipiat uini parum de supra scripta mensura, & cum cooperit bullire, spuma omnis cocleari paulatim tollatur. herbæ autem omnes in pila tunduntur, similiter & crocum. sed separatim omnia & cribello tenuissimo cernuntur, nec non & piper teritur. quæ omnia creta simul in mortarium mittuntur, & paulatim uino adiecto diligentiter teruntur. quæ cum trita fuerint, adjiciuntur & mel & uinum totum supra scriptū, & diligenter permiscebitur. postea condetur in uasco cannarum, cum autem fuerit necessarium remediū, po-

Calix pisinus tionem in pisinno calice calda mixta ieuno dabis bibendam, ita ut accepta nus potione uectetur. Ad calculum remedium efficax sic. nuclei pinei gra-

na purgata xxx. palmulas purgatas infusas xv. tragacanthi e xvi. malibranati dulcis succum e viii. croci e ii. myrræ e ii. hæc uniuersa contusa & soluta in se miscentur, & ex his qui calculo laborat mane ieunus accipiet coclear unum, ita ut non manducet usq; ad horas prandij tardioris. Ad

renium dolorem remedium utilissimum sic. cucumeris ueri semē in testa ponens, super carbones uiuos, ita ut temperate exuratur, necq; nimis, necq; parū, & ex eo e xii. & maluæ seminis scripul. xvi. & amygdalæ amaræ purgatæ e xxxvi. hæc separatim tunsia cum in tenuissimum puluerem redacta fuerint simul misceto, & ex eo cum hepsematis, id est sapæ cyatho, cocleare i. de mane ieuno dabis bibendum. Ad renium dolorem herbæ uettonicæ tritæ pondus denariorum duorum, sano ex mulso, febricitati ex aqua calida, bibendū dato.

Chamaepitys ex uino trita, atq; ita pota, plurimum prodest renium dolori. Baccatum cupressi uiridium contritarum succus colatus cum uino potui datus, mire renium dolori medetur, ita ut si necesse fuerit

fuerit, per alios nouem dies ad ducto numero baccatum, & iterū si ita opus fuerit, per alios nouem dies deminuto numero detur, quousq; ad unā bac-
cam potio numerusq; descendat: sed interposito uno die debet esse com-
mutatio potionis de maiore ad minorem modum. Lanam succidam
pice liquida inline, & umbilico impone, statim renum dolor sedabitur.

Artemisia herba est quam gallice bricumum appellant, hanc ubi *Artemisia cin-*
nascatur require, & inuentam mane ante solis ortum sinistra manu extra-
ties, & ex ea nudos renes præcinges. quo facto singulari & præsentanéo
remedio uteris. Pice liquida pollices tam pedum quam manuum
ab unguibus usque ad prima articulorum initia inlines, & chartam super-
pones, intra triduum ita sanabere lumborum dolore, ut per singulas no-
ctes detrimenta doloris intelligas. Qui renium dolore uexabitur, in char-
ta rudi scribat characteres infra scriptos, & auro uel cupro includat, & cir-
ca renes alliget, miro remedio utetur, *καρπαθεωθ.* Passi cretici cya-
thos tres, lactis caprini itidem, seminis cucumeris grana triginta tria, opti-
me trita simul una potionē qui biberit, absoluetur renium dolore.

Molliginem ex uino optimo bibat, qui renium dolore uexabitur, *Molligo*
confestim sanus erit. succum quoque radicis amaræ cum melle mixtum bi-
bat iejunus, uel ex uino austero, statim remediabitur. Artemisi-
am tundes & cum adipe suilla aut qualibet ueteri subiges, & panno in-
ductam pro malagmate renibus impones. Mulier quæ geminos
peperit renes dolentes supercalcet, continuo sanabit. Remedium
unicum, & quod citissime renium dolores cum admiratione persanat, sic
bitumen super carbones uiuos pones, & sago grandi ad modum caueæ eos
operies, atq; illic interius nudum qui renium dolore uexabitur, supra ipsos
carbones sedere præcipies, ut fumus ille corpus eius omne circumeat. hoc si
necessæ fuerit & ter facies, ut penitus sanetur. Radix asparagi trita &
cum uino pota, renium dolorem optime tollit. Ocymini succus in mali
granati corticem fusus, & potus plurimum renibus prodest. Felherina-
cei cū uespertilionis cerebro, & canino lacte renibus impositū, mirum pro-
dest. Adeps anserinus cū eiusdē cerebro & butyro & alumine, & œsypo
impositus, ad ceroti modum, efficaciter renibus prodest. Stercus colubri-
num tritū cum ordei farina & adipe suilla, & ouorum albo simul permixtū
& coctum, emplastri more rectissime renibus imponitur. In capitibus pi-
sci, id est mugilum aut müllerū spina inuenitur cani similis. hæc renibus ad-
posita uel alligata, miro remedio est. Plantago ex melle trita & inposita,
renibus statim prodest. Qua saepiarum in cibo sumpta, urinā mouēt,
& renium grauedinē tollunt. Inula trita & cum uini cyathis tribus per tri-
duū pota, plurimū prodest renibus separandis. Axungiae ueteris felibrā,
olei ueteris felibrā, samsuci felibrā, ruta fasciculum una decoques, & la-
nam ibi succidam tingues, ac renibus superinpones, mire subuenies.

Ad uescicæ

*Spina in capi-
te mulorum*

Oua sepiarum

Ad uesticæ dolores & stranguriam, cardui semen ex uini sextarijs duobus usq; ad heminam decoctum & expressum atq; colatum potuiq; ieiuno datum, plurimum prodest. Plantæ rutaceæ & nepetæ radices, baccae lauri, in uaso fisticili cooperto diligenter coctæ, ne uis medicamenti emanet, potui dantur, ita ut prius expressæ colentur, mirabiliter uesticæ dolores prosunt. Herbae quæ græce sisymbrium dicitur tritæ succus expressus, & sano ex uino, febricitanti ex aqua potui datus, mirū ad uesticæ dolores remedium est. Fœniculum cum radicibus suis decoctum & potui sumptum, efficaciter uesticæ doloribus prodest. Glycyrizæ comman- ducatæ succus deuoratus uel transmissus, urinam efficaciter prouocat.

Trifolium minutum cum pipere & pulegio quantum satis uidebitur tritum, & cum uino potui datum, uesticam renescq; purgabit. Herbae uerbenæ contritæ succus expressus, adiectis uini cyathis tribus potui datus, admirabiliter continuo urinæ difficultatibus proderit. Herba quæ gra- men dicitur nodorum XXVII. ex uino ad medias decocta & expressa atq; colata, potuiq; strangurioso ex uini cyatho uno mixta data, adeo potenter succurrit, ut ubi sine tormento urinam facere cœperit, dari non oporteat, sed febricitanti ex aqua sola dabitur. Si quis uitio uesticæ aut stranguriae laborans, lignum tamaricum ardens lotio suo extinxerit, desinet ultra cruci- ati. Cupressi folia tenera ex aquæ sextarijs quatuor ad sextarium deco- cta, & expressa atq; colata cū uino potui data, stranguriam celeriter emen- dant. Hederæ nigræ baccas v. aut VII. aut undecim, prout ætas ægri uirescunt patientur, contritas ex aqua mulsa sumptas, mire prodesse manifestū est, etiam si sanguinolentam urinam stranguriosus faciet, ex aqua tantummodo calida eas potare debebit.

Avis ossifragæ uentriculus salitus ut seruari possit, aut exustus & in puluerem redactus, cum uini potionie datus, urinam efficaciter prouocat. Muli impetigines in utroq; crure super ge- qua nascuntur, & ueluti cutis aridæ modo inhærent, has incende, & strangu-

Muli impeti- gines riosum diuaricatum desuper pone, ita ut suffumigationē illā expansis uesti- bus tegat, ne qua odor aut fumus emanet, efficacissime incōmodi eius uitio carebit. Asini renes arefacti atq; exusti triticq;, id est in puluerem tenuissi- mum redacti, & ex mensura conchulæ unius, cum uini meri cyathis duobus strangurioso potui dati efficaciter medentur. Verris siluatici lotium cum sua uestica in fumo suspensum & adseruatū, stranguriosis cum potionie mi-

Pili caprini xtum potui datum, efficacissime prodest. Pili caprini combusti triticq; & in potionie dati, stranguriosos potenter emendant. Pedum agnino- rum decoctorum ius potui sumptum, stranguriosis plurimum prodest.

Herinacei caro optime decocta atq; in cibo sumpta, stranguriosis mi- re subuenit, & cito naturalem urinæ cursum relaxat. Coccoe crudæ con- tritæ cum testis suis & ex passo per dics. septem, aut ut plurimū nouem por- tui datae, efficaciter dysuriæ prosunt. Amyli semuncia in terito atq; ad-

dito

dito ouum recens, & eius oui testam ter passo in pleto, idq; poculū diu agitatum & feruefactum, strangurioso reuerso à balneis dato, omni eum dolore ac difficultate celeriter absolves. Cicer arietinum in aqua decoquito cum sale, eamq; strangurioso ad binos cyathos bibendam dato, efficaciter iuuueris. Fimus palumbinus in sorbitione sumptus ex faba facta, admirabile stranguriosis præsentat auxilium. Turturum fimus ex mulso coctus & ceroti modo uentri ac renibus laborantis impositus, efficaciter profest. Menta bene tritæ coclearia duo ex aqua calida iejuno per triduum dabis, continuo uefficacem reueuabis, urinamq; laxabis. Pulegij fasciculum in olla noua ex uino uetere ad tertias decoques, & exprimes atq; colabis, & ex uino iejuno strangurioso potiones singulas per triduum dabis.

Lapillus qui inuenitur in scorponis marini cauda, tritus utiliter bibitur cu uino, à strangurioso. Vngularum aprugnarū exustarū cīnis potionē in spersus, plurimum urinæ difficultates iuuat.

Leporis cerebrum in uino utiliter bibitur, eiusq; testiculi tosti salubriter manducantur, ab eo qui ueſſi, et moleſtis laborat.

Leporis cerebrum

Anserum filuestrium linguae afflatæ efficaciter sumuntur in cibo à calculosis.

Anserū filues

Cymini — i.rutæ — i.piperis semunciam ter strium linguae diligenter, & cocleare plenum in meri ueteris potionem mittes, & aquæ quod sufficiat adiicies. postea ferro carenti sæpius inmerso calefacies, & ie inno bibendū dabis, efficacissime subuenies stranguria laboranti. Sponta ex rubo rosario agresti sumpta, & aqua frigida donec madescat mactata, ac deinde trita & ex aqua per triduum potui data, efficaciter calculosos emendat.

Piscis scorpio affatus in cibo sumptus, optime calculoso profert.

Coclez inanes id est sine carne sua, casu inuentæ contuse & in puluerem tenuissimū redactæ in potionē calculosis datae medentur.

Vngulæ equinæ scobem, uel exustæ cinerem, si calculosus in potionem acceperit, cito sanabitur.

Herba saxifraga si ex oleo & liquamine māducetur, intra triduum calculos soluet.

Calculosis expertus adfirmat incredibiliter suc

Hircini san-

curri remedio tali: si hircum melius si agrestem, melius si anniculū, & si mēſe guinis medica

men-

Augusto claudas loco sicco per triduum, ut ei solas laurus edendas summini

stres, & aquæ nihil accipiat, ad postremum tertio die, id est aut iouis aut solis occidas. melius autem erit si castus purusq; fuerit & qui occidit, & qui accipiet remedium.

exfecto igitur gutture eius sanguis excipitur, utilius si ab inuestibus pueris excipiatur, comburitur in uaso fictili usq; ad cinerem, uas

autem in quo torrebitur coopertum & inlitum gypso in furnum mittetur.

quod cum uaporí exemeris in puluerem conteres, nec non & polypum matinum identidem ut dixi exustum, in puluerem rediges, confessio autem

uniuersi medicaminis hæc est. sanguinis huius hirci uncias tres, piperis albi uncia unā, polypi exusti cineris uncias tres, thymi uncia unā, pulegij uncia unā, apij, seminis olisatri uncia unam. hæc omnia separatim tunsa, & ad lessissimum puluerem redacta commisces, & dabis infirmo, melius si die solis

q aut

aut iouis colearis mensuram in meri potionem, aut cuiuscunque dulcis poculi prouidere autem debes ut digesto ac ieuno potio detur, & rursum ut eadem potionem bene digesta, cibos accipiat, & eo melius erit si hanc potionem cum condito, post balineum in sabanis adhuc constitutus acceperit.

Supra omnia efficax aliud ex eo facies medicamentum sic. sanguis hircinus ea obseruatione qua supra excipitur in patella ferrea candente ut aduri possit & stringi continuo ipse sanguis, ita ut postea in puluerem redigatur: uel certe continua aliquot diebus ad solem ipsum sanguinem posnes, ita ut rore iam decusso, post horam secundam ponas, & ante nonam colligas. posteaquam ita fuerit siccatus sanguis, ut nullum humorem habeat, colliges eiusdem crustulas & teres, atque ex eo leuissimum puluerem rediges. deinde accipies herbam tribolum cuius herbae ipsum tribolum, hoc est semen spinosum proiecies, ipsam autem herbam lectam de locis maritimis siccabis, tundes & in puluerem rediges. confectio autem medicaminis totius haec est. herbae triboli uncias duas, piperis uncias duas, petroselini macedonici uncias duas, folij fertulam id est coronam sive sphæram unam. haec omnia separatim tunsa & ad leuissimum puluerem redacta, cum sanguine hircino miscebis, & dabis infirmo die solis aut iouis colearis mensuram, in meri potionem aut cuiuscunque dulcis liquoris. prouidere autem debes ut digesto ieunoque potio detur. quam cum acceperit qui calculum patitur, mox lapides solutos omnes per urinam emitter. ut uero ammireris sanguinis hircini uirtutem, adamas lapis inuictus, qui neque igni neque ferro uincitur, si sanguine hircino perfusus fuerit, mox soluetur.

Ad uefficæ dolorem & urinæ difficultatem, herbam gladiolum diligenter fodito, ut omnem radicem eius palo ligneo eruas: cuius radicis corticem diligenter nitidatam siccabis optime, & teres atque cribrabis, ut in puluerem tenuissimum redigas, atque ex eo colearia trammittes in mortarium, & piperis albi grana nouem trita, & myrræ optime tritæ pusillum, & uini optimi s.ii. atque haec omnia in unum permiscebis & conteres, ac laboranti in balneo, id est cum in piscinam descenderit das bibendam potionem, & monebis ut se post balneum calidissime trætet. hoc medicamine seu uir, seu mulier, seu puer, seu puella, potentissime sanabitur.

Cocleam grandem unam uiuam prendes, & eius carnem eximes, ac solam teres in mortario, & cum aceti acris colearibus tribus das bibendam, atq; hoc per triduum facies. deinde intermisso triduo, nisi statim expulerit calculum, similiter remedium & si necesse fuerit saepius das. Filicis radicem, asparagi spongiam, apij radicem, & petroselinum simul diligenter teres, & ieuno calculoso cum uino das bibendum.

Violæ erraticæ rusticæ radices, & apij, & violæ coronariæ semen, una contrita & ex aqua calida à balneo continuo potui oblata, dolores uefficæ cito abigunt.

Lapis

Lapis ex uestica hominis qualibet curatione sublatus, si teratur & ex uini cyathis tribus calculoso potui detur, lapides uesticæ humanæ innatos, et efficaciter dissoluere creditur. Cimex foraminibus ueretroruū cōfricatus, dolor uesticæ protinus tollit. uestica apri recte aduersum uesticæ dolores in cibo sumitur, ita ut mulier sc̄eminae, ut masculi sumat. Nasturcium tritum cum uino dulci cibario dabis uesticæ tædio laboranti per triduum potui, sed satis spissum poculum detur. uesticam reueuat coliculi cocti aqua triduo à iejuno iugiter pota. Ad uesticæ uitia curanda, myrræ semunciam bene tritam cum mulsi ueteris cyathis tribus dabis per triduum iejuno exeunti statim à balineo, ita ut dum fabanis operitur, singulos in diem cyathos bibat. Si in uestica aliquid molestiæ fuerit nitri florem, uel si flos non fuerit, ipsum nitrum conteres, & cum aqua in qua coliculi cocti fuerint, uinoq; picato uel austero rubello durissimo dabis bibendum per triduum, uel diutius si ita opus fuerit, magnificentissime proderit. Prima luce puer uirgo rorem de folijs caulium excussum, in noua olla excipiat, non minus sextarios quatuor, eo adiçies mellis quartarium, & sc̄enigræci bene mundati & loti quartarium, & zingiberis uncias tres, atq; ita decoques horis tribus, & inde bibendū dabis mane iejuno calculoso quartarium teneptem. hæc potio per triduum sumpta mensura quartarij, & uesticam, & renunculos, & intestina uniuersis sordibus purgat. Piperis grana ix. eiusdem pôderis sulphur, trita simul in uino ueteri dabis bibenda iejuno calculoso, solet statim perniciem demouere, si tamen ultra dolor manserit, iterum dabis similem potionem. Pellem leporis recentem in olla munda, uel tegula, ita cum lana sua combures, ut in tenuissimum puluerem redigere possis, quem cibratum in uaso nitido seruabis. inde cum opus fuerit tria coclearia in potionē dabis bibenda, quæ res siue calculos, siue uesticæ dolores continuò compescit. sed multo potentius erit remedium, si leporem uiuum in olla noua claudas, & gypso omnia spiramenta uasis obstruas, & in furno usq; ad fauillam tenuissimam cremen, tritamq; & cibratam recodas, atque inde certas mensuras in potionē uini offeras calculosis, & qui sanguinem mingunt, mire eos sanabis. Cimoliae cretæ tunçæ s. iii. & farinæ ordeaceæ s. iii. ex aqua coques, & in saccos tres lineos mittes, eoq; fomento uicissim mutato ut bene calcet, calculos seu uesticæ dolore laborantes ter in die vaporabis, potenter subuenies. Item aliud ad eos certissimum remedium, pruna quæ in sepibus nascuntur colliges, & eorum nucleos tolles & seruabis ad præsidium, & cum opus erit in pila tundes quam optime, & cibrabis quam minutissime, atq; inde ex picato, siue austero ac duro uino dabis iejuno bibenda in potionē diurna coclearia tria. Hoc uero medicamen non solum uesticam curat, sed etiam uulnera intrinsecus latentia & uomicas persanat, conficitur sic. cucumba sextariorum nouem rudit aqua impletur, & ad dimidiás coquitur, tum adiçiantur in eam spongiarum aspergitorum

ragorum unciae quatuor, apij radicum tantundem, saliuncæ lotæ diligen-
ter unciae duæ, cassiae fistulæ semuncia, amomi e VIII. petroselini dimidium
quartarium, iris illyricæ uncia una, mastichæ chiae unciae duæ. deinde aqua
cucumam supplebis, & de gypso præclaudes, ut tamen modicum spiramen
ti relinquas, atq; ita coquens claudes cucumam, ne medicamen exiliat, & ad
medias decoques, ac recondes in ea. cum opus fuerit dabis ex eo cum potio
ne uini quantū sufficiat ad bonā mixturā, sed & iejuno & dormitū eunti da
bis. Petroselini heminam, apij seminis tantūdem, in cucuma fictili noua
prius imbuta ex aqua decoques ad tertias, ita ut oclusa sit cucuma ne medi
camen ebulliat, postea aquam colabis, & addito melle iterū ad tertias deco
ques, inde iejuno calculoso potionē per triduū dabis. Calculos potio hec
ad sidue sumpta cū passo uel cōdito nō sinit gigni, eosq; cōcrescentes cōfrin
git, & per urinā harenē modo promit, cōficitur sic. calaminthę, id est nepetę
— II. filis pictorię, piperis, succinī, saxifragę, petroselini, cyperi, zingiberis, —
singulas, tūdes & cribrabis, & cocleariū plenū cū uini mixta & calida potio
ne iejuno bibendum dabis. Ad calculū remedium mirū sic. hederā quæ
in queru nata fuerit vulnerabis cupro, & permittes humorē qui inde manu
uerit indurari in modum gummis, postea sublatū cōdito resolues & admis
cebis, & bipes quotiēs usus exegerit. Herbę physalidis baccas ternas per
triduū glutiat qui uessicæ calculo dolebit. Herbę britanicę radices cōtun
des, & terna scripula ex aqua calida calculoso iejuno potui per triduū dabis.
eiusdē herbę succū expressum in duplice uaso decoques, ita ut succi eius natu
ralis sextarius fiat, quē cū mellis despumati hemina miscebis, & postea in se
decoques, & cū colorē mutauerit refrigerabis, atq; inde cocleare unum ex a
qua calida, si uehemētet febricitabit calculoso potui dabis, statim etiā febris
extinguetur: si uero sine febri erit, ex uino eā potionē debebit accipere. Ad
reniū dolorē emplastrū utile sic. axūgię ueteris P. II. farinę s. I. olei P. I. cereę se
librā. his liquefactis adjicies sulfuris cōtriti selibrā, nitri cōtriti & cribrati seli
bram. omnia permiscebis & concoques atq; inde renes confricabis, uel mo
re emplastri adpones. Herbā sabinam in mortario teres, & cum axun
gia uetere subiges, & sic renibus adpones. Ad urinæ incontinentiam, re
medium sic. sceniculi radicem & ramusculū erui contunde, & ex uino uete
re da bibendum, continuo remediables. Vrinam continet lac caninum
& adeps eius cum alumine datus, ita ut sit fabæ magnitudine globulus qui
datur. Cinis coclearum africanarum exustarum si potetur, urinæ in
continentiam sedat. Anserum trium linguas inassatas si quis ederit,
urinæ profluuium non patietur. Vessica uerrina cocta uel usta, come
denda aut bibenda efficaciter datur ei qui urinā suā non potest continere.

Submeiuli Leporis cerebellum ex uino potū, urinæ incontinentiā refrenat. eiusdem
testiculī torrefacti & ex uino poti, par remediu submeiulis præstāt. Vn
gues aprugni exusti triticę in potioē sumpti efficaciter submeiulis prosunt.

Qui

Qui urinam tenere non poterit, capræ uessicam comburat, & cinerem eius ex aqua cum uini potionē bibat. Verrini genitalis usti cinerem bibere debent ex uino qui urinam continere non possunt. In cubili canis urinam faciat, qui urinam non potest continere, dicatq; dum facit: ne in cubili suo urinam ut canis faciat. Vrinæ proprie quantumcunq; ignoranti submeulo efficaciter offertur, uel res quas comminxerit in potionē ex primuntur aut ibidem diluuntur, & ita ei inscio ipsa potio propinatur.

Vitrū teres diligenter & cum pice cedria miscēbis, atq; ita chartam virgine inlines & renibus adpones, quo medicamine diebus septem iugiter usus sanus firmiter eris. Ad reniculorum dolorē obseruabis ut post balneum poscam calidam bibas per plures dies, & quotiens dolore interpellatus fuis idem facies. Condītum ad reniculorum dolorem uel ad calculum, *condītum* sic.saxifragæ — i. uettonicæ — i. petroselini — i. apij seminis — i. rutæ seminis & xviii. piperis — ii. uini optimi s. xii. mellis optimi p. v. tundes omnia atq; cribrabis, & condītum cum exegerit necessitas facies, eoq; ubi reniculorū dolor aut molestia calculi fuerit uterus. Saxifragam herbam, petroselinum macedonicum, piper, mel, uinum, ex his omnibus condītum facies, & labrantī calcufo per singulas septimanās potionē iouis die dabis, cōficienda autem potio die iouis luna ueterē erit. Ad calculum potio salubris, cōficitur sic. semen apij, libystici, sceniculi, anethi, æquis mensuris tritum miscetur, & herbæ saxifragæ grana v. cumīni grana tria, piperis grana v. uerbe næ folia tria, & salis per modicum adiūcitur. ex omnibus autem seminib; supra scriptis æqualiter quantum tribus digitis, id est pollice & ab eodē tertio & quarto leuari potest mittitur, dein teruntur omnia diligenter. postea adiūcitur carceni optimi potio grandis. ad hanc sane potionē miscendam radices asparagorum & apij, & anethi, & sceniculi lotæ diligentissime in sex sextarios aquæ nitidæ mittuntur, ita ut radices ipsæ tegātur aqua, atq; inolla rudi coquuntur ad tertias. ex ipsa aqua sed calida miscēda potio carceni & accipienda per triduum sufficiunt autem duo huius aquæ sextarj ad tres carceni maiusculas potionēs. sed si necessitas præsentis doloris exegerit, per triduum continuum dabuntur. si uero quis timeat tantummodo dolores supra scriptos, aut aliquando pertulerit, accipiet etiam sanus hoc modo ueterē luna tres tantum tribus mensibus singulas potionēs, & iugiter contra hunc morbum erit tutus & sanus.

C O E L I A C I S E T D Y S E N T E R I C I S E T T O R M I
nosis, & ad intestina rupta, & internos morbos, atq; incon-
tinentiam steroris, remedia physica & rationabilia
diuersa de experimentis.



Astillus ad cœliacos & torminosos optime faciens.acaciæ, ba-
laustij id est mali granati quod cytinum uocatur germen ante-
quam florescat,hypocystidos,opñ, singulorum denarios qui-
nos,alterci,cretæ samicæ,singulorū denarios senos,his bene tun-
sis & cretis,ex uino myrteo fiunt pastilli denariorum singulorum aut semis-
sium,ut iuxta ætatem aut ualitudinem dentur.dantur autem ieunis sine fe-
bre ex uini myrtei aut signini cyatho uno,cum duobus aquæ mixto:febrici-
tantibus uero ex aquæ cyathis tribus.hoc etiam per clysterium immittitur,
quotiens desurrexerint torminosi,quibus & si grauiter adflicti sunt, statim
cœliaci prodest. Ad cœliacos id est qui subite & multa defundunt,& ad aluum
citamat,& ad leuia interdum tormina,medicamentum potens sic.sorborum
aridorū cōtusorum 8.ii.rhus syriacæ quo cocci utuntur 8.ii.mala granata re-
centia x.mala cyclonea matura x.hęc utraq; coquuntur in sapa,facta ex mu-
sti adhuc in dolio feruentis sextarijs xxvi.quo usq; ad sextarios duode-
cim decoquantur,& donec malorū coria percoquantur,& sint madida.dein
de ita terunt hęc fictili mortario,ut grana omnia cōminuantur,postea rhus
& sorba arida admiscetur tunsa & cibrata curiose,& cū sapa quæ est resi-
dua temperantur.omnibus ergo in unum bene coactis reponitur medica-
mentū in uitreo uaso,dātur inde ieunis ligulae due uel tres,sine ullius rei ad
Torminosi mixtione. Pastillus ad torminosos efficacior,conficitur sic.acaciæ * iii.
croci * ii.gallæ * viii.hypocystidos * iii.lycij * iii.myrræ * iii.rhus
quo cocci utuntur,nardi syriaci spicæ,aloes,singulorum denarios binos,anesi,
gummis,singulorum * ternos,piperis nigri * ii.teruntur hęc diligenter &
ex succo rubi caulinorum,uel ex uino Signino collyria formatur,ritu eorū
quæ ad oculos fiunt,cum tamen ita fuerit leuis confectio,ut in ungue nulla
appareat aspritudo.finguntur autem alia denariorum singulorū,alia semis-
sium quę injiciuntur,sed rectius ad hanc mensuram pastilli dabuntur,ita ut
unus ieuno ante meridiem,alter in noctem ex aqua,si febres erunt,ex ui-
no signino,si sincere corpus fuerit,detur. hoc efficax medicamentum est, si
cætera quæ in huiusmodi causis curationi uel cibatui sunt necessaria,obser-
Pastillus loco uatione & oportunitate congrua fiant. Pastillus qui clysterio immittitur
cauterij torminosis per anum,cū olida & sanguinolenta deficiunt,id est cū intestina
eorum cancer occupauit,quo quasi cauterio tunc tantummodo uti oportet,
alioqui nocet.Ideoç; à quibusdam ignorantibus usurpatus accusatur quasi
nocivus,recipit autem hęc .chartæ combustæ cineris * xxx .calcis uiuæ
* xxiii.arsenici quod est auripigmentum * xii.sandaracæ * vi.hęc tri-
ta uino consparguntur,in quo rosa & lenticula prius coquuntur,ut possint
fieri pastilli * duū aut unius .cū opus est teritur unus pastillus,& immittitur
per aquā,ut suprascriptū est decocta cū rosa & lenticula si febres erūt:sin mi-
nus,ex uino eadē decocta utilia erunt.facit bene & myrti fasciculus cū olea/
stri uel oliuæ ramulis utroq; modo,prout res exegerit incoctus.potio autē
cum

cum immissum fuerit supradictum medicamentū, hæc conuenit in nocte in aqua catapotia dantur, quæ sūt sic. myrræ × ii. lycij × ii. turis × i. opij × i. aloes × ii. acaciæ × iii. myrti baccarū nigrarū × vi. ouorū ex aceto cocto, rum uitellos ii. hæc trita uino Surrentino consparguntur. & fiunt pastilli × singulorū, dantur febricitatibus ex aquæ cyathis tribus: sine febre, ex musti surrentini cyathis duobus. Ad uentris dolorē & inflationē intestinorū, & præcordiorū dolores, & ad conuulsa & rupta interanea, & ad urinæ diffi- cultatē remedium sic. panacis × iii. piperis × iii. dauci creticī radicis uel se- minis × v. sulphuris uiui × s. opij duas tertiasue partes uictoriati pōderis. castorei × s. myrræ × iii. hæc trita & cibrata uino cōsparguntur, & ex his fiunt pastilli magnitudinis lupini, dantur cum res postulat ex aceto & melle in unum mixto cyathis tribus. ad uitium autem mulierum quo correptæ suffocātur, quod græci hysterice pniga appellat, ex aqua mulsa dari oportet & quantum nux auellana est, detrahit enim urinam copiosam. *Me. pñx* Medicamentum quid dodecatheon appellatur, mouet urinam, facit & ad eos *Dodecatheos* qui reficiendi sunt post grauem imbecillitatem, facit & ad auriginē haben- tes, & ad iocineris & renium dolorem, & ad lienosos, & ad hydropicos & difficulter urinam reddentes. crapulam quoque non patitur, uino nigro pa- tum, subsistere. prodest stomachicis & mulieribus à uulua laborantibus, & ad omnia uenena & ad serpentium morsus atque iectus, & ad interius con- uulsa satis utile est, conficitur sic. myrræ denarios duos, cassiae corticis × ii. iris × is. apij seminis × ii. & tertiam uictoriati, acori × i. uep passæ sine gra- niis denarios sex. hæc omnia uino aruisio contusa cibrataç conspargun- tur. dein ex his fiunt pastilli × singulorum, quamvis auctor dicat se pastili- lis usum, etiam ad denarij semissim cum uini supra dicti cyatho.

Medicamentum mirum ad cœliacos & ex cruditate grauedines do- résque cuiuslibet partis in corpore sustinentes. nec minus ad oculorum fa- cit & renium dolorem arcendum, & ad scabiem uesicæ, & ad iocineris du- ritiam, exsiccat enim corpus. prodest & ad arteriam: denique in omnibus laborantibus adiuuat & concoctiones, & urinam mouet, conficitur sic, Nardi syriacæ, croci, myrræ, cassiae, costi, cinnamoni, castorei, schœni floris, piperis albi, piperis longi, galbani, resinæ terebinthinae, styracis, opij, sin- gulorum denarios quaternos, alterci seminis, anesi, apij seminis, singulo- rum denarios quinos, tragacanthi denarios sex, mellis, uini falerni, uel simi- lis huius sextarios singulos. hæc omnia contunduntur & cibrantur, donec mollissimam tenuitatem accipiant, tum in patellam fictilem nouam mel infunditur tepefactum molli pruna. dein uinum instillatur macerato pri- us in eo tragacantho, uicissimq; ceteræ species insparguntur. tum simul mouetur medicamentum & omnia omnibus permiscentur, cum autem cro- cium colorem habuerit medicamentū, transfunditur in mortariū marmo- reū, & ibi pistillq; bene subactū reponit in pyxide cornea: cū opus est datur

q 4 ad supra

ad supradicta cum uini cyathis tribus admixto aceto atque melle prout uisum fuerit. Ad eadem remedium efficax, quod conficitur sic. myrræ * quatuor, croci & panacis denarios ternos, alterci * v. anesi denarios duos, apij seminis denarios quinque, opij denarios duos, papaueris capitati & sa-riæ denarios quinos, gallæ syriacæ inmaturæ denarios vi. mori ex rubo im- maturi aridi * iii. rosæ aridae * vi. balaustrij * iii. rosæ caninæ succi * iii. rhus syriacæ * v. palmarum purgatarum * xx. quæ coquuntur ex aquæ risterninæ sextarijs tribus, donec relinquatur sextarius unus. deinde ipse palmae exprimuntur prælo aut coclea, ex succo eodem atq; aqua modica fiunt de supra scriptis speciebus in puluerem redactis pastilli ad * semissim, dan- tur similiter ut prius medicamentum dari oportere præcepimus. Pro- dest torminosis plantaginis succus, uel tubi, uel lentisci, uel rhus syriaci, uel herbae millefolij, uel terebinthi, omnia ad * semissim potus cū uino uel aqua. Benefacit torminosis rumicis semen quantum ligula capit tritum ex uini austeri cyathis quatuor, uel aquæ totidem, in tempore potum.

*Ceratis, uiola
marina*

Glandes quercinæ tres aut quatuor, uel eiusdem folia, uel liber eius co-ctus ex aqua, quæ uel sola uel cum uino torminosis potui data plurimū pro-dest. Ceratitidos quam herbam uiolam marinam appellamus radices trium digitorum magnitudine incocta uino austero torminosos iuuant, si illud uinum admixta leuiter aquæ calidæ potione potetur. Herbae britanicae radix uel folia incocta, uel aqua in qua tamarici folia & semen inco-ctum fuerit, torminofo potanda detur, etiam cum admixtione uini austeri.

Plantago cocta ante alium cibum data ex aceto plurimo & exiguo sa- le atq; oleo, torminosis plurimum prodest. Plantaginis aridae semen tritum ex partibus duabus, & papaueris capita arida trita ex parte tertia, o- portet per cribrum tenuiter foratum trañci, ex eoq; puluere dari torminofo ligulæ magnæ mensuram, interdum plus aut minus, cum uini ueteris mixti non nimium, id est cyathis tribus. hoc medicamentum ante somnum utili- liter etiam ad uesperam datur. Prodest terminosis huiusmodi sorbitio: halicæ hemina percoquitur cum ceræ & rutæ * i. admiscetur sanè his & ma- lum granatum, atq; ita simul coquuntur in aqua. post hoc exprimuntur o- mnia, & coagitantur diu, ac si opus fuerit, adiçitur alica cocta ut in modum pultis sit, lactis quoq; bubuli aut cuiuslibet denarius i. admiscetur, & sic sor- betur. si autem māducate panis more illud uolueris, addes illic oua incocta tria & polentæ nitidæ delicatae quantum satis erit, ut panis fieri ex eo possit, qui etiam frigidus comestus plurimum prodest. Medicamentum ad torminosos huiusmodi satis utile est. croci * i. & duæ partes uictoriati, nar- di * ii. acaciae * iii. gallæ * iii. aloes uictoriati pars tertia, lycij * i. opij * s. tragacanthi * s. & tertia eius, turis * i. & uictoriati partes duæ, myrræ * duo, piperis * s. teruntur & cribrantur hæc diligenter, atque ex uino fiunt pastilli lupini magnitudinis, dantur cum tribus cyathis liquoris cuiuslibet, tam dia-

tam diu quo usq; conueniat ut termina uniuersa sedentur. Immitti torminosis per clysterem oportet uinum ex pirs syriacis factum cū succo plantaginis, mirifice enim facit hoc remedium & multis experimentum dedit.

Palmarum numero uiginti pulpæ, iuncæ radicis $\frac{1}{2}$ x. gallæ immaturæ $\frac{1}{2}$ x. myrræ $\frac{1}{2}$ v. tunduntur & miscentur uniuersa, atq; ex omnibus fiunt ex uino pastilli numero triginta, dantur similiter ut prædicta medicamenta ex quolibet liquore. Balaustij $\frac{1}{2}$ v. opij denarios duos. gallæ inmaturæ pilularum denarios ii. tamarici seminis. $\frac{1}{2}$ ii. turis $\frac{1}{2}$ iii. thus syriaci $\frac{1}{2}$ quatuor, uinaceorum tostorum $\frac{1}{2}$ v. hinc pilulam ad duum denariorū pondus, cum potionē ex uini nigri cyathis tribus totidemq; aquæ calidæ mixta, torminoso dari oportet. Si torminosi uel coeliaci propter frequētes de surrectiones uiribus deficiuntur, dandæ erunt eis sorbitiones ex cremore farcis uel ex ptisana factæ, modo per se solæ, modo cum rosa unguentaria mixtæ, uel ius gallinæ pinguis excoctæ cum butyro, uel lac caprinum aut ouilum tepidum per se, uel etiam decoctum cum butyro. & lenticula similiter facta prodest. inponenda uero sunt torminosis fatigatis à stomacho usq; ad inguina unguenta quæ spissant cutem, ea quibus unguentarij utuntur.

Medicamentum quod per anum iniecitur torminosis sic. calcis uiuæ, sandaracæ, auræ pigmenti, singulorum paria pondera, teruntur una omnia ex aqua uel ex succo plantaginis, donec possint coire, tunc pastilli fiunt, cum opus sunt teruntur & inieciuntur ad cuiusque uires ut plurimum $\frac{1}{2}$ iii. aut minimum $\frac{1}{2}$ ii. cum hemina uel ut plurimum cum cyathis i. x. aquæ cum myris decoctæ, uel cum rosæ folijs, uel lentisco. medicamento sanè hoc uti oportet, non inter initia torminosis, sed cum malignitas uitij apparuerit: & si non eodem die quo primum adhibetur profuerit, etiam sequenti fieri oportet. si quis autem morsus intestinorum cum inmissum erit medicamentum, aut cum redit insequitur, infundatur statim per clysterium lenticulae decoctæ aqua uel furfures, sedabitur cōfestim dolor, cū eas dcicerit torminosus. post iniectionē sanè detur cibus. Aliud medicamentū quod mirifice prodest torminosis, siue febrem habuerint, seu sine febre fuerint. plātaginis succi hemina frigida uel tepida immittitur per clysterē in anum, uel per se sola, uel cū uino ex pirs syriacis facto. hoc medicamentū etiā si æger cibū horret restituit ei cupiditatē manducandi, facit uero sitim intolerabilem, sed moderate bibendum. Pastillus ad torminosos efficax, conficitur sic. acaciæ $\frac{1}{2}$ i. mali granati corticis $\frac{1}{2}$ viii. gallæ syriacæ immaturæ $\frac{1}{2}$ v. opij $\frac{1}{2}$ v. myrti baccarum nigrarum $\frac{1}{2}$ vii. thus quo coriarij utuntur $\frac{1}{2}$ viii. uel eiusdem succi $\frac{1}{2}$ vi. alterci seminis $\frac{1}{2}$ viii. turis $\frac{1}{2}$ viii. thus syriaci $\frac{1}{2}$ viii. hæc omnia animantur, præter acaciā, tus, opū, & contunduntur seorsum & in unum miscētur, uinoq; omnia myrtino consparguntur, atq; in pyxide fistili repohuntur. si quis uoleat pastillos facere, adjicet gummis $\frac{1}{2}$ vi. dabatur ex hoc medicamento ieuno torminoso $\frac{1}{2}$ i. ex aqua uel ex uino mixto myrteo

myrteo. idem medicamentum immittitur per clysterem ad mesuram iuxta
Vina facticia vires cuiusque. Vinis uti oportet torminosos ex myrto, & pitis syriacis,
 ex malis cydoneis, & terebintho, ex thus coriario, ex glande quercina, ex la-
 pathio, ex populi fructu, ex rubo, ex hypocystide. quae omnia decoqui-
 tur seorsum cum uino Surrentino aut Signino: potionis uero admiscetur a-
 qua cisternina decocta & sub diuo posita. Prodest torminosis lac po-
 tum in quod lapides feruentes saepius uel ferrum candens dimissum fuerit,
Cibi torminosi, si tamen non febricitabunt. Cibi prosunt torminosis huiusmodi, panis

nosorum fermentatus durus, pultes diuersae, lenticula aceto condita, brassica, planta-
 go, intyba, mala cydonea, uvae ex ollis, palmæ ex litore, capreæ, palumbi,
 anates, merulæ, turdi, grues, nulli, loligines, polypi assati. Torminosis
 sunt extra cutem imponenda haec. lana succida ex aceto, uel rosaceo uel ma-
 lino oleo admixto. item plantago, apium, millefolium, intybum, lentiscum.
 per se trita haec, uel admixto uino austero, quo magis adstringant, adpo-
 nuntur, postea cerotum ex oleo myrtino, uel malino, id est habete corticem
 mali punici, adponitur, cui & galla syriaca & acacia admiscentur. Tor-
 minosis primis temporibus constringendis succi utiles sunt, ut plantaginis,
 acaciae, mali granati corticis, hypocystidos, millefolij, intybi, lentisci, rubi, per
 se tantum, uel cum uino ex pitis syriacis facto, mixti. medium autem cur-
 sum habentibus torminosis quod tempus graeci acmen uocant, oportebit

Acme infundere per clysterem rosam uel oleum myrtleum cum cerussa. cedente por-
Paracme to impetu molestiae uel difficultatis, quod tempus graeci paracmen uocant,
 conuenit lenticula, ptisana, cum adipe caprino cocta. inueteratis uero tormi-
 nibus prosunt quae uehementius spissant, & a putore atque abalienatione
 corporis uindicant, ut ea quae ex calce, charta usta, & auri pigmento compon-
 nuntur, & possunt inherere purgatis ulceribus: quo tempore rediri oportet,
 ad priora omnia edenda præterquam ad lentem & ptisanam. ducunt enim
 cicatricem, sed præcipue cerussa, admixto uino. emplastra uero que extra cu-
 tem cicatricem ducunt soluta ad ignem cum oleo myrtino adponenda sunt.

Dysentericos recreat pulmo pecudis, id est ouis, decoctus cum lini se-
 mine, ita ut & caro manducetur, & aqua illa potetur. *Trochiscus*

Asclepiadeus trochiscus asclepiadeus præstantissimus ad uentris fluxum & dysenteriam, quam nul-
 lis alius tam facile stringit quam hic, conficitur sic. apij seminis semunciam,
 hyoscyami semunciam, anesi e vi. opij e iii. hypocystidos e iii. croci e iii.
 myrræ troglodytidis e iii. colliges haec cum aqua aut cum uino myrteo, id est
 in quo myrti baccæ coctæ fuerint. hoc ipsum medicamentum uentri adpo-
 situm, ita ut ceroto myrtino colligatur, epithema dysentericis aptissimum
 est. Tormina patientibus multi uentrem uiuentis anatis adponunt, ad
 firmantes transire morbum ad anatem, eamque mori. quod si uespertilionis
 sanguine uentrem oblinas torminosi, in omne tempus dolore reueabis.

Si in aqua frigida dysentericus pedes usque ad genicula ponat, sed si
 non

nō febricitabit, & de uino austero potionem calidissimam bibat, cito sanabitur. Confectio medicaminis miri aduersum dysenteriam, testā locute, id est illam spinosam uel aculeatā quae est iuxta caput, combures nitide & postea teres, ut in tenuissimum puluerem redigas. & sic ei qui uentris fluxu uel rasura laborabit, ex uino ueterē, si non febricitabit, aut si inæqualis erit, ex calida aqua dabitis, ita ut de singulis loculis testas singulas integras exustas per triduum bibat, mire sanabitur. Mellis heminam, uini ueteris sextarium, piperis grana ducenta, teres diligenter, & conditum ex his tribus speciebus facies. & ieuno dysenterico mane meralem calicem calidum plenum dabitis, statim proderit, sed si necesse fuerit, ex eo condito ipsum plenum meralem per triduum dabitis.

Lactis caprini statim multū grandis potionē, additur de coagulo hædino frustum quantū auellanae grandis est, quod digitis medicinali & pollice sublatum uel missum, iisdem digitis contemperatur, & datur laboranti dysenterico dum adhuc calet lac, antequam coagulo stringatur per triduum. hæc potio ieuno dabitus contra orientem bibenda. Succinum de ceraso siluatica exures, & de testa ostrei æque facies, paribusq; mensuris puluerem tritum, cum melite aut cum uino austero carenti ferro calefacto, bibendum dysenterico dabitis, mire proderit.

Ouum recentissimum aperies & in calicem uacuabis, ac testam eius implebis melle optimo despumato, nec non oleo uiridi bono, & in ipsum calicem defundes ac simul omnia permiscebis, & diu agitabis, ac postea in calida aqua ipsum calicem tepefacies. & sic dabitis dysenterico cui medendū erit, mire proderit. Rhun marinum siue rhun orientalē, quod est minutum robium simile lenticulæ, quantum tribus digitis prendere potueris, mittes in mortarium & teres cum uino. & postea in aliud uasculum mittes calidam, atq; ibi tepefacies, & sic dabitis dysenterico bibendum, statim remediabitur, sed per triduum continuū hoc remedium, & postea quotiens fuerit necessarium, dabitis. Vitrum teres diligenter, & cribrabis & mastiches grana teres, atq; æquis mensuris permiscebis, & ex his singula coclearia dysenterico in uino cocto, per triduum uel quotiens opus fuerit dabitis, mirabetis remedium experimentis probatum. Ad dysenteriā remediū efficacissimum sic. rose siluaticæ baccas oblögias rubicūdas maturas in pati numero uel septem uel x, uel xi. tritas diligenter dabitis laborati dysenterico, ad potionis modū cū melite styptico, uel uino ueterē, si non febricitabit, uel cū aqua si febricitabit, & si necesse fuerit, per triduum dabitis, mirū experieris remediū. Ad dysentericos mirum remedium quod uetrem & purgat & stringit sic. gypsi peregrinij triti — i. specularis combusti triti — i. de testis ostrearum combustum — i. hæc omnia posteaquā trita fuerint & mixta, tollet inde qui dabit remedium tribus digitis prioribus cum pollice quantum semel capere potuerit, & in potionē uini ueteris puri, si non febricitabit dysenterico dabit, quod si inæqualis fuerit, in calida aqua potionē accipiet. Finum cabal-

linum

linum combures & cinerem simi ipsum cum uino ueteris miscebis, & contres & sic dabis dysenterico bibendum sine aqua, si non febricitabit.

Aluminis scissi 3 IIII. cum aceti colearibus tribus miscebis & teres & colabis & tepidum cum aqua duplo dysenterico dabis bibendum.

Puticem mollem, spongiam de qualibet rosa unam, gallam unam semis, corticis siccii de malo granato scripulos IIII. piperis grana XLIX. diligen tissime teres, & cu uino ueteris permiscebis, & pastillos aequales inde facies, ut cum opus fuerit singuli in uini ueteris hemina soluti dysenterico per triduum dentur, ita ut ipsa potio ferro duro calefiat: insigne remedium cito experietur. Leporis uentriculum cum fimo suo, uino ueteris lauabis, ita ut fordes ipsae ibi sint & misceantur. aut si in uetriculo non inuenieris, pilulas de fimo ipsius inparis numero tritas cum uino ueteris dysenterico dabis bibendas. Ad uentris fluxum, mastichen albam teres & in potionē mixtam mittes, & calefacies bene ipsam potionem in aqua calida, & bibendam per triduum dabis. Herbam plantaginem colliges ac teres, & succum eius cum uini ueteris potionē si non febricitabit, dysenterico per triduum dabis.

Ad uentris fluxum uel ad dysentericos, iam desperatos remedium sic uermem unde coccum tinguitur teres, & cu uino ueteris optimo potionem mixtam & calidam per triduum dabis. Ad dysenteriam siue tormentifos, & qui deiectionem nimiam patiuntur sic. ouorum uitellos coctos siue incoctos, uiam agrestem acidam, & gallas, pari mensura tere ac misce, & bibendum medicamen tepens trade. Frumenti tosti grana inpari numero, similiter hordei & pisae, cu mellis despumati hemina misce & tere, & dysenterico per uncias singulas diebus singulis dato. Coliculos ex aceto coctos, allij spicas quatuor purgatas, oua incocta duo, simul contere & adiace uini ueteris heminam, & seruefactum medicamen dysenterico da bibendum. Eicum duplcam & palmam pinguisimam cum uini ueteris hemina ad tertias decoque, & piperis albi triti uiginti grana admisce, & tepidū dysenterico potui dato. Vestem oui delicatam interiore liggatam contere uino misce & cola, & ex aqua calida dysenterico da bibendam.

Lac caprinum feruens adiecto polenta quantum satis sit, cum fuerit quasi tenuis pulicula dabis cui supra bibendum. Coagulū leporinum ex uino dilutum tepidum dysenterico dabis bibendum, de quo coagulo si singulos scripulos in singulis ouis sorbilibus ieuno per triduum dederis, mire subuenies. Vini ueteris feces & iocineris caprini frustum sufficiens in ollam rudem mitte, & facito ut bulliat, atq; inde ieuno cœliaco sufficenter da bibere. Bulbus africanus rubicundus contritus adiecto uino quod ferro duro candenti calefiat, potui datus cœliacis medetur. Palumbum serum ex passo concoque, atq; inde potionem singulas cœliaco per triduum da bibendas. Ad cœliacos herba plantago & lentiscus separatim ex aqua coquuntur, postea in unum permiscentur, & tunc adiecto aceto cum

cū pane in cibo summe prosunt. Herbae uettonice in umbra arefactae tū
sae cibratae & puluis cum uino potus, celiacis plurimum prodest. Mali
granati cortex siccata tunditur & cibratur, & puluis ex eo miscetur cū ouo/
rum uitellis tribus, diuq; in morem panis subigitur, ac fricatur, atq; inde pa/
nis formatus in foco coquitur, & sic commanducatur. qui si propter nimiam
austeritatem offenderit, cum lenticula sine oleo cocta, adieicto acerimo ace/
to, à ieuno manducari debet, quod eo plus proderit quo propensius fuerit
manducatum. Herbae quinq; foliae radix in umbra arefacta, contusaq;
& ex uino polente uice pota, mire celiaco succurrat. sed febricitanti ex aqua
calida da bibendum.

Caprae siluaticae iecur carbonibus inassatum, &
per se sumptum, celiacos remediavit. idemq; arefactum & tritum & cum ui/
no potui datum, certissime auxiliabitur. Caseus siccus transmarinus ue/
tustus, adieicto sili gallico & sorbis aridis, diligenter omnibus tritis & cum
uini ueteris cyathis duobus potui datus, celiacos mire sanat. Vituli
adeps ex fœmina sublata cum aquæ cotylis tribus decocta, & sorbitonis
more sumpta, celiaco plurimum prodest. Celiaco & ei qui eiectio/
nibus uel doloribus acutis alii uarijs uexabitur, potenter succurres, si mu/
liebre lac quam plurimum ieuno potui dederis, donec persatietur.

Hædinium coagulum magnitudine fabæ in uino myrteo remissum &
ieuno celiaco potui datum, efficaciter prodest. Membrana quæ est
in uentriculo gallinæ siccata & trita, & cum uino austero celiaco ieuno po/
tui data medetur: ita ut ipsa gallina prius uel biduo abstineatur à cibo, & qui
potio accepturus est ante diem frigi sit, & non cœnet. Oua in aceto
cum testis suis macerata, & alio die in patella infusa ibi q; tosta, celiacis in
cibo data plurimum prosunt. Pulticula fit ex alica prius tosta quā acci/
piat aquam, infusa uero aqua cera remissa illuc mittitur, & dum excoquet
coagitatur, & à celiaco calida sorbetur. Galla commagena comburitur,
& cinis eius extinguitur uino, contritusq; uentri celiaci inlinitur, statim sub/
uenit. Flos hederæ tribus digitis sumptus diligenter tritus, & ex uino au/
stero celiaco potui datus medetur. Seuum ouillum decoctum in uino
austero, & calidum potui celiaco datum, manifesto remedio erit. Laridi
ueteris pinguis ... ii. mellis boni despumati tantundem, uini ueteris austeri
cyathos iii. ouorum coctorū uitellos tres, in unū permiscere simulq; tā diu/
teres donec ad crassitudinem mellis adducas. deinde in pyxidem condes, atq;
ex ea cū opus fuerit celiaco nucis auellanæ magnitudine ex uino, si sine fe/
bre erit, si febricitabit, ex aqua calida dabis, mire celeriterq; subuenies.

Oua decoquuntur ex aceto donec indurescant, & uitelli eorū tosti cū pipere
etui celiaco dantur, cito medetur. Caseus ouillus uetustus in cibo sum/
ptus, uel rasus & cū uino potus, celiaco medetur. Coccoe cū testis suis cō/
titutæ due, & oua cruda ii. & passi cyat. ii. aquæ cyat. iii. simul permixta omnia
ac diu coagitata, & in uaso fistili calefacta, ad modū potionis celiaco data
medentur.

sil gallicum

medentur. Serpentis exuiae cū rosaceo decoquuntur in uaso stagneo, & Epiphore postea tritę uétri cæliaci utiliter inlinuntur. Ad omnes epiphoras uétris, *uentris* feum uaccinū mollē calidū inponi oportet, quo tēpore dyfentericis potiones illos ferro candēti calefactas dari cōuenit. Glus taurina aqua calida resoluta cœ liaci uétris inflatione utiliter inponit. Grauissimū uétris uitiū est ileos, cui maximū remediū est, discerpti uespertilionis sanguis inlitus uentri. Frequentissime euenit ut ex qualibet causa subitus dolor uétris exsistat, sed qui talū leporis secū habuerit, huiusmodi casum id est subitū dolorē uétris nunquā incurret. Dysentericis medet' aqua in qua pilulę cupressi decoctę fuerint, cū uino austero epota. Aqua in qua lauri folia fuerint decocta, potui sumpta, intestinorū doloribus medetur. Ad profluuiū & incōtinentiā uétris remediū sic. malua círcūfossa ferro quod ex utraq; parte acutā aciem habeat, & præcisa à superiore ad inferiorē partē, id est usq; ad radicē, deinde rā dix eius inuoluta panno rubro, portata ab eo cui remedio opus est, profluuiū uétris eius inhibebit. Betę cōbustæ & in puluerē redactę atq; subactę cū acetō & à pectore laboratīs īguinū tenus inlītæ ualedissime adstringūt profluuiū deiectionēcū uétris. Ros marinū cū creta molli tritū & cū acetō modico uétri inpositū alui profluuiū fistit. Rubi spinæ radices & coliculi teneri cū uino amineo austero ad tertias decoquuntur, atq; ex eo uino cyathus ad diē ieiuno uentris profluuiio laboranti potui datus optime medebitur. Herba oxylapathos cum semine suo arida cōtrita & ex uino calido pota magnū incontinētiae uentris præstat remediū. Pruni siluatici baccas corticemq; ac radicē eius arboris in unum ex uino ad tertias decoques, atq; ex eo singulos cyathos ad diem deiectionis tædio laboranti ieiuno potu dabis. Iris illyrica, id est macedonica, quæ fuerit grauissimi ponderis contundatur, & in puluerē cribratum tenuissimumq; redigatur, atq; ex eo mensura acetabuli unius dimidiati cum passi cotyla una permisceatur, & coagitetur, atque inde coeleare unum coeliaco mane ieiuno detur, ita ut & à cœna abstineatur, mirifice proderit.

Tortiones Sí quis tortiones subito pati cceperit de uenitris nimietate, pedes suos in aqua calidissima quām diutissime teneat, statim sanabitur. Sanguinem caprinum si polente furfuribus, adiecta resina miscueris, atq; emplastri modo ano uentriq; adposueris, pondus omne & libidinem deiectionis efficaciter reprimes. Iecur uerrinum recens combustum contritumq; ad summam leuitatem, cum uino sed sine sale potui datum, efficaciter supprimit nimiam deiectionem.

Leporis sanguis recens defusus, & cum polenta coctus, & datus dysenterico, illico uenitris profluuium fistet. Hircinus sanguis exceptus & coagulatus, ac super carbones assatus, in cibo datus, mirabiliter profluuium uenitris emendat. Ceruini cornus de ipsis radicibus quæ capiti hærent, scobes līma tenuissimus factus, & ad drachmæ mensuram cum uini austeri cyatho datus, sistet nimios uenitris fluores, si uel triduo iugiter bibatur.

Panis

Panis antiquus ex lacte caprino decoctus, & more sorbitonis uentris fluxu laboranti bis ad diem datus, cito succurret. Aqua in qua cortices fabae ad tertias decocta fuerint, si bibatur plurimum coeliaco proderit.

Folia fici arefacta sole, deinde combusta & in cinerem redacta, atque ex uino austero potui data, uentris fluxum efficaciter sedant.

Medulla uaccina cum farina tenui subacta, & uelut excoctus panis cibatu data, mire dysentericum sanat, maxime si & caseus bubulus recens manducetur. Adipem caprinum de renibus sublatum, misce cum polentæ furfuribus atque adjice illic cyminum, & anethum, & acetum, æquis portionibus, atque ex aqua decoque & colatum sorbitonis more dysenterico dato sumendum, mire celeriterque subuenies.

Lac ouillum quod candardibus glareæ lapidibus in ipsum lac de ^{Lapides gla-} mersis excoquatur dysenterico potui cum ipsis lapidibus datum mire pro ^{re} dest, ita tamen ut prius de ipso lacte serum omne tollatur.

Iecur hircinum missum in ollam nouam cum uini austeri cotylis sex ad tertias decoctum, sed dum excoquitur compunctum, ut humor eius cum uino permisceatur, postea dysenterico potui datum efficaciter prodest.

Dysenterico & torminoso, & ei qui iam corruptum sanguinem egerit, saluberrimum medicamentum est tale. altij spicæ quatuor, & oua duo incocata, in unum teruntur, hiscꝝ additur uini ueteris sextarius, & coquitur ad tertias, inde iejunus quam plurimum potest si biberit, efficacissime intra triduum sanatur. Spondogos est lanugo ^{spondogos} quædam, quæ in rosa siluatica solet nasci, eam tritam cum uino austero, desperatis iam dysentericis potui dedi, mirantibusque compluribus saepissime de abrupto periculo liberaui.

Torminosis maluæ grecae albæ radix trita, potuicꝝ ex mero uel per se sola data, remedio est.

Farinæ hemina, ouorum uitelli tres, piperis grana uiginti, contrita in unum miscentur, & subiguntur, panis ex his formatur & in foco coquitur, torminosis esui datus plurimum prodest.

Millefolium contritum si quis torminosus ex aqua frigida, prout virtus aut ætas eius se habebit, biberit, celeriter sanabitur.

Lotos unde tibiæ fiunt in scobem secta uel rasa, atque ex eo puluere coclearia tria cum aceto scillitico torminoso iejuno in potionē data, mirifice prosunt. Torminibus maximo remedio est lactuca, si decocta cum cymino trito & oleo manducetur. Sal tritum, sinapi tritum, ouum crudum, in unum uas mittuntur, & testa oui ipsius oleo uiri direpletur, & in ipsum uas defunditur, similiter & mellis despumati, & uini austeri singulæ testæ ouorum plenæ funduntur, & simul uniuersa coelesti diutissime permiscentur, & tepefacta torminoso bibenda dantur, celerrime prosunt. Ruta cum hyssopo in aqua ad tertias decoquuntur, atque eadem aqua in potionē uini à torminoso salubriter mixta posse tatur

tatur. Malum puticum in olla gypsata clausum, in furno combures, & postea diligenter teres, atque in puluerem tenuissimum rediges, quem repones & paratum habebis, & cum opus fuerit ad subitas tortiones cum uini potionе detur, prodest continuo. Si quacunque causa tortiones quis pati cœperit, mellis optimi libram decoquat ad tertias, ei que addat uini cyathos tres & aquæ anethinæ cyathos tres, & coagitatam ac tepefactam hanc potionem iejunus bibat, continuo sanabitur.

Fabam integrum frictam calidam in acetum acerrimum mittat, & made factam torminosus manducet, cito sanus erit. Ad profluuum & incontinentiam uentris remedium sic. spongiam quæ in pruno siluestri, uel in spina, aut in rosa silvestri nascitur colliges, & supra batilum torrebis & diligenter teres, atque in calicem mitteres, ac desuper ouum incoctum defundes, & bene permiscebis. deinde super batilum candentem defundes & coques, ac laboranti cœliaco quasi ouum tortum manducandum dabis.

Baccæ oliuarum in uino tritæ cœliacis recte propinantr. portulaca quoque ex aqua feruefacta è polenta aspersa conditur, inde offæ complures si edantur à dysenterico, plurimum iuuabitur. Vngula porcina combusta ad cinerem & trita, postea die ex uino hausta, mirabiliter dysenterico prodest. Ciniis cribratus aceto commixtus, uentri & renibus calidissime inlitus, certissime uentris abundantiam stringit.

Ranuia Rana uiua si uentri torminosi adponatur, in eam uitium confestim transfire dicitur. Torminosis saluberrime aqua marina per cylsterem infundetur, si molestia diutina fuerit. Firmus columbinus tritus ex melle uentri inlitus, alui incontinentiam stringit.

Iuniperi baccæ tritæ ex uino nigro potui datæ comprimunt alui nimietatem. Caput caprinum cum pilis suis contusum atque discorum ciboque sumptum, rupta interius intestina dicitur glutinare.

Pilos leporinos adiecto melle comprehendes, atque inde globulos paruulos facies. hi singuli saepius glutiti, intestina quamvis perniciose rupta, certa coniunctione connectunt. Verbasci radicis corticem detrahito eiusque contritæ succum per linteolum expressum, ex aqua aut uino bibendum dato, omnia interiora uitia quæ ex frigore aut labore, aut pectoris lumborumue dolore nascuntur mira efficacia sanabis.

Serpillum ad pondus uictoriati argentei tritum bene ualenti ex uino, febriculento ex aqua potui datum, omnes uentris dolores sedat.

Lotium humanum Humanum lotium uetus adiecto croci modico, ut odore eius occultetur, ignorantí potui datum, quamlibet ueteres in uisceribus latentes morbos sanabit: uomitu enim irritato, & electionibus concitatis, omnne uitium ualenter expurgat. Ut explorari possit ex latentibus morbis, qui sit ille qui uexat infirmum, comprehendique qualitas uitij & pars uiscerum possit, catulus foetæ canis lactens die ac nocte

ac nocte cum eo qui laborat accumbat. is postea sectus inspicitur , translatusq; in eo morbus, haud difficile notatur , ita tamen ut æger ei lac de suo ore frequenter infundat . eum tamen catulum cum fuerit exsectus obrui oportet. nec ab re est si triduo idem catulus uiuens cum ægro maneat. uitium enim ægri transire in eum usq; adeo certum est, ut moriatur catulus, hominemq; morbis latentibus reluet. Ad dysentericos solitaneos, coeleam plenam cum testa sua uiuam teres . ad cuius pondus infra scripta trita miscebis, id est casei ueteris quantum est coeleæ dimidium, ouï medullam in acetō coctam, panem candidum uetustum uel tostum , uel quod est melius nauticum, rutam , piper ex uino quod cum prius ferro candenti calefeceris potui sine aqua ministrabis, sed & baccas myrtleas adjicies. hæc omnia conteres & in potionē uini ueteris ieuno dabis. Ad eos qui sanguinem per intestinum iactant, uel per corruptū corpus inferius effundunt, remedium sic. herbae urticæ masculæ summitates teneras colliges & cōtundes succūq; eius expressum per triduum ministrabis bibendum. si autem cum aqua frigida, aut aceto acerrimo, aut posca frigida, id ius mixtum dederis , quamuis desperatos de supra scripta infirmitate protinus liberabis. Lac caprinū ex coagulo temperabis, & dum tepet antequam penitus constringatur dysenterico bibendum dabis, cito remediarib; ^{phasianus} Remedium ad tortiones, phasianū uiuū in uino necabis, dabisq; ex eo uino bibere ei qui patitur tortiones, confestim remediarib; Confectio cydonitis ad dysentericos & cœliacos sic. oleum in uase duplice coques, quod dum in igni est, & feruet operitur alio uase in quo cydonea diuisa ponuntur . oleum tam diu calebit igne subiecto, quam diu poma superposita excoquātur : tum oleum solum seruabitur quod supra dictis infirmis ad perunctionem & escam utile erit. cydonea quoq; ipsa esui dentur cœliacis ac dysentericis. Inieccio ad dysenteriam . amyli uncias tres , & lactis caprini cocti pro modo quantum uisum fuerit adjicies, & ita injectionem facies. Scui hircini uncias duas, olei uiridis sextarium dimidium. hæc simul in duplice uase remissa & calefacta injicies. Epithematium ad uentrem stringendum sic. floris uuarum uncias duas, rosæ siccæ unciam unā, masticis unc. i. aloes unc. i. gallæ uncia i. aluminiis scissi unciam unam, acaciæ unciam i. cerre p. i. myrtini olei p. n. picis uncias tres. de his omnibus tunsis cibratis atq; permixtis magdalia facies, que in panno denso aut phœnicio induces, & sic uteris ad uentrem.

Item aliud epithematium ad uentrem restringendum sic. florem uuæ omphacum, rosæ florem, aloen, gallas, alumén scissum, acaciā, mali grana ti florem, balaustium, mastichen, æquis ponderibus teres, & qini myrtini quantum ad coniungendum puluerem sufficiat admiscebis . da dactyorum quoq; carnes purgatas & uino infusas subiges , & cerotum myrtinum facies, ac sic omnia permiscebis & magdalia facias, quibus ita uteris ut supra scriptum est.

t 3 Luimbris

L U M B R I C I S E T T I N E I S E T I N T R A N E I S C A V S I S ,
id est tenesmo, & ad rosas uentris, & strophum, uel intestinis ru-
ptis, eorumq; doloribus, remedia physica & rationa-
bilia diuersa de experimentis.

CAPVT XXVIII.



E R V M remedium ad tineas necandas & ejciendas per tridu-
um allium quam plurimum edat qui hac molestia laborabit,
& betaceos, & caseum molle manducet. post hoc autem fili-
cis macedonicæ aridæ contusæ cibratæ denarios viii. cum mel
le quantū ipse uoluerit sumat. & post horas quatuor dentur ei aloes & scam-
moniae singulorum denariorum semisses, ex aquæ mulsaæ cyathis quatuor:
cum uero cœperit desurgere, aqua calida ei supponatur, qua postea elui &
soueri debet. Ad lumbricos depellendos satis commode facit santoni-
ca herba, quæ absinthium dicitur, si uel uiridis cum aqua ad tertias cocta
potetur, uel sicca trita ex melle manducetur. cornus quoq; certuini limati li-
ma lignaria scobis quantum quatuor uel quinque coclearia sint, ex aqua
in qua decoctus fuerit ipse scobes potus ad cyathos tres, mirifice facit. ra-
pietiam feminis cyathus, ex passi cyathis tribus pridie maceratus, deinde tri-
tus & datus, aqua exigua adiecta, infinitū medetur. **Tenesmos** est ini-
tatio ultimæ partis directi intestini, in quo uitio sapientius libet desurgere sine
causa, proderit ergo ad hoc uitium depellendum, quotiens desurterexerit quis,
ut uino austero mixto cum aqua calida se foueat. Verbenæ & myr-
ti & oliuæ ramulis iunctis, ita ut duæ partes myrti sint, simulq; decoctis,
uti conuenit aqua frequentius ad subliendum. quinetiam penicillum tin-
ctum eo liquore, & non nimis expressum, atque ano adpositum prode-
rit, uel eodem modo globulus staminis adpositus iuuat, diutius enim ua-
porem continet. perungendus autem anus erit spicillo, lycio patarico, uel
indico, ex calido uino. **Collyrium** hoc iniçendum, quod & ad o-
mnem deiectionem, & tormina bene facit, conficitur sic. acaciae, & mali
granati corticis usi singulorum denarios quaternos, hypocystidos & rhus
quo coriarij utuntur, & opij singulorum denarios senos, omphacij dena-
rios iiiij. croci denarios quatuor, teruntur hæc omnia & cibrantur diligen-
ter. postea uino austero colliguntur, uel temperantur, & fiunt collyria ma-
gnitudine nucleorum pineorum. & cum opus fuerit ano iniçuntur.

Lumbrici Ad lumbricos prosunt huiusmodi compositiones. serpylli denarij
quatuor, triti in tremore lenticulae quantum sint cyathi duo dati, uel ipsa
sola per se lenticula, si quis eam acetō infusam coctam comedelerit.

Serpylli triti, denarij nouem, absinthij denarij duo, clematiti-
dos denarius unus, & duæ tertieue partes uictoriati, nitri denarij septem,
lupini farinæ denarij septem, salis denarij quatuor, terræ mali denarij
quatuor

quatuor, fici aridae denarij quatuor. haec omnia colliguntur uino austero, atque ex his singuntur globuli fabae magnitudine ex quibus dantur ieuno, aut post coenam octo uel nouem, cum aqua mulsa cyathis tribus.

Compositio quae facit ad tineas & lumbricos eruendos sic. serpili denarios duos, coriandri denarij semis, samsuci denarij semis, nitri denarij semis. cucurbitae siluaticae interioris, sed quod est sine semine, in puluerem redactae denarij semis, malii punici immaturi, & adhuc obstricti, siue corticis eius triti denarij semis, ruta tertiam partem & sextam uictoriati poderis. melle colliguntur haec omnia, dantur ex his globuli septem quantum fabae Aegyptiacae magnitudo est, uel cum aqua calida uel ex uino si sinceritas erit, & ieuno & post coenam. Ad lumbricos necandos remedium mirum sic. seriphij denarios quatuor, cucurbitae siluestris interiora trita denarios duos, lupinorum farinæ denarios octo. ex aqua fiunt globuli fabae magnitudinis, dantur robustæ ætatis septem, pueris terni uel quini cum mulsa aqua. Ad tineas necandas remedium competens sic. filicis radicis atidæ, nasturci seminis ✕ septenos, coriandri seminis ✕ v. nitri ✕ ii. haec omnia trita dantur ieuno cum aqua mulsa hermina.

Malii punici sic. *Tineas* radicis, uel foliorum eiusdem aqua decoctus, potuicꝝ cum sale datus, tineas necat.

Marrubij & absinthij & lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta, ieuno bis aut ter potui data, aduersum tineas & lumbricos plurimum prosunt. Farina lupinoru decocta ex aqua & more cataplasma tis uentri inposita lumbricos uel tineas necat. Ad lumbricos & tineas ejus ciendas remedium potens sic. erui, filiculæ radices purgatas ad uncias singulas seorsum tundes bene in pila lignea. deinde adiçies inulae radicis 3 viii. ammoniaci unciam, & coriandri seminis manum plenam, & euforbij denariostres. has omnes species seorsum conteres bene usq; ad summam leuitatem, & si uitidis fuerit radix filiculæ, quando illam tundes succum eius ex primis, & ipsum admiscebis. facies pilulas magnitudine ea qua anno iniici possint, ipsasq; factas infundes in ceruisia nouæ sextarijs duobus & mellis cyatho. quod si in ea prouincia faciēdū fuerit hoc medicamentū, in qua ceruisia nō est, ex aqua dabis in qua myrtus cocta sit ad sextarios duos, aut cū sapæ mixtae sextarijs duobus, atq; ex eo temperabis potionem & dabis bībendā: intra horas quatuor deñciat oportet uermiculos uel tineas. ante tri duū sanè iubebis eū cibari allio & pane per se, & tantūmodo poscā bibere.

Inflationibus intestinorū prodest, uel serpilli potum ex uino nigro, uel cum inum siluaticum tritū ex uino nigro, uel aqua pota apiastri quod græci erosion vocat per se data, uel succus eius uino mixtus, uel origani radices cotusæ ad ✕ i. ex uino datæ, uel ruta trita ex aqua cyat. iii. pota, uel eiusdē decocta radix cū aceto & melle data, uel pulegiū similiter potū, uel siliquæ syriacæ folia, uel roris marini aqua decocta, uel petroselinū ex uino tritū datū, uel origani decocti aqua, uel anesum tritū quantū trib. digitis comprehendendi

r 4 potest,

potest, prodest etiam nitrum cum uino aut aceto datum, tollit enim protinus inflationem & dolorem intestinorum: uel lauri folia trita uel eiusdem baccae aut flos ex uino potus, aut panacis radix ex uino pota. sed panaces non solù intestinorū dolores, uerū etiā cholera sanat. prodest ex uino uel aceto feruēti, apij semē tritū datū iejuno, uel terre mali i. tritus potus ex uino uete, uel hysopī aut origani uirgule v. cum uini hemina feruefacte, & iejuno potui date. Fomentū quod pdest intestinorū dolorib. sic. acetū aut aquā in qua ruta incocta fuerit calidam uentri & umbilico impones. discutit enim confestim & sedat dolores. Carmen ad rosū siue hominū siue animaliū diuersorum sic. palmam tuam pones contra dolentis uentrem, & hęc ter nō uies dices. Stolpus à cælo cecidit, hunc morbum pastores inuenierunt, sine manibus collegerunt, sine igni coxerunt, sine dentibus comedenterunt.

Ad lumbricos egerendos felle caprino madefactam lanam umbilico adpone. idem facit & fel taurinum sic adpositum, nec non brassicæ semen tritum ex uino uel aqua ita oportebit adponi. Ad lumbricos & tineas coliculis ex aqua coctis origanum admiscebis, ac iejuno bibēdos in die tres cyathos dabis. Ad uentris rosū remedium sic. piperis albi unciam i. cymini saccati — i. rutae folia uiridia — i. nitri ē iii. euforbij permodicum. hęc omnia melle & aceto pariter permixta in pilulas ad modum fabae rediges, & bibendas paulatim cum opus fuerit iejuno ex uino mixto dabis.

Leporis talus Si uentriculus peruersatus fuerit alicui, aquam bibat unde pedes lauerit suos, & de lana ouis quæ à lupo occisa fuerit ad uentrem suum alliget. de herba quoq; quæ muris auricula dicitur nouem folia tollat, & cum piperis granis nouem terat, & ex aqua bibat per triduum. Talus quoq; leporis uentriculo subligatus, dolorem eius excludit. Lenticulae hemina in aceto madefacta & cibo potuiq; data iejuno, extintos lumbricos eximit.

Malua cum sinapi cocta & in calice posita ac sorbitonis modo saepius gustata, succurrit molestijs lumbricorum. Granorum de malis punicis dulcium acidorumq; succus expressus, passo eiusdem mensuræ immiscetur potionēs q; duæ de permixto fiunt, & una ante cœnam datur, alia post cœnam, postera die tertiaue lumbricos uel tineas potenter expellit. Stercus caprinum aridum tritum adiecto melle potui datum ex aqua calida, mire producit tineas. Ceruini cornus combusti cinis tritus ex aqua potus tineas potenter expellit. Raphanus ex aqua ad tertias decoquitur, eaq; uino mixta, ad extirpandas tineas utiliter bibitur. Radix inulae in uino decoquitur: deinde succus eius exprimitur potuiq; datur ad tineas enecandas. sed ea radix posteaquam cruta est, terram non debet adtingere.

Allium in cœnō melite coctum & uoratum proderit lumbricis uel tineis necādis. aqua quoq; in qua lupini decocti fuerint, addita ruta & pipere trito, potui data medetur. Acini siue corymbi hederæ, tres contriti in oxymelite utiliter aduersum tineas bibuntur, aut uentri inlinuntur.

Absinthij

Absinthij siccii santonici combusti, cyathum unū, corni ceruini combus-
ti cyathum unum, apij seminis triti cyathum unum miscebis, & ieuno qui
tineas lumbricos cibis patietur ex aqua calida potui dabis moderatam mensu-
tam iuxta ætatem fumentis. Ad lumbricos ejiciendos remedium mi-
rum sic. satureiae fascem bonum cum aquæ 8.iii. mittes in uas amplum, &
diligenter claudes. postera die colabis & adde pteridis tunsiæ & aloes tunsiæ
diligenter drachmas binas, & mellis despumati quod sufficiat. inde iuniori-
bus iuxta ætatem dabis, senioribus plusculū & adiçies colophoniæ drac. ita
ita ut qui remedium sumunt, carne abstineant, per illos dies, & allium man-
ducent.

Coriandrum uiride uel eius semen decoquæ, in aqua in qua
lupinos prius coxeris, & cum inde aduersum tineas uel lumbricos ieunus
sumpseris potionem, uectaberis, aut deambulabis. Nasturci seminis
coclearia quatuor, & filicis quæ in arbore nascitur p. i. agarici — iii. iuniperi —
iii. coriandri seminis 8.i. ex radice syriaca p. i. corni ceruini usci — iii. nitri
alexandrini — iii. scammoniæ — iii. tithymalli p. i. hæc omnia tundes & cri-
brabis, miscebis, & reposita habebis. & cum opus fuerit dabis tinearum uel
lumbricorum molestia laborantibus in potionе poscaæ gelidæ, iuxta ætatem,
sed digestissimi ab omni esca hoc remedium accipere debebunt. Acori
tunsiæ, erucæ seminis, coriandri siccii seminis, cardamomi coclearia quaterna.
juniperi uncias tres, absinthij santonici p. i. hyssopi uncias sex, corni ceruini
usti uncias ii. dictamni p. i. filicis quæ in arbore nascitur siccæ p. i. omnia hec
tunsa cribrata cibis miscebis, & recondes, & cum opus fuerit pastillos facies fa-
bæ magnitudine, & dabis ei qui laborat molestia lumbricorum, ut edat in
fico, etiam siccæ, abstentus tamen pridie, ita ut sit digestissimus cum hoc re-
medium sumit.

Ad lumbricos ejiciendos, remedium sic. aristolochiae
longæ contusæ 3ii. cum aquæ cyathis duob. ieuno bibendos per triduum da-
bis. nucleos quoq; de persico amaros, ieunus edere debebit, qui lumbricis Nuclei persici
uexabitur.

Ad uentris dolorem remedium efficax sic. sordes de cardu-

ne ostijs tolle digitis duob. pollice & medicinali, & super umbilicum laboran-

tis adpone.

Baccas lauti tres cum herbæ uincæ coclearibus trib. pariter
contundes, & adiçies uini calidi cyathis tribus, & colatum bibendum dabis
ei qui uentris dolore uexabitur.

Corrigia canina medijs cingatur, qui
dolet uentrem, statim remediabitur.

Contra uentris dolorem, argemoniæ herbae radicem palo ligneo effodito, eamq; tritam ex aqua biben-
dam dato.

Lichnum ardentem umbilico superpotie & desuper cucur-
bitam medicinalem, aut calicem oblongum, si cucurbita non fuerit, admix-
uetio, & paulisper contineto, confessim dolorem uentris auertes.

Pulegium commanducatum, & ad umbilicum positum atq; illi alligatum, ne ca-
dat, dolorem omnem uentris continuo discutit.

Anethi seminis paulu-
lum contritum ex aqua potum, internos uentris sedat dolores.

Nitrum
aci cyathis duobus liquefactum & potum, dolorem intestinorum poten-

ter

ter auertit. Quotiens dolor & contractio intestinorum uentris orictur, uespertilionis sanguinem uentre manu perfricato, & ad præsens subuenies, & in totū annum medebere. Piperis grana LXXX. contrita & ex aqua Lotij gustus pota, mire tollunt uentris dolorem. Si cui in via aut in loco aliquo difficulti subitus dolor uentris aut intestinorum fuerit, lotio suo degustato continuo sanabitur. Si quis talum leporis secum habuerit, immunitis à dolore uentris & periculo huiusmodi perpetuo permanebit. Ad intestina rupta, leporinum stercus, atq; etiam pili, uel lana eius de subuentrili cum melle decocta ad magnitudinem fabę glutienda frequenter data, quamuis pernitiosse ruptis intestinis celeriter medetur, ita ut etiam tenuiora quæ furent disrupta glutineret: sed adsidue hoc medicamine utendum est, donec periculum omne tollatur.

AD COLVM ET ILEON REMEDIA DIVERSA.

CAPVT XXIX.

Galerita,
Alauda



OLO & omnibus intestinorum doloribus, & tam hominibus quam iumentis ex hac re laborantibus efficacissime subuenit, uis galerita quæ gallice Alauda dicitur, siue ipsa assata in cibo sumatur, siue cum plumis suis combusta redigatur in cinerem, atq; ex eo diligentissime trito terna cocleatia ex aqua calida potui per triduum dentur. Unicum est intestinum ossifragi mire naturę, quod omnia deuorata citissime conficit: huius pars extrema colligitur, & reponitur, & cū opus fuerit, uentri laborantis alligatur: remedio miro omnes intestinorum dolores citissime sedat. Lupi stercus dummodo non in terra inuentum, sed supra fustem, aut supra astulas, aut supra iuncum, colliges & seruabis, & cum opus fuerit laboranti colico alligabis ad brachium, uel ad collū in osse, aut in cupro, aut in auro clusum, licioꝝ suspensum: sed prius ex ipso stercor repusillum ignorantis ex aqua calida bibendū dabis, mire celeriterq; subuenies. Quū recens crudū summiter apertū defundes, & eius testā oleo uidi implebis & defundes, mellisq; tantundē defūdes. Similiter lotio pueri implebis & defundes, tum diligenter omnia permiscebis, & in aqua calida tepefacies, ac iejuno bibenda dabis. hæc potio non solum stercus uetus sum, quod dolores intestinis facit, uerum etiam lumbricos ejiciet, & ardores præcordiorum febresq; sedabit. Erucæ semunciam conteres, & ei qui lumbricos patietur ex uino ueteri candido iejuno & digestissimo bibendam das, satis proderit. Ad interaneos morbos, serpylli pondus uictoriati argentei contritum, & ex uino potui datum, febricitanti autem ex mulsa aqua tepida, internos dolores uentris potenter emendat. Verbasci radicis corticem detrahito & contundito, ac succum eius per linteum exprimito, eumq; ex aqua mulsa aut uino bibendum dato, omnia interaneorum uitia manum quæ ex frigore, aut labore, aut indigerie erunt, mirifice sanabis. Lotium huma-

Lotium hu/
manum

humanum uetus adiecto paululo croco, quod odorem eius emendet, igno-
ranti potui datum, quamuis ueteres & latentes interaneos morbos, & uo-
mitu & deiectionibus concitatis, potentissime sanabit. Tenesmus
tenesmo, id est qui de perfrictione adsidue sedere cupiunt, & nihil deficiunt,
lacubulum decoctum frequenter potum, maxime prodest. Holus
discoctum cum sale plurimum sumptum, aduersum tenesmū iuuat, ostrea
quoq; ex mulso & pipere cocta utiliter accipiuntur. Potio asperso plu-
rimo pipere, sub noctem calidissime sumpta, summo remedio aduersum te-
nesmū esse consueuit. Senectus anguis cum oleo rosaceo decocta in
uaso stagneo, atq; inlita uentri, si tamen illuc non sit exulceratio, tenesmo re-
medio est. Ius piscium marinorum in patina cum lactucis coctorum,
utiliter aduersum tenesmū sorbetur. Aqua marina ex alto hauritur &
seruatur in uetustatem, ac postea cum uino austero bibitur, deinde raphani
manducantur ut sit uomitus facilior, qui tenesmi causas effundat. Her-
bæ uettonicæ folia in umbra arefacta & tunsa cibrataq;, ad scripulum 1. ex
aque calidæ cyathis duobus pota, optime prosunt, absq; his quibus ex cru-
ditate intestina torquentur. Herba quæ pycnon dicitur trita ex passo,
uel mulso, uel carreno epota, intestinorum tortiones sedat. Ad coli in-
flationem bene facit cumini siluatici semen per se, ut est, datum, quantum
colearia tria in aquæ calidæ cyathis quatuor. Colice mirifica Iuli Bassi,
cito leuat, dein tollit inflationes coli, & omnis partis corporis, facit & ad sto-
machii imbecillitates, & ad intestinorum alioqui dolorem, quem græci stro-
phum appellat, ex aqua hyssopum aut rutam incoctam habente. Item
benefacit ad sanguinem, & ex interiore parte, non enim patitur latefieri, nec
intus uulnus conuerti, sed & cito supprimit sanguinem, & uulnus cogit coire.
dandum autem his medicamentum ex aqua polium coctum habeate aut
rutam. Prodest & torminosis, & cœliacis, datum ex aqua centunculum her-Centunculus,
bam incoctam habente, quam Græci gnaphalida dicunt, aut etiam sorbis gnaphalis
incoctis, aut syriaca siliqua. Lienosis datut ex mulso uel passo, aqua ammi-
xta. eodem modo dandum est & eis qui sanguinem per urinam uel aluum
reddunt, nec minus etiam mulieribus, quæ fluore sanguinolento infestatur,
quem Rhun erythron Græci dicunt, uel quæ ex partu abortuue residuos
uulnæ dolores habent, & in totum quibus supprimendus est fluor, aut ex
aliqua parte corporis inflatio tollenda. recipit autem hæc, spicænardi, costi,
piperis albi, piperis nigri, piperis longi, myrræ, opij, apollinaris radicis, cin-
nami, asari, acri, thuris, brassicæ seminis, castorei, singulorum denarios XII.
opopanacis ✕ X. stachadis, dauci, ameos, singulorum denarios XVIII. si-
lis cretici ✕ XXIIII. melle attico hæc excipiuntur ac miscentur. Datur non
plus quam denarij pondus aut uictoriati. cæteris prout cuiusq; uires postu-
labunt dummodo infra hoc pondus, ex aquæ calidæ cyathis tribus in no-
ctem secundum cœnam. Hæc potio etiam febricitantibus tutò datur, ue-
rum

tum cœliacis in ipso dolore prodest, ut reo vase sub signaculo, ut motis est, seruatur. Ad colic dolorem faciunt quidem mirifice que superius posita sunt, sed cætera medicamenta in alijs uitris dolorem leuant in præsentia, *Colicum præstantissimum* hoc uero quod dicturus sum, supra hominis speim conditionem cœp est. ideo primo tempore ne fidem quidem habet, postea à nullo satis dignè laudari potest. nam & in præsentia dolorem tollit, & in futurum remediat, ne eum unquam repeatat. Raro enim quis iterum, uel ad summum tertio, hoc accepto medicamento, uexatus est. quamobrem si quando repetierit iterum dolor, dandæ erunt per triduum & tunc potiones, eodem modo quo prima data fuit. Interdū uero & tertio in dolore, eodem genere potiones dabuntur, quod raro quidem accidet, ut post primam potionē dolor redeat. sed si ad monente causa, iterum atq; iterum data fuerit, in futurū quoq; ita remediabit, ut ne suspicio quidem ulla hūsc uitio relinquatur. si quando tamen repetierit hoc malum frigus ex multitudine cibi preccedit, grauitatēcœp quandam & torporem eius loci, id est colic, sed sine ullo dolore sentiendum infert, platiè ut tū intelligent, quanto malo caruerint, qui illa molestia liberantur. hoc medicamento primū muliercula quædam ex Aphrica ueniens multos Romæ remediauit, postea nos per magnam curam compositione eius accepta id est precio dato ei quod desiderauerat qui uenditabat, aliquot non humiles, neq; ignotos sanauimus, quorum nomina superuacuum est referre. constat autem medicamentum ex his rebus. cerui cornua sumuntur dum tenebra sunt, & quasi in tabulas uel partes breues & tenues diuisa in olla fictili cōponuntur, operculoq; superposito, & argilla undiq; circūdata fornace, aut furno uruntur, donec in cinerem candidissimum redigantur, atq; ita trita in uaso uitreo mundo reponuntur. cum dolorē colic habebit aliquis, ante diem abstinebitur quām poturus est medicamentum ab omni cibo, atq; ita posterū die digestus atque iejunus accipiet ex hoc puluere cornuum exusto, rum coclearia tria cumulata, satis ampla, quibus misceri debent piperis albi grana ix. trita & myrræ exiguū, quod odorem tantummodo prestare possit. hæc in unum commixta in mortario diligenter agitantur ac teruntur. deinde cochlea uera Africana, id est inde allata sumitur, quam maculissima, & uiua si fieri potest, in alio mortario cum sua testa cōtunditur, atq; ita teritur donec nullum uestigium aut aspritudine appareat testularum. postea uini falerni non saccati cyathus adjicitur. & nihilominus rursus teritur, magis enim tunc apparebunt aspritudines, si quæ resederint, quibus leuatis iterum adjiciuntur duo cyathi eiusdem uini atq; ita cum priore compositione bene admiscentur, postea transfunduntur quæ sunt in mortario in calice nouum: qui calix super aliud uas ponitur ad carbones, & adsidue mouetur cocleario liquor, ne quid subsidat, aut peruratur. ubi bene incaluerit adjiciuntur in eundem calicem, de his quæ supra scripta sunt, coclearia tria, & rursus permouetur uniuersa permixtio. cum autem calore sufficiēti temperata erit potio

potio, dabitur epotanda uersus orientem, statim dolor sine dubitatione ces-
sabit. sed ut penitus aboleatur, dari potionem similiter oportebit pet inse-
quens biduum: sed quibus hoc remedium dabitur, cibū in prandio tantum/
modo, aut de tempore in cœna exiguum capient, quo facile conficiant, ne
crudi eam sumant. postea uero in consuetudinem uictus sui remittentur, o/
portebit autem remedios non intemperanter in futurum uinum bibere.
Tametsi enim à coli dolore tuti fuerint, metuere nihilominus debent, ne a/
lia parte corporis æq; adficiantur ob intemperantiam, ob quam utique co/
lo fuerant ante uexati.

Antidotus Cosmiana quæ facit mire ad colum, eadem mouet urinam, *Antidotus Co*
& prodest omni aduersæ ualitudini, sanat & inflationes periculosas omni/*smiana*
um uel plurimorum intestinorum, quem morbum Græci ileon appellant:
facit & ad hydropicos, conficitur sic. sorborum semimaturorum denarios
decem, marrubij succi denarios XIIII. cētaureæ tenuis succi × XIIII. scillaæ suc-
ci denarios XIIII. mandragoræ succi denarios VI. hastulæ regiæ succi dena-
rios sex, opij denarios quatuor, laseris cyrenaici denarium I. polij succi × VI.
opopanax × IIII. rose caninæ succi × IIII. galbani × IIII. castorei × IIII. aga-
rici × IIII. sagapeni × X. gummis × IIII. artemisiæ succi × IIII. cicutæ succi
denarios IIII. resinæ terebinthinæ denarios quatuor, millefolij succi × IIII.
trifolij succi denarios octo, uitis albæ succi denarios VII. plātaginis succi × II
bdellæ denarios IIII. draconteæ radicis denarios IIII. terræ malí × X. rhus sy-
riacæ × VI. acori & asari × quinos uel senos, meliloti × VI. inulæ radicis ×
VI. glycyrizæ × VII. erucæ radicis × VII. panacis × VI. cyperi denarios IIII.
stechados × VI. iuniperi denarios octo, abrotani denarios quatuor, cha-
mæ cypri × IIII. hysopi × IIII. pulegij × IIII. petroselini × IIII. holus attri ×
III. dauci × VI. apij seminis × VI. pastinacæ seminis × VI. sceniculi seminis
denarios VI. arotelli seminis × VI. alterci seminis denarios VI. urticæ seminis
denarios VI. radicis in cœna que manducatur seminis × X. balsami seminis
denarios IIII. cachryos seminis denarios IIII. erui albi farinæ × IIII. piperis
albi denarios VI. piperis longi denarios VI. caroi × VI. rutæ siluaticæ seminis
× IIII. baccarū lauri × VI. amomi denarios IIII. malobathri VI. myrræ × VI.
turis × VI. cassiæ × VI. nardi syriacæ × X. croci × XII. schœni floris × VIII
saliuncæ denarios VIII. costi × VI. iris illyricæ × VII. cinnami × VI. olei ma-
gdalini denarios X. opobalsami denarios IIII. tunduntur & cribrantur quæ
in puluerem redigenda sunt, remittuntur diligenter quæ mollienda sunt o/
mnia. datur potio nucis auellanæ magnitudine ex mulso, febricitantibus ue-
ro ex aqua calida ad auriginem quoq; & ad serpentium morsus hoc anti/
dotum satis utile est. *Colice Bassi mirifica quæ prodest sine sopitione,*
eadem uentris sanat uitia omnia, facit & ad difficilem spirationem, & ad in/
ternos dolores, conficitur sic. mandragoræ radicis siue corticis denarios sex,
rhus syriaci denarios sex, cinnamni denarios sex, acori denarios sex, brassicæ
s seminis

seminis denarios vi. costi ✕ vi. iridis denarios vi. piperis longi denarios vi.
piperis albi denarios vi. cicutæ succi denarios xii. opopanacis denarios vii
s. stœchadis denarios ix. dauci cretici denarios ix. mei ✕ ix. Phœbus adij-
ciebat, ut auctor remedij huius refert, myrræ ✕ vi. opij denarios vi. asari de-
narios nouem, castorei denarios ix. contusa hæc & cibrata miscentur, & ex
melle colliguntur diligentissime uniuersa, atque ex eo medicamento quan-
tum nux auellana est, datur cum cyathis tribus aquæ calidæ, sed post cibū,
ieiuno enim non oportet dari. Coli dolorem auertes, si de lacertarum
caudis summitates tuleris, & auro inclusarēs, & ligaueris circa umbilicum:
aut de reste uentrem circuminxeris, de qua quis laqueo uitam finierit.

Resis suspensoria

Buphagos antidotos

Colum sanat, cum pinnis upupa exusta, & ex uino cinis eius po-
tui datus. Hirundinum etiam sterlus, in cibo, uel in potu sumptum, tribuit
colo sanitatem.

Hoc antidotum siue oxyporium quod buphagos
dicitur, facit ad coli inflationes, & ad digestionem, unde mane ieiunus acci-
pies catapotia tria magnitudine grani piperis. conficitur sic. Nepetæ uncias
tres, pulegij ueteris uncias tres, libystici seminis uncias quatuor, petroselini
unc. i. apij seminis — is. thymi unciam unam. piperis unc. sex, mellis optimi
non despumati quod sufficiat ad concorporandas & temperandas species
adjicetur, & in dolio uiteo condetur sub signaculo habendū, sicut usque
quaq; haberi debent uniuersa medicamina.

Ad ileon uel colum, bac-
cas lauri octo concides, & coques in uini subdulcis cyathis tribus & calefa-
ctum ex eo poculum ieiuno bibendū dabis. Croci 3 ii. myrræ 3 ii. opij 3 i.
singula quæq; teres separatim & postea simul parata in aqua miscebis atq;
in modum fabæ pastillos factos in anū iniçies, mire colo remediando pro-
derit.

Satureiæ surculos decem tolles tribus digitis, conteres & uino
ammineo sincero mixtos colo laborati dabis bibendos, sincerum qui bibe-
rit experietur remedium. Publij pastillus colicus, apij seminis heminam,
sceniculi seminis quartarium, piperis grana xxvii. satureiæ floris, uel semi-
nis quartarium, omnia hæc diligenter teres & cibrabis, & cum pipere bene
trito permiscebis. deinde in mortario omnia pariter cum uino uetere quan-
tum diligentius teres, & facies pastillos quindecim quos siccabis: cum siccatis
fuerint singulos pastillos coli dolore laborati dabis solutos in ternis cyath.
uini ueteris calidi. sed bene eos solues, ut totū ebibi possit: pastilli autem pa-
ris ponderis esse debent.

Salicis foliorum drachmam cum piperis
grani uigintiuno, ex uino diligenter teres, & triduo tres potiones ex eo bi-
bendas dabis coli dolore confecto.

Herbæ uettonicæ pollinis 3 vi.
ex aquæ calidæ cyathis tribus colico ieiuno bibendos per triduum dabis.

Plantaginem quæ sine lanugine fuerit, contusam cum sale adponito
ad umbilicum colici, mire proderit.

Anulus de auro texta tunica fit
exusta, cui insculpitur uice gemmæ piscis, aut delphinus, sic ut holochry-
sus sit, & habeat in ambitu rotunditatis utriusq; id est & interius & exterius

græcis

gracis literis scriptum. θὲς κελσίει μὴ κύειν κόλον πάθεια, obseruandum autē erit ut si in latere sinistro dolor fuerit, in manu sinistra habeatur anulas, aut in dextra, si dextrum latus dolebit. luna autem decrescente die iouis primum in usum habendus erit anulus. Ad coli dolorem requires fīmū lupi, & ossa quæ ibidem in ueneris contundes, & puluerem ex his facies, & in aqua frigida ieiuno bibendum dabis. Ad coli dolorem xii kalen. April. uiolas mane colligi facies, & teri in mortario diligenter, postea in mortarium ipsum mittes uini ueteris potionē vii. & cum temperaueris cum uiolis, à die super scripto potionēs per septem dies continuos dabis: sed cautus esse debes in uiolis colligendis, quia plerūq; sunt noxiæ. Ad coli dolorē, scribere debes in lamina aurea de graphio aureo infra scriptos characteres luna prima uigesima, & laminam ipsam mittere intra tubulum aureum, & desuper operire uel inuoluere tubulum ipsum pelle caprina, & caprina corrugia ligare in pede dextro, si dextra pars corporis colo laborabit, aut in sinistra si ibi causa fuerit, habere debebit. sed dū utitur quis hoc præ ligamine abstineat uenere, & ne mulierem, aut prægnantem contingat, aut sepulchrum ingrediatur, omnino seruare debebit. ad ipsum autem coli dolorem penitus evitandum ut sinistrum pedem semper prius calciet obserua bis. hi sunt characteres scribendi in aurea lamina.

L * M Θ R I A

L * M Θ R I A

L * M Θ R I A

Leporini stercoris pilulas septem tere, & cum dulci uino colico per triduum da bibendum. Ad coli dolores mentastri folia quantū tribus digitis adprehendere potueris tolles, & his adjicies sceniculi seminis coclearia duo: hæc in unū quam minutissime teres, postmodū addes uini ueteris optimi cyat. IIII. & tum calcfactam potionē quantū digitus pati possit, ieiuno bibendam dabis, continuò uentos emitte, & deiectionem faciet. hac ergo potionē si quis triduo usus fuerit, quatuis graues coli dolores euadet. Gallinam per totū diem à cibo abstineto, dein postero die cum eam occideris, crura eius cum sale & oleo inassato, & ieiuno colico qui se pridie cibo abstinet manducanda dato, mirifice profueris. Corydalus auis, id est que alauda uocatur, que animos hominum dulcedine uocis oblectat, cū sua pluma in uaso fictili gypsato in furno posito, ita conburitur ut teri possit. contraria autem tenuissimus puluis reponitur, & cū opus fuerit ex eo coelestia II. uel tria cum aqua calida per triduum aut quatriduum dantur, incredibile hoc colicis remedium, quod adeo prodest, ut omnia medicamina merito superrare uideatur. Stercus caprinum recens in aqua remissum colatūq; cum mulsi cotylis trib. & piperis contriti granis L. x. in tres potionēs diuisum per triduum datur. ita ut prius corpus eius colici cui potio dāda est acopo perūgatur, ut perfrictiones omnes coacto sudore discedant, miro remedio sana-

Corydalus
Alauda

s 2 bitur

bitur. Stuccinum tundes, & ex eius farina duo coclearia cum aqua non ni
mium feruentibibenda colico iejuno per triduum dabis, efficaciter proderunt.

**Anguilles san
guis** Sanguinem anguille cum rubello uino dupli mensura coniunges, & ex
aqua tepida mixtu colico iejuno dabis bibendum, sed sub dolore dari oportet.
nam & præsens remediu feret, & in futuru morbo huiusmodi liberabit. Si
aduersus colum uiro remedio opus erit, de ariete quæ lupus occiderit fascio
lam puer in pubis faciat, & inde uirum ad corpus addingat. si uero mulieri
medendu erit, similiter de oue quam lupus occiderit, puella uirgo cingulum
faciat, & mulierem circa corpus accingat, efficaciter prodest.

Lepori uiuo talum abstrahes pilosæ eius de sub uentre tolles, atque
ipsum uiuum dimittes, de illis pilis uel lana filum validum facies, & ex eo ta
lum leporis configabis, corpusq; laborantis præcinges, miro remedio sub
uenies, efficacius tamen erit remedium, ita ut incredibile sit, si casu os ipsum,
id est talum leporis in stercore lupi inueniris, quod ita custodire debes, ne
aut terram tangat, aut à muliere contingatur, sed nec filum illud de lana le
poris factum debet mulier ulla contingere. hoc autem remedium cum uni
profuerit ad alios translatum cum uolueris, & quotiens uolueris proderit, si
lum quoq; quod ex lana uel pilis quos de uentre leporis tuleris, solus pu
rus & nitidus facies, quod si ita uentri laboratis subligaueris plurimum pro
derit, ut sublata lana leporem uiuum dimittas, & dicas ei dum dimittis eum,
fuge fuge lepusculæ, & tecum aufer coli dolorem.

Euphorbij drachmam rediges in tenuissimum puluerem, & ex eo par
tes duas facies unam cum ouo semicocto iejuno colico dabis. alteram ter
tio die similiter facies, mire ac sine repetitione emendabis coli dolorem.

**Compositio
colice** Compositio colice primaria, nardi folia, spicænardi indici, amomi, pipe
ris albi, costi, papaueris, lenti syriacæ, uncias singulas, myrræ, zingiberis,
asari pontici, semuncias singulas in puluerem rediges, & cum melle optimo
despumato quantum sufficiat permiscebis, & iejuno colico quod satis sit da
bis.

Compositio colices, ex libro Philonidæ, quæ etiam Tiberio Cæ
sari componebatur, graues & inueteratos dolores mitigans. mihi quoq; ex
perimentis notissima, accipit hæc. apij seminis heminam, anethi tenuiter a
refacti semuticiam, castorei semunciam, nardi spicæ semunciam, opij se
munciam, croci semunciam, piperis longi semunciam, piperis nigri semun
ciam, petroselini semunciam. apium pridie macerabis & teres, cætera tun
des & cribrabis, & mixta cum apio in mortario diligentissime conteres, &
melle despumato optimo comprehendes atq; in uaso uitreo condes. cum
opus fuerit dabis denarios singulos, ex aquæ calide cyathis tribus. Ad co
li dolorem, stercus bubulum recens exprime per linteum mundum & suc
cum eius in qualibet potione colico da bibendum, statim subuenies, quod
remedium efficacissimum esse multa experimenta docuerunt. Papauer
ex aqua mulsa decoctu dabis colico iejuno bibendum, confessim subuenies.

Inter

Inter experta subnotatum est hoc colicis mirum remedium, sic. siccæ unciam unam, iris illyricæ unciam i. uettonicæ — i. in ollam nouam mittes, cum bisextio aquæ, & cum superscriptis ad dimidijs coques, & inde heminam dabis ieuno colico potandam. Herba quæ millefolium appellatur trita ex uino austero nigro utiliter colicis bibenda datur. Herbam nepetam dextra manu colliges, in quantū sufficere posse credideris, eamq; ad levitatem conteres, & cum uino dulci ac ueteri, uel lybicensi, colico ieuno per triduum dabis. sed uini modus sit quartarius, facilime proderit. Fuliginis bene tritæ & cibratæ ternos denarios per triduum ex aqua calida ieuno colico potui dabis. Lacertum uiridem quem Græci sauron uocant capies, perq; eius oculos acum cupream cum lycio quā longo uolueris trajcias, perforatisq; oculis eum ibidem loci ubi cœperas dimittes, ac tum filum præcantabis dicens. trebio, potnia, telapaho, hoc ter dicens, filum munditer recondes, cumq; dolor colici alicuius urgebit præcinges cum totū supra um bilicum, & ter dices carmen supra scriptum. Præsentaneum colicis remedium sic. oua putidissima in sole ponito ut persiccentur, cum aruerint contrees & minutissime percribrabis, & ad præsidium in doliolo uitreo condes. ^{Oua putidissima} ma cumq; in aliquo auspicabitur coli dolor, in hemina aquæ calidæ dabis bibenda coclearia tria. Costum & piper pari pondere tundito & cibrato, inde scripulum unum ex aqua colico da bibendum. Stercus murinum ex quocunq; liquore ignorantis colico ne horrescat bibendum dabis, mirū est.

Subpositoria colica inuicta. myrræ uncias tres, croci sicuti uncias duas, ^{Subpositoria} piperis albi — ii. opij hispani — ii. hæc omnia tundes uel conteres & pilulas ^{colica} facies magnitudine fabæ solide, & tres subpones. habebis sanè curam ut æger dormiat, & ne uomat, uomitus enim concitare consuevit. Ad colic dolorem remedium physicum sic. stercus ouis montanæ mense septembri deficiente luna pridie inclusæ mane excipies, & sole durabis, atq; in puluerē rediges, & habebis in uaso uitreo siue stagneo. cum usus exegerit cocleare plenum colico ex aqua calida si febricitauerit, si sincerus erit, cum uino per triduum dabis. Ovis agnum quem primum pariet manu excipies, ita ut terram non tangat, & de fronte eiusdem agni lanam tolles, sed & de ipsa oue, & uerris qui coitum cum scrofa faciet, semen eadem lana excipies, ita ut terram nō tangat, & includes lanam cum semine uerris in lupino aureo, uel tubulo, & alligatum in brachio uel medijs partibus corporis, colico suspen des. De nouem coloribus, ita ut ibi album uel nigrum non sit, facies ex singulis singula fila, & omnia in se adunata acu argentea per oculos catuli nouelli qui nondum uidet trajcias, ita ut per anum eius exeant. tum ipsa fila in se counata torquebis, & pro cingulo ad corpus medijs partibus uteris. cattulum sanè uiuum confestim in flumen projicies. Ad colum remedium physicum sic. canem de sterquilinio aut de aliquo sordido loco iacentem expellat & fugiet, qui patietur coli dolores, & statim illuc mingat, illico remedia bitur

bitur. Iniectio ad coli empneumatosim sic. olei anethini uncias sex, butyri exsalati — iii. nardi — ii. haec permixta & calida per clysterem infundatur. Ad colum sanandum remedia infra scripta de Prostochi medici remedijs electis. lotium ichneumonis cum lacte uaccæ nigræ dabis in impetu coli potandum, cōtinuo subuenies. Iniectio ad colum sic. colocynthidas duas, & rutæ, & fœnogræci, & baccarum lauri quantum satis existimaueris, in aqua coques diu, & addes mellis patum & ita iniecies colo laborantem.

Olei rutacei heminam, asphalti iudaici uncias quatuor, castorei uncias quatuor, terens permiscebis & sic iniecies colicum. Allij caput purgatum tritum infundes pici liquidæ atque ita iniecies, statim sedabitur coli dolor. De experimento ad colum. rubi foliorum succum, & capparis succum, aut rhamni, & mellis tautudem miscebis, & dabis plenum ex eo cocleare aut nocte, aut satis mane, colico potandum.

Iniectiones ad colicos aut nocte, aut satis mane, colico potandum. Iniectio ad colum sic. butyri coclear unum, cedriæ coclear unum, opij quanta erui sit magnitudo, olei p. unum, in quo baccæ lauri xv. tunisæ, & cymini quantum manu capias, cum speciebus suprascriptis infusis & diligentissime tritis coquantur: ex eo qui laborat coli uitio inieciatur, ita ut prius caldam aquam bibat.

Confectio injectionis ad colū sic. opij drach. vi. castorei drach. iiii. myrræ troglodytidis drach. i. croci drach. i. nitti drach. ii. euforbij drach. ii. rutæ silvestris drach. ii. mellis quantum denseri omnia possint. quibus permixtis trochiscos diligentissimos factos seruabis, & cum necessitas fuerit inieciendi adiçies olei anethini uncias sex, butyri exsalati — iii. nardi — ii. his omnibus de trochiscis quorum descriptio superius continetur adiçies quantum fabæ granum est, in aqua modica solutum, & ita hac deiectione diligentiter uteris.

AD VENTREM RESOLVENDVM, ET OMNES

difficultates, nec non & ad cholera[m] projiciendam, uel inhibendam, sales, & potiones, & cacapotia cathartica, diuersa de experimentis.

CAPUT XXX.



Aluum molli/entia

VONIAM interdum res postulat & per aluum detrahere materiam omnis humoris, siue hydropis, siue diutinæ lippidinis, secundum sanguinis quidem detractionem, qua & scabiem, & igne sacrum, & papulas habentibus subuenitur: nam maxime phlebotomo huiusmodi circa cutem summam uitia innata sedantur: itaque non tam alienum iudicauimus horum quoque genera exponere, sed prius dicemus quae aluum mediocriter moliant, & quae sint ad hoc simplicia remedia. mollit ergo aluum herba mercurialis leuibus holeribus quam plurima mixta. Item mollit aluum, nitri & semissis, mixtus cum resuua terebrantia

thina, & auellanæ nucis magnitudine deuoratus. Caules quoq; quinque uel sex, cum salis granis totidem, & apij seminæ paribus mensuris decocti, in uino non austero, molliendo uentre plurimum profundunt, si & ipsi manducentur, & ius illud bibatur ante cibum, ut inter prandium & coenam aluum leniter molliat.

Ouilli lactis sextario si quis adiçiat cnici purgati denarios quatuor, & discoctum ita ebibat, molliet uentre. Quidam tribus heminis uini adiçiunt aloes denarij semissim, & ita totum per partes aquæ mixtum bibunt ut molliant uentre. soluit autem utiliter aluum ipsa aloe per se uictoriati denarij pondere ex aquæ cyathis tribus uel frigidæ uel calidæ epotata. Purgat optime uentre chameleæ herba, quæ folia similia oliuæ habet, quorum quinque uel sex dari oportet trita ex aquæ mulsa cyathis quatuor frigidæ, si adsuetus erit cui remedium opus est, sin minus calidæ, adiecto salis cocleario: detrahit enimлагiter bilem. Purgat bene aluum flicis radix lota & rasa atque in minimas particulas concisa, ad semunciam aceto aspersa, deinde cocta ut solet holus coqui, & ita cum panis uncia consumpta.

Purgat bene hæc compositio uentre. aloes denarij semissim, colophoniae denarij semissim: una teruntur hæc, adiçitur mellis quod satis sit ad colligenda ea. datur ex aquæ calidæ uel frigidæ cyathis quatuor. hoc medicamentum stomachum non corruptit.

Globuli mirifice purgantes uentre qui ut sumuntur, ita integri Globuli puri deiciuntur, nec laedunt stomachum, conficiuntur sic, colophoniae denarij quatuor, bdellæ denarij duo, gummis denarij duo. hæc trita lactucæ succo colliguntur, & finguntur pilulæ magnitudine fabæ, dantur à tribus pilulis usq; ad septem prout cuiusq; vires patientur.

Globuli qui etiam cœnatis dantur, & efficiunt mane uentris defecctionem quantum satis sit, sic. colophoniae denarios tres, aloes & tragancathi binos: hoc pridie aqua maceratur, postero die cæteris admiscetur. fiunt inde globuli fabæ magnitudine, dantur à tribus usq; ad septem. profundunt plurimum uentri, & stomachum nullo modo uexant.

Cucurbita siluatica trita, quam Græci colocynthida uocant, detrahit per uentre & pituitam, & bilem luridam, nonnunquam & atram deorsum uersus uocat, si cum mulsa aqua detur.

Item cucumeris anguini radix, & eius quem edimus detrahit bilem. sed anguini radicis cortex eandem vim quam ueratrum habet, nisi quia paulo remissior est, & multo magis uiribus caret quam cucumeris quem edimus. Anguini ergo cucumeris dari oportet denarios vi s. ex aqua mulsa. detrahit enim pituitosa & biliosa. cucumeris quem edimus radicis dari oportet xiiii. similiter uel sparti semenis tantudem. similiter & iridis radices datæ prosunt. Item thapsiae radices pituita & bilem detrahunt; nec minus epithymon: præstat hoc melius quod atriora & acriora deducunt.

& herba urceolaris quæ appellatur detrahit biliosa & aquatiora. nam cunila quam græci onitum vocant, detrahit aquatiora per uomitum. aquam uero solam deducit mori lacryma uel radix incocta potui data. Iris calefacit, soluit, purgat, concoquit, ulceris quoq; interni duritias mollit, & uentris stricturnas mouet. Irinum oleū per clysterem immissum pituitosa & aquata & purulenta & atra deducit. polion uero biliosa & atra, oleo chamaemelino mixto per sellas deducit. scammoniaæ succus solam detrahit bilem, datur ex aqua ad denarij semissim & tertias eius cum salis ✕ v. sed stomacho infimo non conuenit. Elaterion purgat sursum per uomitum, aquam uero deorsum & pituitam & bilem omnis generis deducit. plus autē eius quam uictoriati tertiam partem non opottet dari. cyclaminos uero detrahit per sellas pituitam & aquam. hippophaes detrahit pituitam & liquores aquatos, datur eius drachma cum aqua mulsa: eiusdem quoq; lacryma uictoria, tiponderis data ex aqua mulsa, bilem purgat. nam radix tamquam aquam deducit. Cétaurei tenuis succus quantum nux auellana recipit, potus ex aqua mulsa uentrem soluit. Item herbae ipsius tritæ denarij iii. ex sale & exiguo aceto dati cum aquæ cyathis vi. biles deducuntur. meconidos quoq; herbæ succus cyathis duobus datus detrahit bilem. cucurbitæ domesticae succus cyathorum trium cum uini albi calefacti hemina datus, & olei semuncia, detrahit pituitam & bilem, sed oportet quibus hoc purgatoriū datur, ut postea quam plurimum deambulent. Damasonij radix detrahit sursum deorsumq; pituitam atq; bilem, & ex uino & aqua mulsa data. sed si per sellas aliquis magis uoluerit purgari, succum sumat: si sursum uersus, radices eius accipiat.

Veratri nigri radicis ✕ semissim, & eius tertia portio pota ex uino passo, per sellas detrahit bilē. ueratri uero succus albi ad mensurā denarij unius potus ex passo detrahit pituitam, & per uomitum & per sellas. Chamelæa quæ dicitur restis oliuæ aquam detrahit. calfacit enim plurimum, eadem prodest hydropicis, & elephantiā habentibus, si quis eius semenis grana numero uiginti dederit ex aqua mulsa. eiusdem folia tenera trita & in globulos redacta aquam mouet, si quis ea per anum iniecerit: prosunt enim & ad duritias uentris laxandas, & ad morbos interaneos depellendos.

Purgatio uentris quæ facit ad lumborum dolores, & ad omnium febrium molestias depellendas, accipit hæc. scammoniaæ ✕ viii. ueratri nigri, anesi, aphronitri, nardi syriace, cassiae, cinnami, singulorum denarios binos. dantur hæc trita & mixta cum aquæ mulsa hemina: datur interdum uel ex aceto, uel ex melle, uel ex aqua sola. abigit etiā conceptū fœminis prægnantibus datum. Purgatio uentris altera sic. scammoniaæ ✕ xii. ueratri nigri ✕ xvi. croci ✕ v. myrræ ✕ vii. cinnami ✕ vii. panacis ✕ viii. piperis ✕ v. aphronitri ✕ vi. trita hæc & in puluerem redacta melle consparguntur, datur ex his ✕ i s. ex aquæ frigidæ uel calidæ cyathis tribus. Ad uentre laxandum cucurbitæ siluaticæ interaneorum, scammoniaæ, aphronitri, paria pondera

pondera in unum teri oportet, atque inde dari globulos tres fabæ magnitudine ex calda aqua. conuenit autem aqua colligi, uel conspergi hoc medicamentum. Aliud remedium ad uentris purgationem sic. uiae passæ exemptis granis contusæ * III. anesi * VIII. elaterij id est cucumeris in partes diuisi loti & siccatai * VII. ueratri nigri * XVI. cunilæ seminis purgati interiora * XII. hæc in puluerem redacta colliguntur, & ex aqua datur quantum fabæ tria grana sunt, superçacetum cum melle mixtum babitur.

Item alia uentris purgatio eiusdem effectus, accipit hæc. scammoniae *Purgationes*
* VIII. ueratri nigri * VIII. cucurbitæ silvestris interiora * VIII. aphronitri *uarie*
* VIII. iridis * VIII. nardi syriacæ * V. & uictoriati partem tertiam, myrræ idem ponderis. puluis ex his factus melle colligitur, dantur ex medicamento hoc globuli quantum fabæ magnitudo est ad denarios quatuor uel quinq; quibus deuoratis acetum melle mixtum super dandum est.

Ad omnem molestiam febrium, & ad lateris dolorem cum febri. item ad lumborum dolorem molestum, & aduersus liquores glutinosos & spissos per uentrem digerendos, recte dabitur hoc medicamentum sic. cucurbitæ siluaticæ interiores partes aridas quæ quasi pluma sunt * VI. croci ac panacis denarios senos, marrubij succi * VIII. glycyrrizæ * IIII. piperis albi VI. piperis longi * VI. stoechados * VI. schoenii floris * IIII. malobathri * III. passo colliguntur trita hæc omnia, dantur ex his denarij singuli cum aquæ calidæ cyathis binis uel ternis. Soluunt uentrem superposita hæc. cucumeres siluaticos maturos arefieri oportet, deinde cotonos felle taurino conspergi, atq; emplasti modo inlini alutæ aut linteolo spesso ad magnitudinem digitorum quatuor, ut umbilico tantum super ponas. quod statim tollendum erit ubi uentrem mouerit. Et hoc medicamentum eiusdem rei gratia umbilico superponi oportet aut lateri, quod recipit hæc. cucurbitæ siluaticæ interiora, quæ quasi flocci sunt, aluminis liquidi, characiæ tithymali, lathyridis herbae, laseris cyrenaiæ, paria pôdera trita felle taurino collecta, lateri uel umbilico cum cucumeris siluatici maturi succo, eodem modo quo supra scriptum remedium, superponuntur.

Hiera ad resolutum stomachum & reficientem quodcumq; sumpserit, conficitur sic. aloes nigrae * V.

masticæ * IIII. cinnami, schoenii floris, malobathri, nardi syriacæ, croci, asari, xylobalsami, singulorum denarios senos. hæc trita uel contusa melle consparguntur, & ita reponuntur, & cum opus est ad modum fabæ cum oxy-

melle dantur. Purgatio qua Cosmus medicus frequenter usus est, quæ hiera minor dicitur, facit ad omnia quæ supra scripta sunt, conficitur sic. scammoniae denarij uictoriati ponderis partem unam, ueratri nigri * I. panacis

* s. ex melle consparguntur hæc trita, datur ex his quantum nux auellana est ex aquæ mulæ cyathis quatuor, globuli quoq; supradicta magnitudine siccæ, de hoc medicamento duo træsue dantur ieuno, uel post coenam uotandi.

Turundis ad soluendum uentrem uti oportet eiusmodi. fici aridae

Hiera

Hiera minor

dæ, pulegij, absinthij, aloes, nitri, fellis taurini arefacti ex interiore parte, horum paria pondera melle bene percocto colligi oportet, & fangi turundos, qui per anum immittantur. Item turundi ad uentrem laxandum sic, cucurbitæ siluaticæ floccorū interiorum \times v nitri nigri usq; \times v. sici pinguis pulpæ \times iiiii. mulsa p. i. coquuntur haec omnia ex mulso diligenter & postea fiunt turundi, quibus & absinthij aliquid admiscetur, atq; ita ut supra dictū est anno iniiciuntur. Herbae pedunculariæ \times iiiii. farinæ ex lolio \times iiiii. cum felle taurino liquido & melle percocto miscentur paria pondera, & fiunt turundi qui similiter ad laxandum uentrem anno iniiciuntur. Sucus hastulæ regiæ admixtus faring ex tritico, deinde subactus in panis modum & coctus in furno atq; esui datus purgat bene uentrem. Epithymi \times vii. salis \times v. in aqua mulsa si potu dederis, pituitam & bilem omnē per uentrem detrahes. Agaricum detrahit per uentrem spissum & corruptum humorem, cuius ut plurimum dantur denarij duo, cum salis \times ii. potādi ex mulsa cyathis v. minime hoc remedium stomachum lædit, omnemq; purgat humorem, necq; sanguinem corruptit, nec si quae partes interius tumet exulcerat, uerum etiā adiuuat. prodest & iocineris tumoribus & quos graci peripleumonicos appellant. Cucumeris quo uescimur seminis cyathus tritus, & nucum pinearum purgatarum cyathus contritus, & sal cum melle tritus, in unum mixta hæc soluunt uentrem, febres quoq; aduenientes innimunt, morsus stomachi sedant, acres liquores bilesq; reprimunt.

Aqua mulsa Aqua mulsa ex melle crudo, pota uentrem mouet, extenuat glutinosa, lieni prodest. eadem intestinis præstat remedium, & uenis quæ sunt in proximo circa intestina medetur, liquores etiam qui pulmoni insidunt, & difficile excrecantur depellit. sed stomacho aptius est mel aceto mixtum, minus enim inflat, efficacior est tamen humoribus aqua mulsa, magis enim extenuat liquores & iucundius sumitur. Absinthium potum mouet bilem maxime iocineri insidētem, coctum quidem cum aqua sumi debet. nam & per urinam, & per uentrem cruditatem omnem deducit, & stomacho opitulatur, & sanguinem spargit, cuius summa potio est \times vi. cum salis \times iii. mel lis cyatho uno, & aquæ sextario. sed si magis aliquis aluū citare uoluerit, salis \times vii. admiscere debet. Dantur bene ad soluendum uentrem potiones, uel polenta cum aqua, in qua satureria, aut pulegium, aut thymum, aut herba mercurialis incocata fuerit: sed & hæc ita in tribus sextarijs aquæ decoquuntur, donec ad sextarium perducatur. ad inflationem uero stomachi salicinam in aqua decoqui oportet, & exiguum acetum adjici atq; ita potuiri. Hysopum uentri mouendo uehementius est quam absinthium, datur autem similiter decoctum, atq; eadem mēsura, prodest etiam his qui bus in pectore liquores glutinosi subsistunt, qui & spirandi difficultatem & stridorem stomachi faciunt. item his prodest qui in toto corpore uidentur liquores concretos habere. Allium cum herbe mercurialis folijs aut se mine

mine coctum, uel cum ruta & absinthio coctum, magis mouet uentrem: li-
quores autem omnes adiectis duabus radiculis ueratri nigri, etiam in febri
datum deducit per uentrem, uel sursum uersus per uomitum purgat.

*Embamma quo uenter soluitur sic. scamoniæ denariū unum, zingibē, Embamma
ris denariū unum, pipetis denariū i. nitri denarium i. hæc contusa & cribra, purgatorium
ta reponuntur. inde cum opus est sumitur cocleare plenum, & adiūcitur em-
bamma factum ex garo & aceto mensura cyathi dimidiij. ex hoc lactucam
aut uuluam comedere ieiunum oportet, sed sensim nō uniuersim. cum quis
per uentrem purgatus fuerit, etiam uomat in balineo medicamentum. quo
reieicto domum reuersus cibum sufficienter & uinum sumat.*

Vinis uti oportet ad intestinorū dolores factis ex ruta, & puleio, apio, *vina facticia*
origano, aneso, dauco, thymo, hysopo, panace, dictamno, anetho.

Sambuci semen tritum cum uino datum, & uentrem mouet, & prodest
intestinorum doloribus. chamædropis quoq; semen ex uino datum, simili-
ter prodest. nec non & chamæpitys trita ex uino pota, idem præstat. etiam
semen balsami potum ex uino iuuat uentrein, calefacit enim uiscera, & exte-
nuat ac discutit inflationes. prodest & ad hoc nasturcum potum ex uino:
nam & calefacit & mollit uiscera & urinam mouet. prodest & intestinorum
doloribus & inflationibus, & susprium reptimit & rupta componit.

Ad uentrem soluendum herbam polypodium teres & in prisana ieu-
no sorbendam dabis, statim soluetur qui acceperit.

Ad suppressionem uentris, nitri & cumini certum quid æquo pondere
ex oleo concorporabis, atq; inde ad magnitudinem fabæ grani maioris in
anum injicies. Ad uentrem eliciendum alumen ad magnitudinem fa-
bæ resolues, & ano injicies, statim omnem duritiem laxabit.

Ad uentris stricturas soluendas, betaceum concides minutatim cum
terræ modico, quod ei dum auellitur adhæserit, & in ollam coniicies, & adiū-
ties liquaminis optimi & olei optimi & uini quantū æstimaueris necessariū,
& coopertam ollam super carbones pones. quod cum lento igni fuerit per
coctū, nitri unciam unam uel duas minutatim super sparges, & tum succum
illum de olla uel ius cum uino miscebis & bipes.

Vt uenter facilis sit, nitri perlucidi, staphisagriæ, betæ, mellis cocti
modicum, hæc permiscebis atque in modum collyrij rotundi interius in
anum injicies. *Confectio salis cathartici sic. scamoniæ uncias III.*
zingiberis uncias tres, petroselini uncias tres, salis ammoniaci uncias qua-
tuor, mastiches uncias duas, piperis albi — i. ita ut scammoniam coquas ut
minus ledat. coques enim sic, mittes in pastam, & deinde mittes in furnum
ut cum ea coquatur: & aliquantulum plus mittes, ut cū cocta fuerit ad pon-
dus supra scriptum ueniat: & cum refrixerit tolles, & sic omnia teres & misce-
bis, & ad quod uolueris, manducandum in conuiuio pro quibusunque
salibus uteris.

Confectio

Confectio catapotij, scamoniæ — i. aloes epaticæ — ii. bdellæ 3 vi. eu phorbij 3 iii. hæc omnia in puluerem rediges, & postea de caulisbus nō plātatis succum facies, & sic commisces, & facies pastillos pusillos, & siccabis de uorandosq; post coenam, uel mane iejuno dabis. Confectio salis cathartici, quam Marcellus ostendit sic. salis duri & assati p.i. — ii. salis ammoniaci p.i. — iii. piperis albi — iii. zingiberis — iii. inulae seminis — ii. ameos — iii. hyssopi creticí — iii. laseris radicis — iii. thymi — iii. folij — iii. apij seminiis — i. i. anesi — iii. petroselini macedonici — iii. origani — quatuor, nastur cij seminis — tres. hæc omnia tunsa cibrata atq; in puluerem tenuissimum redacta & in uatum commixta, repones in uaso uitreo, & inde quotiens ali quid sumes seu bibes, quasi pro alijs salibus uteris, emendantur his uita hæc indigeries, phlegma frigidum quod de cerebro descēdit in stomachum ad omnes humores super natantes stomacho qui de felle rufo concitantur.

Ad dolorem quoq; faucium facit, & caliginem detergit, & omnes humores in uisceribus cōtractos. sanat & iecur, & splenem, & tussem curat. & eos qui uix anhelant reficit. curat & colum, & morbum articularem compescit. digestorum mirificum est. febres cotidianas temperat, febres acutas compescit, id est hemirriticas. quartanas comprimit. mira in omnibus est eius cōmoditas. Liquamen catharticum quomodo confici debeat. zingiberis 3 iii petroselini 3 tres, piperis 3 tres, laseris 3 tres, scamoniæ 3 unum, liquaminis 8. i. hæc omnia permiscebis & sic uteris. Ad uentris facilitatem betas te centes de horto cum sale coque, & earum aquam cum uino calidam bibe, & ipsas ex oleo manduca. carnis etiam porcinæ recentis p. tria, cum aquæ 8.v. & cum sale coque ad tertias, & bibe tepidum ius cum uino. Ad cholera projiciendam herbae quæ græce dicitur chamaepitys, syriace uero pityotis, folia nouem mitte in aquam calidam & bibe, omnem choleram per os projicies. radicem herbae ipsius percutes ferro, & noti amplius quam duas guttas excipies in aqua calida & bibes. omnem choleram per uentrem projicies. sed caue ne plus succi huius accipias, ne lædaris, nā & os si nimius sit, male accipit. Confectio absinthiati ad choleram & phlegmata projicenda & ad uentrem laxandum sic.nardostachios 3 vi. schoenoanthus 3 ii. costi 3 octo, mastiches personate 3 quartuor, absinthij herbae 3 unum, croci 3 ii. folij 3 vi. uini ueteris Italicos 8. quinquæ, mellis optimi 8. unum & semis.

Item alia confectio absinthiati cathartici, uini ueteris 8. quatuor, rose siccæ 3 ii. cassiaz 3 ii. ii. schoenoanthus 3 ii. folij 3 ii. atomi 3 iii, costi 3 ii. mastiches 3 ii. herbae absinthij siliquam unā, croci siliquas quatuor, aloes epatitidos siliquas quatuor, mellis optimi 8. i. hæc omnia separatim tunsa & in puluerem delicatum redacta simul miscebis, & sic excoques lento igne ne ferueat & uteris cum uolueris. Ad bilem reprimendam raphanum ex pipere, & lini semine, si quis iejunus manduauerit, fortissime bilem expressam inhibebit. Fitum uituli recentem si quis ex uino potui dede rit

rit his quos Græci cholericos uocant, manifesto periculo liberabit.

Lenticulam lauato diligenter ex aqua munda, deinde cum aqua nitida feruere sinito paulatim. & postea ipsam aquam colato & dato cholericu bī bendam, mire proderit.

Absinthij viridis — iiii. salis marini — i. sifnul teres, & sextario feruentis aquæ perfundes, & tenui linteo colabis, atque ipsam aquam laboranti dabis bendam.

Herba mercurialis pro certo bilem potentissime protrahit, si ea cocta uice holeric uescaris, eiusq; aquam in qua cocta fuerit adiecto mellé potaveris. hoc etiam ægris sine difficultate succurrit. sanis eadem aqua cum condito si ita malint, optime datur.

Ad choleram reprimendam. pulegium commanducatum super um/^{Choleram sup} bilicum impositum obligatumq; , supprimere choleram & intempesti^{primentia} uos & continuos uomitus mire constat. Si de cholera autem tanta conciatio uomitus est, ut contineri non possit, hediofsmi aut eruce ramulos tres aut quatuor cum mali granati succo contritos absorbendos dato, continuo sedabitur.

Vinum myrtleum sorbendum dato, protinus uomitu comprimes. Iau^{vomitū com}tri baccas aliquot contritas ex uino potui datas succurrere cholera laboranti^{primentia} bus constat.

Mororum de rubis succus epotus efficaciter prodest cholericis reprimentis, caules quantum maiores discocti & ex aceto sumpti similiter mendentur.

Cydonea bene matura non cocta in cibo accepta similiter prosunt. bac^{cæ} itidem aquifolij tritæ, cū uino potui datæ cito subueniunt.

Ad aluum concitandum, Aizoon herba quæ Latine sedum appella/^{Aizoon, sedū} tur, ex uino contrita potacj plurimum prodest.

Herbæ uettonicæ in umbra arefactæ folia contusa, & in puluerem redacta ad pondus denariorum trium ex hydromelitis cyathis nouem bībenda per triduum data, uentrem sine molestia continuo mouent.

Brassicæ tenerimæ contritæ succum expressum si quis ad sex cotylarum mensuram adiectis uini cyathis tribus iejunus biberit, ita ut pridie non coeneret & bene digestus sit, mirifice ac sine ullo tædio aliuo concitata purgabitur.

Orbicularis herbæ quam Græce cyclaminon uocant, si quis expresso succo anum perunixerit, mira celeritate experietur alui solutionem.

¶ Vt puri

Vt purgatione uentris reuelato corpore salubriter ætatem agas , aluum hoc genere concitabis . gladioli radicem longitudine ac plenitudine dñti pollicis si fœminæ remedium dandum erit , si uiro ad crassitudinem duorum digitorum & longitudinem unius , dabis derasam & lotam contritamque ualentissime , adiectis aquæ cyathis quatuor aut quinque : quam potionem colatam admixto paululo mellis calefactam potui dabis.

Herbae britannicæ succus perse solus pro uniuscuiusque viribus potui sumptus , sine periculo purgat . quo ualidius autem purgari uolueris , hoc amplius sumes , ita ut mensuram sextarij non excedas .

Lauriculi teneri , id est cymæ lauri , cum nepeta adiecto sale contriti , & cum aquæ tepidæ hemina in potionē sumpti , concitant aluum pituitamq; & lumbricos celeriter ejiciunt

Sambuci coliculi teneri decocti cum oleo & garo manducati , uentrem continuo soluunt .

Aluminis liquidi paululum lana inuolutum & podici subiectum euocat stercus , & sine fatigacione deducit .

Frequenter experti solutionem uentris adfirmant tali remedio esse purgatos : mellis acetabulum , & salis triti tantundem , cum aceti sextario uno feruefaciunt , atque ita nocte sub diuo cælo sereno uas leuiter opertum relinquunt , & mane cum pridie cena abstinuerint , cum aqua quantum sufficiat minutatim bibunt , quo facto non solum uentris , sed etiam atræ bilis ac rufæ tædio absoluuntur .

Serum de lacte bubulo , adiecto melle & sale quantum satis sit , potui sumptum , morantem aluum impellit .

Serum de lacte equino potui datum , facile & sine periculo uentrem molliter purgat .

Asinum lac cum melle potui datum , uentrem facile & sine periculo soluit .

Salis marini triti , & mellis optimi despumati , & aceti scillitici , semuncias singulas in unum miscetis , & teres & aquæ mundæ frigidæ quartarium adiicies , & coagitabis , & iejunus calefactum leniter bibes . tum deambulabis , atque inter deambulandum , calidam aquam pauplatim quotiens uisum fuerit sumes , potenter hoc remedio uentrem morantem bilesq; purgabis .

Malagma purgatorium ad paruulos , si ob infirmitatem potionem purgatoriam bibere , aut sustinere non possunt .

Lupinos crudos sicclos in ollam nouam missos in furno torrebis siccatosq; ac tunsos uel molitos cum felle taurino uel uitulino miscetis & subiges

subiges, & pro malagmate ad imum uentrem ab umbilico deorsum uersus impones. Nam si super umbilicum imposueris, stercus omne sursum uocabit: impositum autem deorsum uersus, & bilem detrahet, & pituitam deducet.

Sales cathartici sine stomachi iniuria, ut nec intestina doleant, accipiuntur seu in prandio cum esca, seu in coena. Si autem ieiunus, uolueris cum mulso accipies cocleare plenum, componuntur sic. Salis ammoniaci unciam unam, zingiberis siccii unciam unam, laseris radicis — unam, scamoniæ unciam i. piperis unciam unam, foeniculi seminis unciam i. teres omnia & cibrabis, sane cū uolueris ut uehementius moueat coclearea duo accipiat qui alui difficultate torquebitur.

**A D A N I V T I A, E T F I S T V L A S P O D I C I S, E T
hæmorrhoidas, remedia physica rationabilia diuersa
de experimentis.**

CAP V T XXXI

IP A R A ad intertrigines, & exasperationem, & tumorem intertrigines ani, mirifica sic. Spumæ argenteæ p. II. cerussæ p. II. turis pollinis p. II. aluminium fissi p. I. adipis suillaæ eneuatæ curatæ p. II. uini austeri ueteris 8. 1s. rosaæ 8. 1s. olei uiridis pondo se mis. teritur spuma & cerussa, alumnen ex uino diluitur. deinde adjicitur tus in puluerem redactum. & cum primum hæc leuia bene fuerint, oleum & vinum & adipem liquefactam cum rosa supra scripta misceri oportet.

Lipara rufa facit ad fissuras ani quas rhagadas Græci dicunt: eadem Lipara rufa ad omnes eiusdem partis exulcerationes, & uitia diutina bene facit, accipit hæc. Spumæ argenteæ denarios XVI. mifyos usti denarios VI. resinæ terebinthinae ✕ XII. cere ✕ VI. cerussæ denarios XVI. chalcitidis ustæ ✕ VI. olei myrtei p. I. omnia diligenter teritur cum olei pondere dimidio. tum reliquum oleum & cera & terebinthina liquefacta mortario superfunduntur, & corporantur atque ita in dolio uite reponuntur. Ad condylomata condylomata ani facit bene elaterium sincerum quod est succus cucumeris filiuatici compitus in ratione pastilli, aceto dilutus & ita appositus: ite propolis per se subacta & more emplastri imposita plurimum prodest. Facit bene hoc medicamentum ani uitij sic. resinæ terebinthinae denarios VI. cere idem. in uinum hæc coquuntur quantum oportet, & adjiciuntur his gagatis lapidis triti denarij quatuor. multi & iridis contusæ ac uino mixtæ & subactæ manibus uelut farina, aliquid addiderunt.

Hoc quoque medicamentum mirifice prodest ani uitij, constat ex his. aluminium meliani denarios duos, chalcitidis denarium unum, feculae denarii I. teruntur hæc omnia diligenter, permixtae cum opus est uino aut aceto diluta adponuntur. Hæmorrhoidas sic curari oportet. primum ut

t 2 pro

Centaureum prodeant totæ, quod ut fiat, anus hoc medicamento perungetur. centaurei succi denarios duos, hęc herba latinæ fel terræ dicitur & ubiq; in agris nascitur. est autem tenuis multorum ramorum in rectum surgentium, habet florē exiguum purpureum: absinthij succi denarios duos, aluminis liquidi * duos, misyos denariū unum, herbæ pedunculariæ * i. mellis quantum ad comprehendenda ea satis erit. his peruncto ano, aut lana tincta interius trusa, cum desederit quis ad sellam & apparuerint totæ hæmorrhoides, supra scripto medicamento rursus betie tangendæ sunt undique, præcipue radices earum, quas baseis dicunt, de spicilli latitudine insinuandæ sunt, subinde imponente medico cumulate medicamentum & adcrustatè imprimente, donec bene combibant. totum enim in eo est, ut ab omni parte saturentur. est autem hoc medicamentum sic. chalcitidis ustæ denarios quatuor, æris floris ustæ denarios quatuor, misyos ustæ denarios tres, æris squamæ denarios duos, diphrygis denarios duos, foreos ustæ denarios duos, auri pigmenti * ii. hæc teruntur diligenter, atcq; in tenuissimum puluerem rediguntur, & sicca ut dixi hæmorrhoidibus imprimuntur undique. post hoc tenue simplex rasum linteolum imponi oportet, & super hoc panem autopyrum ex aqua maceratum & tritum, rosa illuc pro oleo adiecta. hoc medicamento sine magno labore circa Septimum diem cadere coguntur hæmorrhoides. oportet autem bis die panem imponi, nonnunquam & in noctem, si circa eas tensionem senseris, quarto die auriscalpio auerso, quā partem cyathiscon græci uocant, sensim tentare ac mouere eas, quo celerius excidant. hoc medicamentum omnem carnem ex omni parte corporis ex ulceratam & excrescentē, sine magno mortu tollit.

Paucratianus puluis confectio ad rhagadia uel exochadia sic. aluminis rotundi ustulati & siccati uncias iii. aluminis scissi uncias iii. nitri ustæ * vi. æris floris * vi. omnia hęc permixta & trita seruabis, cum utendum fuerit cum aceto acri inlines ex ochadia uel rhagadia, sed adsidue ut intra quartum diem sanentur. Ad ani uitia & tumores & uulnera cōpositio sic. resinæ tefebinthinæ * xxvii. uisci scripula xii. cadmiaæ * xii. spumæ agenti * ix. cerussæ * ix. misyos * ix. herbæ arnoglossæ * iii. olei ueteris libram. hæc uniuersa conteres & miscebis, & per dies quantos oportuerit ad locum doloris adpones.

Ani uitia omnia optime & citissime curat oleum bombicinum uerum, si adsidue inde tangantur, ita ut intra triduum uel quattriduum rhagadia & exochadia stirpitus tollat, si adsidue ponatur. Nucleos de dactylo combures & cōteres quam minutissime, & de puluere eorum loco ani ex ulcerato siue uulneribus eius & fistulis frequenter impones. Herbam polypodium teres, & sic in ptisanam mittes & sorbebis ieiunus, hoc & soluet uentrē, & anū mollit tumentē. Ad rhagadia in atio nascentia. spume argēti — i. olei rosei — i. permisces & adsidue adpones. Plantaginis folia & radices, & herbam cétehodiā, & rubi summitatē, & mespila, & cydonea, & nuces

& nuces gallas, & de salice frondes quæ tenerimæ fuerint, cum atramento sutorio, ex aqua coques simul uniuersa, adiecta quarta parte aceti, & colabis diligenter, atq; inde souebis eas partes unde hæmorhoides fluunt. Rubi summitatem colliges, & mala silvestria, rubum autem in mortario tesres, & siluestrium pomorū succum exprimes & pariter miscebis, ac fomentum inde factum calidum hæmorhoidibus adpones. Chartam diligenter exures & cinerem eius siue fuliginem siccā ad fluentem hæmorhoidis uenam tam diu adpones donec stringatur. Ad ficos qui in locis uere/
Ficus conditoribus nascuntur, de orbita rotæ collige caluos lapides non prægrandes neq; paruos & pone in foco ut bene candescant, & lotio infantis eos extingue, postea de ipso lotio locum adfidue laua, ita ut frequenter mutes & lapides & lotium infantis, tantum proderit ut sectione & ferro opus non sit.

Extalem prominentem uino lauari prius, deinde cedro ungi, & polli/
Extalis promi ce propelli introrsum oportet. Ani uitris omnibus plantaginis radix *nens* decrescente luna die saturni occidente sole collecta uel sumpta, & pellicula uel panno phœnicio obuoluta, ac licio ligata & lumbis circundata, cōtinuo sanitatem præstabit. Sertulam campanam ex uino aut passo coctam terito & adponito ad anum, eoq; uino in quo sertulā coxeris & prius & postea anum foueto, celeriter sanabis. Caro ani superuacua sine dolore consumetur, si aranorum fila adpones quæ in uineis inueniuntur.

Cedria qua librarij utuntur, si anum ficosum & ad sectionem spectantem frequenter uino calido prius elutum, spicillo perutinxeris, atq; ita quietueris, mirabiliter carq; superuacuam consumes, sed ad sanitatem lenioribus medicamentis postea perduces. Extalem nimis prominentem tē, primit gallinaceus uitellus, si coctus integer ab ipso ægro illic calidus adfidue cōtineatur. Ad fistulas uulnerū in ano uel quæ nascuntur in locis uere/
reciditoribus terræ mali radix cōtusa & fistule inserta, aut in pulucrem redacta, & cū uino ueteri inspersa, ita prodest ut celeriter expurget, solidet, & ad omnem sanitatē perducat, sine qua nec medici huismodi causas curare possunt. Tithymali contusi succum ex uino super fistulam uulneris exprimit, deinde fomentum huiusmodi alligato, id est marrubium in cinere calido subcoquito, & adiecta uetustissima axungia diu subigit, & linteo italium calidissimum fistulæ adponito, & ter aut quater in die feruens medicamen renouato, mirifice proderit. Os humanum contusum & in puluerem tenuissimum redactū cum melle inlītum etiā duratas ani & antiquas fistulas sanat, si per triduum continuum adponatur. Ad nates uel podiū fistulosum olei optimi sextarium, lithargyrī selibram, eruginis libram, turis masculi nigri selibram, resinæ libram, mellis sextarij unius quadratēm, aceti 8. ii. hæc omnia in olla rudi simul decoques & more emplastri induces. Ad hæmorhoidas eosq; qui sanguinem deficiunt, porri succus expressus ieluno potui datus, hæmorhoidas continuo desinere facit.

t 3 Adeps

Adeps cygni hæmorhoidas comprimit; si aut potius detur, aut loca inde tangantur. Symphyti radix quæ herba gallice halus dicitur, aut commanducatur, aut usta & trita in potionē datur, aduersum hæmorhoidas nīmum profluentes. Spongiam marinam exures, & in cinerem rediges & cibrabis, & inde coeleare plenum in quacunq; potionē dabis ei qui hæmorhoidum nimietate uexatur. Ruborum caulinū teneri tunduntur expressusq; ex his succus in calidissimo sole ponitur, ut usq; ad crassitudinem mellis spissescat, hic haustus efficacissime hæmorhoidum sanguinem fistit. Coagulum ceruinum deglutitum, sanguinem ex intimis profluētēm facile stringit. idem facit & coagulum leporis. Luna xiii. hora nona antequam exeat uel erumpant mori arboris folia, oculos tres tolles, digitis medicinali & pollice manus sinistræ, & in oculis singulis dices. absi, apla, phereos, mittesq; in coccum galaticum, & in phœnicio lino conchylia tæ purpuræ conligabis & dices. tollo te hinc tota hæmorhoida, absis parphar. & nudum eum cui remedio opus est, præligamine illo cinges.

Ani uitia & condylomata felle caprino peruncta sanari certissime constat. Malicorium cum uino optimo usq; ad duos cyathos decoctum, pariterq; contritum & malaginatis modo impositum, potenter ani codylomata persanat. Butyrum & adeps anserina & oleum rosaceum permixta pulcherrime prosunt ani uitij. Sanguis caprinus cum polenta impositus ani uitium omne persanat. Rhagadas canini capitis ustī cinis aspersus adiungit, & stercoris albī canini betæq; cinis insertus, similiter opitulatur. Iris illyricæ cinis cum melle subactus utiliter imponitur ani uitij si ipsa iris in furno diligenter uratur. Adeps anserinus cum eiusdem cerebro & cesypo & alumine subigitur, & imponitur ani omnibus causis.

Carnes ex capitibus mugilum sive nullorum decoctæ & cum melle subactæ atq; inpositæ, uitij ani plurimum prosunt. Oleum uetus & pīcem & pollinem triticeam decoque, & ano exulcerato calens medicamē impone. Radix rubi in uino usq; ad tertias coquitur, eoq; uino ani uitia & difficultates fouentur.

Intestinū pro minens Ad ulcera in ano facta chartæ combustæ, sed enarum eius drach.i. auripigmenti drach.i. lepidos drach.i. simul conteres, & melle comprehensis uteris emplasti modo. Ad eos quibus intestinū inprobe prominet remediū sic. ebuli succo turpitudinem circumline, cito remediabis.

Porrigo ani Porrigines ani extirpat tale medicamen. picis, resinæ, cereæ, butyri, scui caprini, argenti spumæ, singulorum paria pondera remitte

Syringium & simul contempera atq; ita inline. Ad syringium uel ani uitia, lauabis locum uino uetere, & teres testam ostrei, & fordes intra pullinum uenem repertas contundes, & cochleam uacuam, & cucurbitam ustulatam teres diligēter, mixtaq; omnia cum in puluerem tenuissimum redegeris, uulneri ad pones, mox uitium omne sanabis. Item ad ani uitia prominentia quæ reuocari non possunt. Rubi ubi mora nascuntur caules teneri, & buxi forlia

dia; & cortex mali granati, uel ipsa poma eius, & cortex roboris arboris unde cortia conficiuntur, in testa supra prunas ponuntur, & intra uas ubi offertur fumantia constituuntur, ut supra sedeat infirmus conclusus diligenter, ne fumus foras exeat. quo facto cum conatu anum eidem sumo offerat. in recenti tædio hoc remediu ter factum subueniet: in ueteri uero tædio sèpius fieri oportet. Ad idem quod & libidines offerendi & conatus reprimit. ce- parum rotundarum uel etiam aliarum folia aut cortices siccas, & picem duram, simul carbonibus incendes, & uaso ut superius dictum est, concluso se debis, & conatus dabis ut fumus & uapor anno suscipiatur: præsens experie- ris remedium. Compositio ceroti ad uitia ani sic. spuma argenti — rr. cretae cimoliae 3 rr. ceræ punicae 3 rr. cerussæ — rr. quæ omnia ad summam leuitatem teruntur, tum in vase argenteo cera cum oleo roseo remittitur, sic reliqua confunduntur. Compositio ad ani uitia sic. cicidos, lepidos, chal- canti, schistes, hæc trita mensuris paribus, melli despumato mixta ad usum huiusmodi seruabuntur. Ad syringium remedium efficax. oliuæ me- dullam cum semine avenæ æquis portionibus teres, & pulueré ipsum aqua cœlesti consperges, faciesq; ex eo collyria quæ fistulæ ani injici possint, que per triduum iniecta fistulas in profundo positas foras producent, ut postea possint medicamine leniore sanari. Intestinum extreum quibus pro- minet & excedet, quotiens processerit, totiens uino calido in quo herba uer- bena cocta fuerit, admixto tenui lixiuo lauari oportebit. prodest & illud pi- ce liquida peruguere & sic introrsum repellit, benefacit adhoc & cinis ex far- mento factus atq; cribratus siccusq; inspersus. alumen quoq; fissum tritum eidem loco impositum, plurimum prodest.

PANICVLIS ET INGVINIBVS, ET INTERTRI-
GINIBUS, REMEDIA PHYSICA & RATIONABILIA DIUERSA
de experimentis. CAPVT XXXII.



MALAGMA quod discutit strumas, parotidas, paniculas, quas *Panicula, phy-*
Græci phygethon uocant: omnes quoq; futuras suppurationes dispergit, factas uero aperit. facit & ad dolorem articula-
mentorum omnium & iuncturarū, præcipue ad lumborū do-
lorem, atq; inflationem stomachi uel coli: conficitur sic. picis hispanæ, aphro-
nitri, resinæ pitynæ, ceræ, lauri baccarum, singulorum denarios x x x v.
adipis taurini x xv. ammoniacæ guttæ x xv. iris x xv. galbani x xv. pi-
petis albi x v. quæ debent liquefieri, dissoluuntur igne, & oleo exiguo di-
luuntur. cætera tunsa & cribrata bene asperguntur tepenti medicamento,
quod diu agitando miscetur, deinde manibus subigitur, ut malagma exa-
ctissimum fiat. Malagma ad omnem dolorem corporis, sed præcipue
panicularum, & omnium articulamentorum, facit & ad podagram, eadem
discutit

discutit uomicas aut aperit . pectoris quoq; concoctioni & causis interaneis prodest , & lumborum doloribus accipit hæc . ceræ ✕ viii . ammoniacæ guttæ ✕ x . bdellæ ✕ x . iris ✕ vi . galbanî ✕ iii . terebinthinæ ✕ v . contunduntur pilo ordine quo scripta sunt omnia . deinde cyprino oleo quod in imo subsidere solet colliguntur uel permiscetur . cera in aquam feruētem in minimas partes concisa prius dimittitur , ut illic mollescat , deinde subacta manibus in pilum coniicitur cum cæteris speciebus atq; illuc diu malaxatur .

Paniculas aperit seuum pecudis cum sale tosto positum . item lacettæ cinis , uel ipsa diuisa adposita . item coeleæ cōtusæ uel cinis earum cera admixtus adpositus , & firmus columbinus cum farina inlitus prodest .

Inguinum tumorem coeleæ minutæ tritæ cum melle inlittæ sedant .

Ad inguen . frustum ueteris spogiæ ad pedem alligabis , & radicem alterci sinistra manu digitis medicinalibus sumes & alligabis in alio pede . & de cucurbita secca lôga círculum facies , & inmisso licio circa pedem ligabis .

Panicula ne ad sectionem ueniat temedium sic . gypsum aqua calida bene cōsperge , donec in se coeat & spissetur , & sic impone supra paniculam . deinde chartam super alliga . quæ res & aperit eā , & sanat . postea utere intertrigines lagmate mollī , ut cito & bene cicatricet . Ad intertrigines excalfactas & dolentes remedium de experimento sic . in mortario plumbeo de pistillo plumbeo , misum oleum rosaceum & uitellū oui , tam diu teres ut spissetur , ita ut de eodem plumbo dū teritur pars aliqua misceatur , & cum fuerit spissum ut emplastrum in linteolo tenero induces , & loco trito intertrigini adpones . hoc remedio per triduum donec locus exulceratus sanetur uteris .

Aduersum inguinum paniculas remedium sic . nasturcium cum pice in positum paniculas discutit . maturis uero aut maturerentibus paniculis tale medicamen adhibebis , id est lenticulam , & lauri baccas ex tertio iuxta mensuram lenticulae decoques in aqua , & diligētissime manibus subiges , & cum lana calidum fomentum adpones , quod cito ac uehemēter & dolorem dis-

Eruum cutiet & humores noxios purgabit . Eruum uetus in farinam mollissimam redactum , & cum melle inpositum , paniculis medetur . Mirabile hoc medicamentum paniculis sanandis sic . hyoscyami foliotum uiridium , p . ii . resinæ pityinæ . p . ii . cera p . ii . adipis porcinæ sine sale p . ii . galbanî p . ii . omnia hæc tunsa uel remissa in unum corpus rediges , & emplastri modo adpones . Calcem uiuā , allij capita duo , uitellos coctos uel incoctos ouorum trium , simul omnia permixta , & emplastri more adposita , omnem tumorem & dolorem paniculatum dispergunt & sedant . Galbanum solum inter principia doloris paniculae adpositum plurimum prodest .

Fœniculi farina ex mulsa aqua decocta , addita axungia adposita , dolorum inguinum sedat . firmus hircinus cum melle decoctus adpositus , paniculis sanitatem congruam præstat . Creta cimolia trita & cum acetō suoperinducta , cohiber panicularum tumorem . Siue incipientem panicu-

lam

Iam comprimi opus sit, siue cōcoctam dissolui, præstabit utilissimum remedium cinis muticum uel purpurarum exustarum cum oleo uetere impositus uel superductus. Lupini ex aceto cocti & subacti, & pro emplastro adpositi, causam panicularum maturant & minuant dolorem. Ficus aphricana uetus ex uino decocta, tunsa uel trita, utiliter paniculis adponitur. Ne inguen ex ulcere aliquo aut uulnere intumescat, surculum anethi in cingulo aut in fascia habeto ligatum in sparto uel quocunq; uinculo, quo holus aut obsonium fuerit innexum: septem nodos facies, & per singulos nectes nominabis singulas anus uiduas, & singulas feras, & in crure uel brachio cuius pars uulnerata fuerit alligabis. quæ si prius facias antequam nascantur inguina, omnem inguinum uel glandularum molestiam prohibebis: si postea, dolorem tumoremq; sedabis. Surculum quoq; ex myro terra tactum, si quis gerat ab inguinibus tutus erit. Inguinibus potenter medebere si de licio septem nodos facias, & ad singulos uiduas nomines, & supra talum eius pedis alliges, in cuius parte erunt inguina.

Si ab equitando uexata fuerint inguina aut intertrigines dolebunt, spuma equifluma equi fricentur, statim remediabuntur. Stercus suillum cum oleo perfictum, & in testa calefactum & inguinibus inpositum, plurimum profest. Pollex eius pedis in quo inguina erunt, cum proximo digito ligatus mire medetur. Si quis ab equitando aut ambulando inguen habuerit, scribat in charta uortos, & ad femur sibi alliget, cito sanabitur.

Ad condylomata inguinum uel quarumlibet partium, malicoriū cum uini optimi sextario ad cyathos duos decoctum & cum eodem uino tritum, atq; ut malagma impositum condylomata facta persanat.

Medullam canis ex uino uetere subige & emplasti modo impone condylomatis, potenter ea sanabis. Argimonia trita & adipi anserinæ admixta impositaq; condylomatis medetur. Oleum uetus cum polenta decoques & calidissimum condylomatis impones. Folia rubi contrita & cum ceroto rosaceo imposita, sanant omnia condylomata.

Adeps anseris cum cerussa & oleo rosaceo & cera pontica in unum ceroti modo composita & imposta, utiliter condylomatis medetur.

Mus araneus qui cum in orbitam incidenter moritur, ustus in cinerem redactus, & cum adipi anserina permixtus condylomatis infictus, mirū remedium adfert. Ad intertrigines sanandas, libystici folijs commanducatis succum exceptum si ei loco adposueris, cum morsu quidem, sed cōtinuo sanabis. Gallæ contusæ in uino coctæ atq; impositæ, intertrigini pluri mum profundunt. Calciamento quo uti soles locum inguinū laborantem si perfricueris, confestim intertrigines tolles. Axungiam peruerterem liquefactam & cerusam bene tritam permisce, donec acopi crassitudinem habeat, atq; inde intertrigines perfrica, efficaciam remedij celeritatemq; mirabere, nam hoc medicamen etiam thagadas efficaciter sanat. Cretam argentariam

gentariam cum uino ueterem tritam impones tritis intertriginibus, optime ac cipieris. Oleo ueterem & aqua calqua permixta adsidue inguina foue, continuo subuenies intertriginibus attritis. Si exulceratio intertriginum erit, spumam argenti ex uino cōteres, eis puluerem pīnei corticis tunsi miscebis, & locum inlines. Ad inguina & apostemata remedium sic. equinus sanguis maxime admissarij equi frequēter inlitus huiusmodi molestias sanat. ungulæ quoq; eius cōbustæ cinis cum oleo adpositus. idem præstat.

Multipedes Codææ uiuæ contritæ cum myrra & impositæ inguinibus, efficaci auxilio subueniunt: sed relinquendæ sunt loco cui adpositæ fuerint, tam diu non sp̄ote decidunt, quod fiet cū persanauerint. Arietis quam pinguissimi lana, plena suis fōrdib; combuſta & in puluerē redacta, prodest plurimū si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricaueris. Bestiolæ multipedes quæ in locis humidis & fōrdidis nascuntur quæc pī contacte pilulam defacient, cōtritæ, adiecta tertia parte resinæ terebinthinæ emplastri modo adpositæ, collectiones incipientes quas Græci apostemata uocant, adeo sanant ut tenacissime emplastrum hæreat donec persanent. Lotio suillo locum inguinum dolentem adsidue perungue, aut cum eo lanam succidam adpone, statim medebere. Muliebres capilli combusti & contriti atq;

Menstrua inliti cum uino aut cum aceto, inguinibus medentur. Menstruis mulieribus inguina dolentia uel tumentia si contingentur, statim sanari creduntur. Talis bubulus combustus tritusq; adiecto melle, inlitus inguinibus dolentibus uel tumentibus prodest. Inguina tumida & dolentia sanabis, si ipso ueretro denudato, id est reducta pellicula, adsidue ea contigeris uel perfricaueris. Apostemata ut remolliantur, aut si mollia fuerint, ut dispargantur, facies medicamentum tale, quo nihil potētius est. herbæ marubij folia uiridia contundes, aut si uiridia non fuerint, inuoluta folijs maluę uel personaceę sub cinere calido coques. deinde panem cādandum infusum uino ueteri addes, & axungiam miscebis, & tūdes de ligno in lignea pīla: sed obseruabis ut panis infusi & axūgiæ partes singulæ sint, herbæ uero partes duæ: quod emplastri more mane & sero locis necessarijs impones.

Inguinibus mirabile exhibit remedium, ex gallinacea ala ossiculum extrellum, cocleario terebratum, nodisq; septē licio ligatum, atq; ita brachio uel cruri eius partis quæ inguina habet suspensum. Lipara ad intertrigines sic. cerussæ, spumæ argeti, medullæ ceruinæ, seu ceruini, libras singulas, ouorum octo album, uini boni q̄ IIII. turis pollinis unc. quatuor, rosa campanæ p. unum, aluminiis semunciam. ceruissam & spumam tundes, cetera remittes & in mortario terendo uniuersa miscebis. Porriginem intertriginum interficies hoc medicamine: pisces, resinæ, ceræ, butyri, seu captini, spumæ argenti, uncis singulis in unum permixtis, si utaris adsidue,

Ceparia

CEP A RAE ET VERETRO SIVE VERENDIS VI

tilibus & testiculis dolentibus uel pendentibus, & hernias
sive uiris, sive infantibus, & rebus ueneris, &
eunuchis sine ferro faciendis, remedia
physica & rationabilia diuersa de
experimentis.

CAPVT XXXIII.



D^r testiculi tumores cupressi baccæ ex uino coctæ conueniunt, *Testicul tumor*
& faba quasi concicula cum multo cumino cocta & adposita
more cataplasmati, nec non & uua passa cum cumulo contu-
sa & tepens adposita plurimum prodest. ad ueretri uero tumo-
rem, lentem ex aqua coctam & tritam imponi utilissimum est. *Veretrum*
mor
in pene sordidum fuerit, aut cancer illud tentauerit, uel iam occupauerit, an-
dronei pastilli triti ex uino impositi benefaciunt. Omne ulcus in omni
parte corporis sordidum, quod tum intelligi potest cum candidat, & quasi
crustam perductam albam habet, purgat mel per se adpositum, uel iris aris-
da contusa & cum melle eadem ratione. & terræ mali & panacis radix adpo-
sita purgat sordida ulcera uel in uerendis uel quoquo loci fuerint.

Mirifice hoc medicamentum purgat ulcera qualibet, etiam si cancer
tentauerit, est autem lene, conficitur sic. auripigmenti denarios VI. æris squa-
mæ & III. elaterij & I. chartæ combustæ cineris & III. ex his tritis cum opus
est coclearia tria, rosæ cyatho permiscentur, & linteola carpta in eo tingun-
tur, atq; ita ulceri superponuntur. hoc medicamentum cito & sine ullo mor-
su expurgat sordidissima ulcera ac sanat. *Testes pedulæ*
Venerem conciliantia
Testibus qui descenderint spu-
mam coclearum inlitam mederi certum est, si inde tangantur. Venerem
conciliant passeris in cibo sumpti uel oua eorum. item gallinaceus testis de-
xter in arietina pelle collu subligatus mire prodest. item stellionis cinis in
linteo obuolutus, sinistra manu portatus uenerem stimulat, translatus inhi-
bet. Qui in uenerem infirmior erit, testiculos millonis ex aqua fontana, que
perennis est, cum melle decoctos edat iejunus per triduum, statim remedia-
bitur. Ut in uenerem cum uolueris sis paratus, remedium tale facies. la-
certi appellatur siue stelliones qui per parietem repunt, curti sunt, quiç grę
ce ascalabotæ uocantur. hi quatuor infunduntur in acetum acre triduo uel
quariduo, quo usq; putrescant, hoc teres in mortario, & adiunges galbani
e IX. abrotani e XII. castorei e XII. sulphuris uiui e XII. resinæ terebinthi-
nae e XII. croci e XII. euzomi que appellatur herba mentiosa, succi e VI.
mentæ succi uiridis e VI. staphisagriæ e VI. iris illyricæ e VI. aluminis scissi
e VI. myrræ e III. seminis herbæ symphoniacæ siccæ e III. hæc omnia sepa-
ratim trita, simul miscebis & iterum simul teres, inde emplastrum facies uel
pittacium

Ascalabote,
stelliones

pittacium, & pones in dextri pedis pollice cum uti uolueris uenere, & cum *caparia* cessare uolueris ad sinistri pedis pollicem transferes. Ad cæpariam satu reiæ siccæ florem collige, & puluerem inde facito, & melilotum combure & puluerem inde facito. Similiter de cydoneo siccо combusto, etiam de eo qui in arbore solet siccus remanere, puluerem facito, & cribello medicinali omnem puluerem cerne & permisce, & cum uino ueterе calefacto locum in line, etiam linteо illic adposito tege, ita tamen ut due partes sint de satureia, & singulæ de melilotо & cydoneo. sed quotiens medicamē pones, uino ueterе calido prius locum elue. Myrram in puluerem delicatissimum redige, & ad locum cæpariæ adsidue cum uino ueterе pone, mire remediabis.

Ad infantū testiculos uitiosos uel tumentes remedium efficax sic. Ara neam quę per filum suum se summittit, qnādo sursum uersus currit rape, & cum aqua calida tritam continuo da infanti bibendam. Ad abundantiam seminis præparandam erucam decoctam bibat, quotiens quisq; inopia seminis se laborare perspexerit, uel potius adsidue incoctam manducet.

Ad ueretri curam auripigmentum & aloen æquis ponderibus, tritum & in puluerem redactum miscebis, & uteris cum uino ueterе, ita ut prius ueretrum uino ueterе eluas, & sic medicamine conspergas. Ad ueretri dolorem caseum caprinum & mel pari pondere in pultario fustili coque, & bis ad diem impone, sed ante uino ueterе locum qui curandus est eluas.

Folia myrti iejunis comanduq; & in ulcera ueretri expue, statim proderit. Ad tumores & dolores testiculorum brassica incocta cum sale tri ta impostaq; prodesse affirmatur, pastinacæ siluaticæ radix similiter imposta eque prodesse dicitur, portulaca quoq; trita cum polenta adposita testiculis medetur. ex simo bubulo panis factus & exustus in foco, & postea in cinerem redactus, & cum aceto scyllitico subactus, dumq; seruet testiculis adpositus sepiusq; mutatus, admirabiliter & statim prodest.

Spoggia ex posca acida & tepida adposita, statim sedabit testiculorum dolores. Adeps uituli & nitri modicum una permixta & cerotim modo imposta testiculis, tumores omnes & dolores persanare dicuntur.

Bulbi ex mulso triti atq; inliti dolentibus testiculis medentur.

Rutæ ramuli tenerrimi triti & inliti tumorem testiculorum quāvis maximū sedant. Farina lini seminis cum resina & myrra pari pondere permixta & imposta testiculis, dolori ac tumorī eorum subuenit. Testiculi tumentes aqua marina rationabiliter souentur.

Herniosi, *Ramicosi*, *Hydrocelici* asparagi duri radices siccatae & cōtusæ, & cibratæ cum aqua hydrocelici hemina potui sepius datae, celeriter subueniunt. Pilulas cupressi uirides ex uino ueterе ad tertias decoque, & cyathos binos cotidie iejuno hernioso potui dato, tum folia eiusdem trita testiculis imponito, mire proderis. nam hoc remedium multis experimentis probatum est. Lapidem ignarium contusum

contusum resinæ mixtum pro emplastro impone ramicoso, statim procedit. Si puer tenero ramex descenderit, cerasum nouellam radicibus suis stantem medium findito, ita ut per plagam puer trajecti possit, ac rursus arbusculam coniunge, & simo bubulo alijsq; fométis obline, quo facilius in se quæ scissa sunt coeant. quanto autem celerius arbuscula coaluerit, & cicatricem duxerit, tanto citius ramex pueri sanabitur. Testibus nimic crescentibus cicutæ radix trita & cum ovi albo imposita medetur. Cerussæ p.i. turis masculi selibram, tunsa hæc atq; cibrata miscentur & cū aquæ pluvialis 8.iii.ad medias decoquuntur, ex eo cotidie testes tumentes inliti citissime reprimuntur. Contusis & compressis testibus cito subuenies, si cicutæ folia trita cū pauculo acetii inducas, ita ut medicamen glutinosum facias, & per triduum ponas & mane ac uespera renoues. Baccæ cupressi cōtusæ cum axungia ueteræ subactæ, & tanquam malagma impositæ herniosos etiam ad ultos & antiquos potenter iuuant. Ad ueretti dolorē tumorēq; remedij sic betam de qua semen, decoque ex aqua, atq; ea adsidue ueretrum per triduum soue, & tumor sedabitur, & uitium omne reducta pellicula sanabitur. Succo herbæ uettonicæ tepido uino mixto ueretrū adsidue soue, uel ipsam tritā adpone. Portulacæ succus tubo laboranti per clysterū inspersus mire prodest. ipsa etiam trita superimposta iuuabit, & quia cito arescit, plusculū succi eius expressum debet ad necessitudinē huiusmodi reseruari. Pulvis tenuissimus de myrti folijs arefactis ulceri ueretri inspersus celerrime prodest. Nucleos pincois minutos purgatos numero xx adiecto pauxillo croci simul tritos, si quis ex passi cyatho cotidie per dies ix continuos bibat, mire penis uitio celeriterq; sanabitur. Eruum purgatum, molitū, & in farinam tenuissimā redactū, adiecto turis polline cū uino ueteræ coctū, tepidū ueretro inpositū & adopertum, citissime prodest. Verris cerebrū coctum *Veretri carbū* & cum melle adpositum carbunculos in ueretro efficaciter sanat. Dens *culus* caballinus cōtusus & in puluerē tenuissimū redactus, ueretro inspersus efficaciter prodest. Arietini pulmonis dum in craticula assatur succus exceptus, myrmecias quæ in ueretro nasci solent, unctione sua purgat & discutit. *Myrmeciae ueretri*

Canini capitis recētis exusti cīnis ueretri uel testicularum tabidis & humidis ulceribus inspersus, aut cū aceto adpositus, adeo prodest ut spodium & utilitates eius, in hisce curationibus uincat. Fel caprinum cum melle uertri doloribus ulceribusq; inlītum prodest. Caro uaccina recens ueretro imposta ulcera eius & epiphoras mire persanat. Salsamēta exusta contritaq; & cum melle ueretro inposita, aduersum omnes dolores & fumigationes singularem efficaciam præstant. Anethum siccum uritur, cīnisq; eius tritus aut cum uino ueteræ ueretro inspergitur, aut cum melle subactus adhibetur. Lac asinum cum lana succida ad umbilicū habeat, quotiens quis in uenerem voluerit incitari. Erucæ seminis 3.iii.bulbi ruVenerem incitans fi 3.iii.nuclei pinei purgati 3.vi.spicæ nardi 3.iii. teres singula diligenter & permiscebis

permiscebis atq; inde globulos facies ad formam nucis auellanq;. & cū opus fuerit singulos liquefactos in caprino lacte potabis, si in uenerē uolueris accendi. Satureiæ creticæ 3 i. myrræ 3 i. nuclei pinei purgati quartarium. erucæ seminis — i. scillæ purgatae — i. omnia hæc contrita miscebis & globulos ad magnitudinē fabæ facies, & singulos ad diē iejunus cū caprino lacte potabis, si uolueris esse salacior. Pyrettri triti pulueris cocleariū plenum cum passo potū, excitat in uenerem inutiles mares. Qui potuit & nō potest, ut reparetur in uenerem, radices cucumeris agrestis concisas minutatim in oleo decoquat, & in uasco uitreo reseruet. & cum opus fuerit unguat sibi in balineo interius & exterius omne ueretrū, sed sapone nō abluat, statim incitabitur, poterit aut̄ sequentib. dieb. si necesse fuerit etiā sine lauacro ueretrū sibi similiter eodē medicamine perunguere. natura genitalis maior & solidior videbitur si de lilijs radicib. tūsis cataplasma ei inponas, quæ nihilominus & ueneri incédēdæ fatis utilis est. Herbæ rebus uenerijs aptæ, raphanus eruca, asparagus, porri sectiles, uel capitati, ocymū, scenicolū, satureia, pastinaca, cardui. hæc elui datae etiā mares nasci faciunt, at uero cōtrarie sunt puleium, apiū, ruta, coriandrū, menta, lactuca, nasturciū, anethum. Ad ramicosos & quibus ueretra & testiculi dolebunt, medullā panis siccā in mortario conteres, deinde oleum in fartaginē mittes. & sic medullā panis tritam super oleum mittes, & paululū friges, calidumq; super pectinem dolētis adpones, mire subuenies. Fabam fresam in mulsum aquā infunde, & cum bene permaduerit contere, ac dū teres uinoasperge, & tanquā malagma calidum uerendis adpones, statim dolentib. ac tumentib. testiculis medebere.

Verendi uirilis clauulis & ulcerib. aloe trita utiliter inponitur, cū prius uino eluta fuerint uitia ueretri. Emplastrū uiride, quod medici chloran appellat, ex rosaceo remissum in linteolo tenui inlītum, ueretris exulceratis utiliter inponitur. Seuum pecudis à renibus uulsum admixto pumicis cinere & sale, rectissime dolentib. & tumentib. ueretris inponitur. Arietinorum uellerū cinis cum aqua mixtus & adpositus, incommodis ueretri repugnat. Vngulæ mulinæ exustæ cinis salubriter inspergitur uitij ueretrorū.

Carbunculos de ueretris exterminat muricum uel purpuratum in carbonibus ustorum cinis cum melle permixtus. idem præstant singulari effacia falsamenta discocta & cum melle permixta tritaq; adposita. Per mixto alumine & myrra fel bubulum ad crassitudinem mellis subactum & inlītum, ea quæ ueretris serpunt mira celeritate persanat. supra etiam beta uino cocta recte imponitur. Coccoles quæ nudæ inueniuntur adjicitur a liquido triti turis, & albi ouorum, atque inde ulcera testiculorum tumentia, & hydrocelæ puerorum siue ratmices superliniuntur, ut modo glutinis adhaescat, pueri ueto cōtinentur in lectulo, donec omnis turpitude reprimatur.

Cyclamini succum melle lycio æqualiter miscebis, & inde pendentes testiculos inlines, optimum fertur esse medicamen.

Vt

Vt eunuchum sine ferro facias, radices cicutæ ex acetō teres, & inde testū Eunuchi sine
culos spississime inlines, tum linteolum supra ligabis ne excidat medicamē, ferro
hoc quantum teneroribus infantibus feceris, euentu efficaciore protieniet.

Herba est quæ græce nymphæa, latine claua herculis, gallice baditis ap/
pellatur, eius radix contunditur & ex acetō edenda datur puerō per conti/
nuos x. dies, in irandū in modū fiet eunuchus. Mulierē quā tu habueris,
ut nunquā alius initre possit facies hoc, lacertę uiridis uiuę sinistra manu cau/
dam curtabis, eāc p uiuā dimittes, caudā donec inmoriatur eadē palma clau/
sam tenebis, & mulierem uerendaç̄ eius, dum cū ea cois, tange. Si quem
ad usum uenerium infirmū uolueris esse, ubiq̄ minxerit, supra lotiū eius
obicem, id est axedonē ex usu figes. Vt rebus uenerijs aptus sis, piper tri/
tum cum oleo & melle misce, & cum coire uoles, uerenda tibi inline. No/
cere posse fœminis dicū si quis membranā ouī balano suo ingerat, & cum
fœmina coeat. Si quem coire noles fieriç̄ cupies in usu uenerio tardiore, de
de lucerna quæ sponte extinguetur, fungos adhuc uiuentes, in potionē eius
extingue, bibendam p̄ incio trade, confessim eneruabitur. Siquidem uo/
les per noctē cū fœmina coire non posse, pistillū coronatum sub lecto illius
pone. Semen lactucę tritū ex aqua potū, uigore coitus eneruat. Natu/
ra siue ueretro uirili remedū efficax sic, si in ueretro summo clauis natus fu/
erit, habens callū purulentū, hoc modo curabitur, butyrū, farinā fabę, & mo/
dicum mellis miscebis, atq̄ in modū cataplasmati coques, & in linteolo inli/
nes, & sic ad locū adPLICabis, mirū remedū experieris. Veretra ut auctio/
ra uideātur, panacis radix in uino bono triduo maceratur, cūq̄ coeūdū est,
fœmori inligat, re peracta in uino reposita, ijsdē usib⁹ reseruat. Vt sem/
per sis paratus in uenerem, porri semen tritum, & rutæ semen tritum æquis
portionibus misce cum lacte caprino recenti, & iejunus adsidue bibe.

GENVVM DOLORIBVS, ET CRVRVM AC TIBIARVM
ulceribus, & uaricibus, & callis pedum atq̄ clavis, & uerrucis, & plantis, &
pollicibus, & talis, & articulis, & pernionibus, & ruptis pedibus, &
condylomatis neuorum atque articulorum, & ad extra/
henda quæ casu calcata fuerint, uel quæ corpori inhæse/
rit, remedia physica & rationabilia
diuersa de experimentis.

CAPVT XXXIV.

GENVVM dolori muscus ex piscina uel lacuna uel stagno collectus; Genū dolor/
adiceto paululo salis subactus, & inpositus prodest. Hederę ni/
græ baccarum hemina, ficus aphricanæ p.i. axungīæ — x. contusa
hæc & cū uino ueterē subacta genibus inlita, potenter dolores eorū abolēt.
Genua si turnebunt, uel instabilitia erunt, aphronitra copiosa in passo
cretico confringes, & madefacta comminues. hisq; addes lanam succidat,
u 2 & geni-

& genibus impositam panno conteges, & alligabis, & ne lucus emanet pel
vlera crurū liculam lanatam superpones. Ulceribus crurum & tibiarum, medetur
adeps ursi cum herba rubricata tunsa. cum haec ergo in unū corpus subacta
coierint, imposta uelut emplastrum, conligantur ut diu maneant. Ulce
ra tibiarū quæ intrinsecus serpunt felle aprugno, cū resina & cerussa mixto,
sine difficultate sanātur. Ossa ex maxillis apri uel suis domestici urūtūr,
ulceraçp pernicioſa crutū illo cinere aspergūtur. Fimus caprinus in aceto
feruefactus & subactus inponitur, quo omnia talū ulcera locorū purgātur
& persanant, butyro bubulo cū oleo cyprino aut laurino postmodū addito

Varices Varices ne nascātur, lacertæ sanguine crura puerō ieiunus inline, in totū
carebit hac sceditate. Ad uarices siccādas, seuī hircini p. i. saponis p. i., in u
nū miscebis & linteolo inlītu medicamē adpones. Tali aut plātæ si tume
būt, ut sine ferro sanant frondē uineq; uiridē ac tenerā aqua feruēti perfundi
to, macerataçp cōterito, & super positā cōligato. Muscus aquaticus uirens
ex oleo tritus inpositusçp cū linteo, tumorē dolorēçp plantarū cōpescit. Li
mus aquaticus cū oleo subactus & adpositus, p̄cipitaliter huiusmodi tumo
ri ac dolorib. prodest. Fimus aprugnus in aceto decoctus & cū melle sub
actus inpositusçp plātis uel talis, mitigat eorū dolores. Pernionibus & ru
ptis pedib. pulmo arietinus inpositus omni asperitate leuigata molestiā tol
lit. Cancrī marini ex oleo inpositi, pernionibus utiliter prosunt. ita ut fo
ueantur aqua in qua eruum discoctū est. Glirium uel soricum uel uermiū
terrenorū cinis ex oleo inpositus, pernionib. medef. Coclearū quæ nudę
inueniunt exustarū cinis oēm exulcerationē pedū sanat. Agninus pulmo
uel arietinus urit, & cinis eius cū oleo inponit, uel ipse crudus admotus
pernionū ulcerib. utiliter alligat. Fimi gallinarū uel colubini cinis ex oleo
inpositus, ulcera pedū curat. Dentes caballini tūsi ulcera pernionū, si sint
tumidi, utiliter curat. Caprini corij cinis ex oleo inlitus perniōes prime ab
olet. testudinis tegumē concrematur, eiusçp fauilla ex uino & oleo tēperata
ulcerib. pedū utiliter inducit. Scille bulbi qđ interius est cū oleo deferuet,
eoçp oleo dolores pernionū peruncti mitescūt. Mora agrestia dū adhuc
rubēt anteçp ullius generis morū comedoris inter manus cōftrīca, eorūçp suc
to crura quæ dolere cōsueuerūt, per triduū cōtinge, nō modo p̄sente mō
lestiā mitigabis, uerū etiā in reliquū tēpus eo uitio carebis. Alumine ex a
ceto perūcti perniones sanant. brassīca quoçp trita adpositaçp pernionibus
medef. Foliū, costū, alumē liquidū, alumē scissum, pari pōdere in unū cō
tere, & uino ueteri mixta, ulcerib. siue rupturis hiantib. interdigitis adsidue
Interdigitiā inponit, potēter medebere. Interdigitiā sanat cera in oleo cyprino remissa &
inposita. Pulmo ceruinus inpositus & ſepe renouatus ex calciamēto lēſos
pedes sine dolore p̄sanat. Leporinus qđ pulmo multo efficacius ut ſupra
inpositus curat. Ad ea quæ calcata erūt, & ea quæ corpori īhēſerint extra
hēda, leporis coagulum cū malua tritū inpositumçp potenter opitulabitur.

Spongia

Spongia uel lana lotio madefacta adposita est sine dolore quae corpori inhaeserint eximit. si stirpis aliqua inhaeserit, lacertam per medium scissam, ei loco apponito celeriter educetur, uel capita lacertarum crotusa imposita sunt similiter profundunt. Si echini aculei pedibus inhaeserint aut alicui corporis parti, in lotio humatio calenti pedem diu tene, facile excutientur. Observabis ut quodcumque de corpore fuerit electum, licio alligatum candelabro suspendas, aut uncta oleo lanula inuolatum in uentrali geste, dolorem non patieris eius loci de quo fuetit aliquid eductum. Mus degluptus & per medium exsectus appositus est, omnia quae inhaeserint corpori facile ponducit. Crustae uel ossa sepiatrum comburuntur, cinisque earum impositus edicit quaecunque corpori inhaeserint. Allium elixum cum pice inpositum arundines extrahit corpori adfixas. Filicis radix trita arundinem extrahit, rursum arundinis radix tunsa inposita filicem quae corpori inhaeserit celeriter extrudit. Aquifolij radix contrita inposita his quae corpori adhaeserint potenter medetur. Blattae id est bestiolae ad strictis tumentibusque de iniuria pedibus & talis, tritae atque impositae, omnia quae inhaeserint corpori potenter expellunt. Radix silvestris cucumeris cum farina lini seminis imposta ualde prodest ejiciendis his quae corpori inhaeserint. Vrticæ radix cum sale trita atque adposita producit quaecunque haeserint aut calcata furent. Cuiuscunque animalis coagulum maxime leporis cum pati pondere turis uel uisci impositum, permanere in corpore quae calcata sunt non sinit.

Argimoniam herbam teres, & loco cui aliquid haeserit superposita collabis, confestim proderit. hoc expertum esse, legi. Terra malum cum melle teres & inpones ad omnia quaecunque calcata extrahi uolueris, hoc sat utile experieris. Nepeta contrita, uel rubi folia, nam idem praestant, imposta loco cui aliquid inhaeserit, potenter medentur, si desuper ex hordeacia farina massula nimis salsa & calens adponatur. Lardum coctum cum pingui suo, adpositumque, potenter omnia expellit que corpori inhaeserint, si illuc alligetur. Clavis pedum callisque & uerrucis haec remedia utilia sunt, Nam plerique nominis clauellorum pernicies articulis increaserit que obdura ta callo quodam rigescit, incredibilisque exhibet ambulandi difficultates. haec molestia præcipue hac medela extirpatur. auro ferueti circuitus eorum urendo designatur. quod potius est, cum dolore maximo ad momentum ferre, quam inueterato etiam carcinomatis morbo noxiam perpetuam debilitatis intrudere. Vrina muli uel mulæ uel asini cum suo luto inlita & clavos abolet & callis medetur. Fimus ouium impositus, uel lacerta iecur aut sanguis in lanula applicatus, uel ipsa lacerta exsecta adposita, clauorum intra triduum perseverantiam tollit. Fimus columbinum ex aceto coctum, & in modum malagmatis subactum atque adpositum, ad omnia suprascripta utilissimum esse constat. Fimus apri, uel suis domestici recens impositus & post tertium die solutus, efficaciter clavos uerrucas & callos auferit. Si supra

Clavis pedum

u. 3 callum

callum alica ex posca cocta per triduum utaris, sine difficultate sanabere; etiam si urina canis virginis cum suo luto imposita callos uerrucasque consumit, tam diu tamen inalligata quam diu eas excutiat. Tribus fabae granis clavum tangito, eaque in sterculinio defodito, ne renasci possint. quanto maturius com putruerint, tanto celerius claos sponte decidere mitaberis. Claos qui in articulis supercrescentes dolores exhibere consueuerunt, incidi uel radiad uiuum oportet, prout quis pati potuerit. atque de lupinis crudis prius decoratis farinam factam subigere cum melle & emplastri more superponere.

Subraso clavo calcem uiuam usico subactam impone, & linteolum superalliga, cito medebere. Auri pigmentum tritum & resinam terebinthinam liquefacta ad similitudinem ceroti impone, clauellis prius derasis: quare proderit. Vrticæ radix, medulla caprifisci, & flos chalcididis, pari pondere conteruntur. haec simul mixta loco clauelli superpones & alligabis, die tertia solues. statim decidet, uel si adhuc remaserit, iterato inpones, & triduo illuc medicamentum esse patieris. Cum porcus iugulabitur, is qui uerucas habebit, sanguinem eius subiecta ea corporis parte suscipiat, dum adhuc calidus exilit, & mox ubi siccatus fuerit, statim abluat. citum remedium experietur. Mulier sanè remedium de scrofae sanguine faciat. Stercus columbinum uel solum uel cum ouo tritum, dolentibus articulis inlitum profest. Felle ursino perficti articuli dolore releuabantur. Ut frigora & pruinas facile substineant, nec adurantur articuli, terræ malo cōtuso cum axungia ueterem perungantur. Pampini uitium triti admixta hordeacia farina articulorum morbis medentur. Aquifolium cum ture & sale & oleo subactum impositumque medetur articulis. Incusso articulos arenarum telæ cum oleo impositæ saluberrime sanant. Fracturis articulorum cinis ex femoribus pecudum factus, & cum cera mixtus, mire medetur. Inuictam potionem ad ischiadicos & arthriticos facientem, initulo superiore de ischiadicis plenissime scripsimus, sed quoniam tam diuinus eius effectus est, iterandam putaui, ne quis arthriticis remedia requirens huius ignoratione fallatur. Fimus ergo ibicis in silua uel in monte colligitur. si fieri potest luna xiiii, si res urgebit quocunque die colligitur. sane septimadecima luna medicamentum fieri oportet, quod sic facies. Fimum eius quantum pugno pleno tolli poterit, dummodo pilulae inpari numero sint, conteres ualidissime ad summam leuitatem, tum piperis grana xxv. addes & mellis heminam & diu teres. dehinc uini ueteris adijcies 8. iiiii. & conditi more miscabis potionem. sanè qui accepturus est ex die iouis diebus septem continuis accipiat. etiam si omnibus ossium compaginibus affectus & contractus iacebit, intra dies septem ita sanabitur, ut nunquam paribus doloribus implicetur. Condylomatis articulorum & neuorum sertula campana ex passo & cretico decocta, cumque oui duro uitello & cu uue passo nucleis tritis mixta, medetur, ita ut malagmati modo imposta superligetur.

Acopum

Acopum ualde utile & certum remedijs articulorum atq; neruorum sic. *Acopum* medullæ ceruine, adipis ueteris, butyri, seu ceruini, resinæ frictæ, picis cedrie, picis laguncularis, ceræ, singulorū — ternas in ærco uaso remittes lento igni diuq; agitabis ut coquantur. Tum percolato medicamine ut res poscit ute-
ris. Spumæ argenti uncias ii. tundes & butyti & adipis ueteris & rosa campanæ uncias ternas remittes & permiscebis, & postea in mortario simul conteres & sic uteris ad articulorum & neruorum confirmationem.

Argemoniam ex uino austero coques & teres, adrorans interdum eo dem uino herbam. tum fomenti modo calidam condylomatibus articulo-
rum uel quibusunque alijs superpones, & ne decidat alligabis. Serpyl-
lum æque cum uino austero coctum pari diligentia articulis impones, po-
tentius remedium experieris. Si condyloma intolerabilem dolorem
faciet, medullam panis ex uino austero subigit & imponito, cum summa efficacia proderit.

Argemonia trita cum adipe permixta summam medelam condylomatibus exhibit articulorum.

Spumam argen-
ti & cerussam simul ex uino conteres æquis portionibus & impones con-
dylomatis: si uulnus fecerit, sulphuris uiui unciam adjicies. Si quan-
do non exulceratas eminentias tollere sine ferro uoluerimus, ut uerrucas,
neuos, clauos, alijsue eius generis molestias, hoc medicamento utemur: *Necis tollēdis*
calcis uiuæ denarios vi. feculae coctæ denarios iii. nitri usti denarios iii. hæc
teri oportet & lixiuo colligi de cinere caprifici facto, uel de sarmenis, do-
nec leue sit, & passi fiat temperamentum. deinde adjici debet rubricæ ali-
quid aut atramenti quo possit colorari, quæ simul mixta in patella fictili co-
qui oportet ad mellis spissitudinem, atque ita pyxide cornea reponi. meli-
us sanè est recens hoc medicamentum, cuius usus talis est. id ipsum quod
destinatum erit sine ferro tolli, id ipso spicillo de hoc medicamine obli-
netur, & cum satis niger locus cui imponitur, & quasi perustus uisus
suerit, tum oportebit non ponî medicamentum, immo etiam absterge-
ri, & panem ex aqua & rosa confectum & tritum imponi. hoc & stru-
mas sanat antequam suppurentur. oportet autem cum hoc medicamen-
tum crustam fecerit in strumis, nullum aliud adhiberi. Cum uero ali-
qua pars talium locorum suppurraverit, & timidus fuerit qui id patitur
sectionis, tum uisco quam plurimo medicamen colligi & congregari,
atque ita adponi oportebit in aluta in tantum spatiu circumfecta quan-
tum modus ulceris fuerit. ea sanè parte ponetur qua aptum erit ulcus aperi-
ri. hoc ego medicamento saepè diutinos dolores etiam pectoris & lateris &
lumborum sustuli, cum ad nullum aliud malagma dolor cederet. exulcera-
ta enim parte cuiusq; dolentis loci, cum humoribus postea uitium omne
sublatum est. Varices curat adeps gallinaceus cum cæpa
trita inpositus uel perductus adsidue.

Articulis luxatis seuim
u 4 pecudis

pecudis cuiuscunq; cum cinere de capillo muliebri facto medetit. Fru-
menti grana ix in tegula carenti combures & in cinerē rediges, & cymini
quod duobus digitis pollice & medicinali tenere potueris, similiter uređum
in carenti tegula pones, & de terra quod tribus digitis tenere potueris, ad
des. nec nō & laſeris modicum quod inter duos digitos teneas adſicies, idq;
pariter conteres & uino conglutinabis & ad clauum adpones. id etiā furun-
Furunculi culis utile est. De fimo pulli gallinacei quod rubrum fuerit colliges & ad-
pones clauellis, atq; inde eos ſepiū lines, uehemēter medebeitur. Ad uari-
ces fugandas remedium ſic. hederæ radicem tolles cum fuerit luna in aqua-
rio, & circumda eas, cito medebere. hederæ baccas tres quæ per parietem re-
pit, pedi in quo ſunt uarices alligato, uel radicem eius circumdato. Rapa
ex aqua ſalſa decoques & ſuperpones pernionibus iam erumpentibus, me-
spina extra/
bende dellam utilem experieris. Spīnam ex pede uel quacūq; corporis parte,
ſi altius adacta fuerit, ſine dolore extraheſ, cū arundinis radicē adpoſueris,
in mortario lapideo contuſam & adiecto melle ſubactā, donec ad crassitu-
dinem ceroti redigatur, & linteo ſpiffo inlita adponatur, in quo frequenter
ſpīna ipsa eiecta inuenitur. Marrubium contritū admixto ſale modico
impositum, aequo proficere conſtat ad extraheſenda ea quæ corpori inha-
ſint. Herbam urticam ſiue uiridem ſiue ſiccām contritā adiecto quoli-
bet coagulo adpones cuilibet inhaſerit, confeſtim miraberis celeritatē me-
dellæ. Stercus aprugnum ex uino ſubactum & emplastri more inposi-
tum, quicquid inhaſerit corpori celeriter extrahit & sanat. Butyro & me-
dulla ceruina & ſelle taurino cū oleo cyprino aut laurino perfricta genua fa-
nantur. Talorum tumoribus & doloribus, muſculus marinus tritus ex
Malandria oleo uetere, impositus medetur. Malandriæ, & frigore aduultis pedibus
prodeſt cuiuslibet pecudis ſeuum cum alumine tritum uel excoctum, & ce-
roti modo impositum. Attritu calciamentorum factos clauos, emendat
ueteris soleæ exuſtae ciñis cum oleo inpositus. Ulceribus omnibus
pedum in qualibet parte, adeps ursina addito alumine medetur. Ei qui
patitur uarices, ſeu hircini ſelibrā, & adipis de capone librā, ſimul permis-
ce, & in linteo die iouis ceroti more adpone, potenter ſubuenies. Stercus
aprimum tunſum cibratum & cum melle deteriore coctū & ſubactum,
articulis inpositum medetur. Ranas contritas aut uentreſ earum ſcissos
pro malaginate articulis inponito, efficaciter quoſcunq; dolores eorum fe-
dabis. Vitulinum ſimū recentē articulis laborantibus inlines, ſtatiū
ſubuenies. Ad uerrucas & clauellos pedum remedium efficax ſic. rapo-
rum ſemen quantum tribus digitis adprehendi potest adiecto laſere con-
tum & impositum atq; inligatū clauellum etiam morticinum excutit & per-
fanat. Sardas uel ſalſamentum ſine oſſe exuſtum & confrictum adpone
uaricibus, ſtatiū prodeſt. Verrucas minores cogestas, quas graci myr-
meſidas uocant, ut abſtergeas hoc facito: nocte cū uideris ſtellā quaſi pre-
pitem

pitem se ad aliam partem transferentem, eodem momento locum in quo uerrucæ erunt quacunq; re uolueris deterge, protinus omnes excidet. quod si manu tua nuda id feceris, continuo ad eam transibunt. Ad uarices qui suffunduntur & claudi non possunt, lanuginem de papyro adpone, continuo claudentur, id est illam lanuginem quæ uiridi papyro in summitate est quasi paniculæ eminentis. Lapillum quælibet inuolutum hederæ folio ad uerrucam admoueto, ita ut eam tangat lapillus, atq; ita celebri loco abiecto, ut ab aliquo inuenitus colligatur, miro modo ad illum qui collegerit uerucæ transferuntur, & ideo quot fuerint uerrucæ, tot lapillis tangi debnet.

Vrticam nouellam cum aceto acri tere, aut exustam lomenti more adponere uaricibus. Ad pollicem contusum nucē iuglandem cute interiore mundabis & cribrabis, & cum modico mellis adpones, continuo sanabis. Pollex continua
fus

Clauellis & callis qui in pedibus molesti sunt, sanguis lacertæ uiridis cū flocco impositus mire medetur. Lumbrici terreni triti cum oleo impositi, prosunt clauellis penitus eruendis. Faba in aceto & laſer missa & tumefacta, si clauellis alligetur, mire proderit. Salicis rāmorū primorum uel summorum cortices exuruntur, earum cīnis cum aqua impositus clauellis confestim medetur. Beta cum melle & cum fico arida contusa atq; imposta, medetur articulis. Ad spinam quæ corpori etiam si in profundo hæserit, auellendam, remedium efficax sic. florem cineris id est summitem fauille colliges nitidissime, & cum axungia contusa miscebis, atq; ad locum in quo spina hæserit leuiter alligabis. statim aut spinam ipsam extrahit, aut ita ad summitem cutis educet ut facile possit auelli.

N E R V O R V M V I T I I S A C D O L O R I B V S O M N I T
bus, & arthritidi, ac paralysi, & doloribus medullarum,
remedia physica & rationabilia diuersa de
experimentis. CAPVT XXXV.



ERVIS & arthritidi adeps uulturina cum felle eiusdem & cū axungia ueterere ac melle malagmatis more adposita medetur.

Neruorum nodis capitis uiperini exusti cīnis cum oleo cypri no adpositus, plurimum prodest. Tremulis & quibus nervi infirmi sunt, utile est holera cum aqua tantummodo decocta cum pane manducare, & oleo castorino in balneo adsidue perungi. Ranam rubetam & adipis ursinæ — iii. cū olei ueteris sextarijs tribus in olla rudi ad medianas decoquito, deinde colato. hæc unctio frequenter adhibita, non solum neruos confirmat, sed & paralysin repellit & reprimit. Malagma etiam ad podagram & arthritim & ad omnem dolorem & tensionem nervorum sic. ammoniacæ guttae p. i. ceræ p. i. axungiae ueteris p. s. olei ueteris p. ii. olei cedrini p. i. rosacei aut irini olei p. i. croci — i. affij lapidis — i. myrræ — i. aphronitri semuncia. in patella noua liquefiat axungia, & cera cū oleo ue

tere

tere solvatur, postea oleum myrtinum & rosaceum & cedrinum & ammoniacum tritum admiscetur, & tunc subducitur flamma ne effervescat medicamentum, secundum quae adiicitur crocum tritum ex aceto, deinde myrra trita aspergitur, ultimum nitrū & assius lapis additur, & sic compositū medicamentum reponitur in pyxide.

Acop⁴ Acopum ad perfrictionem lassitudinem & dolorem tensionemque neruorum quod hyeme adhibitū non patitur per frigescere quamlibet partem membrorum, hoc Augusta Liuia utebatur, accipit hæc. Samsuci floris s. i. rotis marini foliorum s. i. fœnogræci p. i. uini falerni congium, olei uenafrani p. v. præter oleum omnia triduo in uino macerari oportebit, quarto die oleum admisceri & coqui in pruna non acriter dicamentum, donec uinum consumatur. postea percolati per linteū duplex oleoq; adhuc calenti, cere ponticæ p. s. adiici cōuenit. reponitur medicamentum fictili uel stagneo uaso. usui est lenta manu perductum omnibus membris. Acopum ad neruorum causas quod per uindemiā componitur, antequā mustum deferuescat sic. musti recentis congiis v. & olei uenafrani p. i. in his macerantur species quæ infra scriptæ sunt contusæ & percribratae grandioribus foraminibus cribri, id est iris illyricæ * xl. cyperi * xl. fœni græci * xl. piperis nigri * xl. xylobalsami * xl. calami odorati quo unguentarij utuntur * lxx. schœni * lxx. saliuncæ * lxxx. fertulæ campanæ * xiii. cassiæ nigræ * xxii. cardamomi * xxii. styracis * xxviii. costi * xxii. myrræ minneæ * xxii. cassiæ daphnitidis xiii. spicæ nardi * xl. hæc cum musto & oleo macerantur in uaso stagneo aut fictili posita per dies xx. oportet autē uas bene clausum & alligatum bis in die solui & permisceri omnia. deinde rursus operiri & signari, ne uires evanescant. post xxx dies colantur macerata. de quibus quasi oleū purum excipitur quod reponitur fictili uaso. facit ad omne uitium & dolorem corporis, & neruorum uniuersas molestias. Acopum ad perfrictionem, & lassitudinem, & neruorum dolorē, quod odoris grauioris est, nam illud superius boni odoris est. accipit hæc. ammoniaci guttæ * xv. galbani * iii. resinæ terebinthinæ * vi. ceræ * xxv. mellis p. ii. olei ueteris s. i. cœsypī - i. medullæ ceruinæ - i. opopanax * vi. quidam hoc non adiiciunt. cera, oleum, & terebinthinæ liquefieri oportet. deinde cætera adiici, nouissimum ammoniacum addi tritum curiose. hoc qui perunctus fuerit, etiam à serpente tutus erit. Acopū quo ferè semper Liuia Augusta & Antonia usæ sunt. facit ad perfrictiones & arthritim, & neruorum omnium dolores, cuius perunctionio non patitur perfrigescere artus, & refrigeratos calefacit. componitur hyeme hoc modo. adipis de porca sterili p. iii. uel etiā anserinæ adipis idem ponderis, quā aqua frigida bene lauari, atq; in nouum uasculū cōfici oportet, cui adiici debent, uini ueteris odorati s. iii. & species infra scriptæ nō nimis contusæ ponderis huius: xylocinnami --. i. cardamomi -- i. cyperi -- i. schœni -- iii. rosæ aridae foliorū -- i. fertulæ campanæ corollas x. hæc omnia inferue

inferuefiunt super carbones, deinde refrigerata eodem caccabo reponuntur. posteroꝝ die iterum inferuefiunt recondunturꝝ eodem modo. tertio die rursus calefiunt, & colantur per linteū, uel ex iuncto facto de industria colo. uinum rursus atq; adipis quod supereſt in aliud nouum uas coniicitur. deinde ubi congelauerit ſe adeps oportebit fundū caccabi perforari & uinum omne emitti, atq; in priorem caccabum adipem eandem coniici & uini eiusdem recentis eandem mensuram adiici, ſpeciesꝝ non nimis contuſas neq; percribratas has infundi, nardi syriaci — i. ſaliuncæ — i. amomi — i. caſſiae — i. myrræ — ii. cinnami — ii. roſæ aridæ foliorum — ii. deinde mane ſemel & in nocte ſemel mixtum hoc inferueſieri debet, idem & postero die fieri oportebit. tertia die cum feruefacta fuerint omnia percolanda erunt & transferenda in caccabum priorem pertusum. ſed ante diligenter & ſpiffe foramen eius obturandum erit, atque ubi congelauerit ſe adeps, extra hendum obturaculum erit & ſpiffamentum remouendum, ut uinum omne effluere poſſit. quod cum defluxerit, adeps uel medicamentum quod refederit uaso stagneo uno uel pluribus diligenter opertis & adplumbatis reponetur. harum compositionum ſi qua fides eſt, & ipſe ego utilia remedia ſemper expertus ſum, & alios idem ſenſiſſe conſirmo. nam & illud adiicio, nequaquam huic acopo comparati poſſe alia medicamina, quæ in ſimilibus cauſis plerique amicorum meorum, quibus æque ac mihi credo, egregia ſe expertos cum iure iurando adfirmauerunt. Illud autem meminiſſe oportet medicaminum peritos uel ſtudioſos, nonnunquam eadem medicamina in iſdem uitijs corporis, uel ſimilibus infirmitatibus interdum melius deteriuſue responderet, propter corporum inæqualitatem, aut differentiam ætatum, aut opportunitatem temporum uel locorū, ſed ad firmo prosperos euentus, ſi quādo opus fuerit adhiberi, haſc opositiones ſemper habituras.

Chalasticum
olympianum cerotariū inſigne, ad neruorū dolores & tumores, quod idem ad rhagadia & ad pustulas utile eſt, conficitur ſic. turīs — ii. maſtiches — ii. ſpumæ argenti — ii. ceruſſæ — ii. molybdenæ — ii. olei roſei p. i. ceræ albæ — iii. adipis anſerinæ — ii. medullæ ceruinæ — ii. ſuccum lactucarum quantum ſufficiat. ita ut ex ſupraſcriptis quæ teri neceſſe eſt, cum ſucco ipſo bene terantur, & poſtea ſupermittantur unguenta, id eſt oleum cera & adeps anſeris & medulla ceruina. & ſic coſectum medicamen in pyxide stagnea aut in uasco plumbeo reponatur. ſimiliter in contractione neruorum caro pallubrina ſumpta in cibo prodeſt.

Ad morbum articularem ſic. piperis grana ix. juniperi grana ix. foeniculi ſemunciam, mellis cyathum i. ex uini potione hec cū omnia bene triueris & permiscueris, in ſolio balnei calido bēbenda dabis. Confeſſio medicaminis qđ facit ad omnes dolores & ad omnes tumores neruorū & membrorū omniū uel coliſſiones ſiue feruore, ſiue frigore fuerint excitatæ, præcipue autem facit ad fauicium tumorem & dolorem qui grece dicitur parithmia, coſicitur ſic, ſeu i. taurini ſed ueri p. unum ſeu i.

seui ueruccini recentis — iii. seui hircini recentis — vi. porcinæ axungie recentis p. i. ceræ nitidæ p. i. resinæ nitidæ p. i. seuum uel adipem uniuscuiusq; genoris purgatam & tunsam ad supra scriptum pondus adpendes, & sic in cacabum mittes, tum adiçies ceram & resinam, quæ cum fuerint simul lento igne liquefacta, colabis ea & in uas quod uolueris desudes, atq; uteris cum opus fuerit. Ad dolorem medullarum remediu sic. olei cyprini p. ii. ne dullæ ceruinæ — vi. butyri uaccini — iii. seui taurini — iii. adipis anserini — iii. ceræ ponticæ — vi. bdellæ — iii. œsypi — iii. de his omnibus speciebus tuis excoctis purgatis unum corpus facies, & pro ceroto uteris. Ad paralysin & neruorum dolores herbam urceolaré madidam in pultarium nouum mittes, & ad prunas donec se remittat excoques, tunc in mortarium coniçies, & adiecto lomento & aceto quantum satis sit, diutissime conteres, & pro malagmate locis dolentibus adpones. Herba britannica uiridis cū radicibus suis contusa & expressa atq; ex uini cyathis duob. uel trib. potui sumpta, neri uotum quibuslibet doloribus potenter medetur, quantu experimenta docuerunt. Herba uettonica trita & inposita, neri uos etiam præcisos coiungit & glutinat. Myrti folia uiridia admixto modico sale & aceto cotta, neri uoru poplitumq; doloribus prosunt, si his adsidue perfricetur. De tribus cumulis terre quos talpæ faciunt ter sinistra manu quod adprehenditis tolles, hoc est nouem pugnos plenos, & aceto addito temperabis, & subiges atq; eo malagmate cū opus fuerit efficaciter uteris. Medulla de spina hyenæ admixto felle eius & oleo ueterere ad temperie & lenitudinem a copi decocta, neri uorum uitia omnia doloresq; auctore Democrito persanat.

Stercus caprinu cum aceto coustum & subactum atq; ad crastitudinem *mellis impositum*, articulorum contractiones relaxat & tremulis prodest.

In locis humidis & sordidis sub lapidibus inueniuntur bestiolæ multipedes quæ contactæ contrahuntur & rotundantur, ex his xxii contritæ cum optimo melle, & ex aqua potui per fistulam datæ paralyticis medentur. ideo autem per fistulâ potandæ sunt ne dentibus noceant, quos si contigerint nigri

Vermes terre sican. Vermes terrenos aut exustos aut siccatos, contere cum axungia

ueterere, & adiçce herbâ senecionē, & cacumina buxi tenera, & tus masculum, cōtritaq; hæc simul permisce, & emplasti more adpone neruis præcisis uel uexatis, confestim eos reparabis, quod remedium bubus etiam & iumentis similiter prodest.

Remedium ad arthritin & omnium membrorum & neruorum dolores sic. ibisci p. ii. herbae sabinæ p. is. notiae p. iii. hæc omnia mittes in uini styptici s. is. postea adiçies cymini — vi. axugiæ ueteris p. iii. olei mollis s. iii. tum simul omnia in olla rudi excoques, tā diu ut herbe illæ ita molles fiant, ut digito solui possint. quas exprimes per linteū diligenter ut succus earū cum reliquis speciebus suprascriptis similiter expressis omnis coletur & emanet. postea adiçies ibi species infra scriptas tunsas & diligenter cibratas, id est adarces — iii. euforbij — iii. castorei — iii. piperis — iii. mastiches

mastiches — iii. seu taurini p. i. seu caprini p. i. resinæ frictæ — vii. balsami — iii. opobalsami — iii. uini s. viii. cœsypi ollaris — iii. medullæ ceruinæ uncias tres, resinæ terebinthinæ p. i. permixta hæc omnia tam diu decoques, donec ita omne uinum excoquatur, ut uix sextarius remaneat. postea adiçies ceræ rufæ — vi. & dum feruet coagitabis & sublatum de foco medicamen diutissime dum refrigeretur agitabis, & cum unum corpus eius feceris in doliolum uitreum, aut pyxidem stagneam recondes, & cum opus fuerit parum medicaminis loco, qui curandus erit impones, sed diu perfricabis ac postea linteo inuolues ne indumenta inquinentur, quod remediu post balneum neruis relaxatis conuenientius fiet. sed cui medendum erit liquamine & porcina abstinere debet. *Decamyri* calefactorij confectione, ad neruos confirmandos & recreandos, post iniuriat frigoris aut aliquam uexationem sic. euorbijs — i. pyrethri — i. myrræ — i. amomi — i. folij — i. pipetris — i. styrachis e VIII. ceræ e VIII. nardi scrupulos octo, opobalsami e VIII. de his omnibus tunsis cibratis remissisq; facies unam confectionem quam in pyxidem ligneam aut corneam recondes. & cum opus fuerit uteris. Item ad eadem acopum de speciebus nouem facies sic. mastiches e VI. styracis e VI. nardi & dictamni tantundem, olei uiridis e XX. olei phyllini e XX. olei myrtini e X. ceræ — ix. opobalsami e VI. hæc similiter ut supra scripta conficies & recondes, & similiter lenta & calida manu perfricans ad placandos ac reparandos neruos uteris. Stirpes brassicæ cum radicibus suis comburito, earumq; cinerem aceto conspargito & adiecta uetere axungia subigit, id malagma impositum neruos ualentissime solidat.

Quercini ligni combusti cinerem qui uino & oleo diluerit, doloresq; neruorum ea unctione perfricuerit, summa celeritate sanabitur. Stercus caprinum melle mixtum impositumq; suppuratos neruos expurgabit & ad sanitatem usq; perducit. Si in cubitis aut articulis aut quacumq; corporis parte neruorum cōtractio dolores exhibebit, lumbricos tres terrenos cum melle tritos malagmatis modo impone, omnem dolorem mollito rigore sedabis. Pannum muliebrem id est, mēstrualem oleo madefactum excoque, deinde exprime, & ceram illi oleo sufficientem addes ut cerotum facias quo arthriticum uel paralyticum utiliter perunges. Confectio a copi ad reficiendos confirmandosq; neruos sic. thapsiae — i. adarces — i. canchryos unciam i. s. euorbijs — i. s. uuæ syluaticæ succi — iii. pyrethri — quatuor, resinæ terebinthinæ — vi. ceræ rufæ — viii. olei cyprini — iii. pipetris uncias quatuor, sinapis uncias ii. hæc omnia separatim tunsa & cribra ta in unum miscebis, & lento igne diutissime decoques, & semper agitabis. deinde refrigerata in pyxidem ligneam aut corneam recondes. Compositio emplasti quod appellatur smilion. facit ad omnes neruorum contractiones relaxandas, & ad quaslibet contusiones placandas, doloresq; scandidos, conficitur sic. resinæ frictæ — vi. butyri exsalati uncias vi. ceræ un-

rias sex, nitri in puluerem subtilissimum redacti uncias sex, quæ supra nota*ta* sunt lento igni in caccabo fictili soluuntur, quæ cum fuerint soluta superposito carbonibus caccabo, paulatim nitrum quod in puluerem redactum fuerit supermittitur & agitabitur. obseruandum sanè ne feruorem grādem ducat aut bulliat, ac totū superfundatur & pereat, quod si ualidius hoc medicamentū facere uolueris supradictis speciebus admiscebis, resinæ terebinthinae uncias quatuor, galbani uncias iii. soluendum galbanum manibus calidis, sicut solet cera molliri, & in supra dictis speciebus mittendum cum fuerint solutæ atq; permixtæ. tum demum omnia diu agitabis, ut medicamentum sicut cerotum subtilissimum fiat, quo postea uelut emplastro ad **Dia piffelæu** supra dictas causas potenter uteris.

Compositio dia piffelæu ad nervos rigentes & offensos placandos, & ad uiscera mollienda, conficitur sic. pix liquidæ pondo ii. ceræ pondo i. pulueris foenigræci uncias tres. pulueris cymini uncias tres, baccæ lauri pulueris uncias tres, salis siccii tritii uncias tres. pix liquida remittetur & colabitur, addita deinde cera lento igne soluetur. sic omnia quæ pulueris sunt mixta mittentur & coagitatuntur & coquētur. quo medicamine refrigerato uti conueniet pro malagmate uel emplastro, ad ea quæ suprascripta sunt.

AD PODAGRAM CALIDAM ET FRIGIDAM ET
chiragram, remedia physica & rationabilia di-
uersa de experimentis.

CAPVT XXXVI.

PODAGRAM lenit cesypum cum lacte mulieris & cum ceruſa adpositum. simus quoq; bubulus recens calidus, & pulmo-
nes pecudis calidi recentes, & fel arietis cum seu suo, & simus gallinarum recens adpositus plurimum iuuat, nec nō & codeæ aphricanæ cum sua carne combustæ cinisq; earum ex uino inlitus mede-
tur. Cerotum aduersum pedum dolores hoc modo facies. olei pondo
ii. medullæ ceruinæ uncias sex, resinæ frixæ uncias sex, butyri uncia unam,
hæc pariter in caccabo soluuntur & colantur. postea adjicies lini seminis
heminam, foenigræci heminam, quæ ita pariter concoques ut spissum sit,
deinde colabis & de ipso colato ita dēsum temperabis, donec emplastrum
Paregoricum facias. Remedium paregoricum, ad podagram sic. cupressi bac-
cas uirides, quot uolueris decoque ex aqua marina donec molles fiant.
deinde contunde in pila, & subinde aquam adsparge, & manibus subige ut
tanquam malagma sit, inde inter initia doloris impone, statim mitigabis
dolor.

Malagma efficacissimum ad podagrā sic. carnis agninet p.vi. caprine p.vi
bubulæ

bubulæ masculinæ pondo sex, picis liquidæ p. v. uel etiam vi. nitri p. viii. baccatum iuniperi pondo sex, ceræ p. decem, hæc omnia concerpe, contunde, coque: & cum liquidum fucrit medicamen, adiçe cæpam & subinde per misce, & deinde galbanum mitte quantum æstimaueris sufficere posse & subinde agita. quæ cum bene liquefacta & commixta fuerint adiçies sulfur & nitrum & baccas lauri contusas, deinde cum bene permixtum & concorporatum uideris medicamen, ab igne remouebis, & mittes in pilam ligneam, atque illæ tam diu battues, donec sit subactissimum, & cum ex eo malagma facere uolueris, oleo manus perunges, & ita inductum lineto denso uel phœnicio pedibus adpones.

Malagma siue acopum ad podagram efficacissimum quod mense *Acopum podagricum* Augusto fieri debet, resinæ frictæ pondo tria, ceræ p. vi. olei ueteris p. octo, galbani uncias quatuor, opij uncias quatuor, opopanaxis uncias quatuor, æruginis uncias sex, guttæ ammoniacæ uncias quatuor, adipis leoninæ uncias quatuor, adipis leopardinæ uncias quatuor, adipis taxoninæ uncias iii. adipis anserinæ uncias tres, scui taurini p. ii. radicis maluæ erraticæ uncias iii. radicis cicutæ uncias quatuor, radicis ibisci uncias quatuor, radicis cucumeris agrestis quem sicyon action dicunt, uncias quatuor, radicis cucurbitæ do mesticæ uncias quatuor, infundes radices omnes supra scriptas in aquâ luna duodecima, excoques luna quindecima, ita ut ad tertias excoquas, & de excoctis succi expressi pondo duo uel duos sextarios facies, opopanaxem & opium infundes in uinum, guttam uero ammoniacam & galbanum tûdes, & deinde simul omnia permixta lento igne decoques ac facies quasi cerotum, & uteris hoc modo ut inlinas linteum delicatissimum quod sine ruga amplectatur pedem, deinde fasciola leuiter inuolues, ad hoc tatum ne cum pedes in lecto moueris linctolum replicetur, & medicamen inlithum decidat, nam si arctius strinxeris nerui offendentur. hoc ergo medicamen & in accentu placat dolores, & in declinatione confirmat sanitatem.

Herbæ uerbasci quæ minoribus folijs est summitates teneræ ac folia trita imposita intra paucas horas adeo sedabunt podagræ molestiam, ut qui usus fuerit etiam ambulare possit.

Incipientem podagram discutiet betarum exustarum cinis leuissimus admixto sanguine bubulo subactus & impositus.

Vettonica cum aqua ad tertias decocta ac potui data, ipsaque cum decoxerit trita atque adposita podagræ plurimum medetur.

Herba senecio quæ in tegulis nascitur, cum sale trita uice malagmatis imposta, podagræ prodest. Malagma potentissimum ad podagram, ad fracturas, ad tumores, ad cōdilomata, etiam ad renium dolorem, si illæ imponatur, quod fieri oportet speciebus infrascriptis sic. asphalti p. unum, ceræ pondo unum, resinæ colofoniae p. unum, picis brutiæ p. unum, chalcididis p. i. spumæ argenti fescunciam, cerussæ fescunciam, alumipis ro-

tundi fescunciam, aluminis scissi fescunciam, misyos fescunciam, gallæ fescunciam, opij seminis fescunciam, opopanax fescunciam, aloes fescunciam, myrræ fescunciam, turis masculini fescunciam, herbæ mandragoræ — i.s. aceti quod sufficiat. quæ tundenda fuerint tundes & cernes, quæ liquefacienda ad ignem resolues, & colata in unum permiscebis, & leui uapore ignis tenuiter decoques, & aceto paulatim cōsperges. deinde facies trochiscos qui habeant singuli — binas, quos cum usus exegerit leui igne resolues & sic pedibus malagmati more impones. Remediū præsentaneū ad podagrā & neruorū & lateris & renium & lumborum dolores, & ad strumas, & ad parotidas, & paniculas sic. pumicem marinum, baccas lauri, æruginem, æquo pôdere contundes & teres cum pipere & sale, quantū æstimaris posse sufficere, adiçies & picis duræ, & olei, & mellis aliquantum, & simul omnia usq; ad spissitudinem decoques, & colata cum oleo syriaco subiges, & pro malagmate cum opus fuerit uteris.

Mithridatica ad podagrum Compositio mithridatica ad podagram & neruorum dolores & contractiones sic. ceræ unciam unam, medullæ ceruinæ drachmam i. adipis ursinæ drachmam i. cinnamī drachmam i. piperis nigræ drachmam i. myrræ drachmam i. rosæ atidæ drachmam i. iris pistæ drachmam i. adipis anserinæ drachmam i. adipis gallinaceæ drachmam i. ammoniaci drachmam i. cassia rufæ drachmam i. turis masculi drachmam i. guttæ ammoniaci drachmam i. herbæ monœci drachmam i. rutæ siluaticæ drachmam i. peucedani drachmam i. aphronitri drach. i. croci drachmam i. turis pollinis drachmam i. staphis agriæ drach. i. castorei drach. i. nucis amaræ drach. i. cuateri drach. i. resinæ terebinthinæ drachmam i. cesypi drachmam unam. quæ tundenda erunt tundes & cibrabis. quæ remittenda erunt lenito igne liquefacies & colata miscebis, & emplastri more cum opus erit uteris. Fomentum ad podagrum sic. fabæ nigræ integræ sextarium molles & in farinam rediges cum corticibus suis, de lapide sarcophago unciam. i. tundes & cibrabis, & ex aqua tepida permiscebis atq; in pannū inductum impones pedibus & alligabis.

Remedium ad podagrum quo pro acopo utendum est sic. seu hircinæ selibram, ceræ selibram, picis selibram, turis masculi uncias iii. adipis ursinæ — iii. olei ueteris uncias tres, olei irini unc. iii. salis ammoniaci — iii. axungiae ueteris selibram, medullæ ceruinæ — iii. medullæ taurinæ — iii. adipis anserinæ — iii. lenticulæ supra aquam natæ — iii. aceti s. ii. hæc omnia diligenter lento igne liquefacta & colata recondes, & cum opus fuerit uteris.

Ad podagrum & neruorum dolores & parotidas & mammatarum durtitium, quam & mulieres & uiri pati solent, remedium sic. picis hibericæ p. i. salis heminam, fœnigræci farinæ heminam, iris — iii. ceræ selibram. picem prius coques ut remittatur. deinde singulas res adiçies & coques, ac postmodum colabis & tanquam malagmate cum opus fuerit uteris.

Potio ad podagrum & neruorum dolores quam pridie non cœnnanti per

per duos cōtinuos mēses ieūno ad nucis auellanæ magnitudinē ex dñobus cyathis aquæ calidæ dabis, componitur sic. petroselini drachm. ii. centaurei drachm. ii. marrubij drach. i. scordij drach. i. tundes hæc & cibrabīs & in puluerem tenuissimum redacta despumato melle colliges, ut spissum sit medicamentum & recondes. Ad podagram subitum & facile remedium sic. alumen, acetum, lotium humanum uetus, æquis mensuris permisce atq; adde ceræ p. i. opij — i. lactis canini unc. i. rosæ siccæ unciam i. opium & lac & rosam teres in mortario, ceram uero liquefacies, & simul omnia permiscebis, atq; inde pedes inlines, & folia betæ aut lactucae desuper alligabis.

Ad podagræ subitum dolorem remedium sic. calcem denudo coques & teres, adjicies cęsypum & rosam tritam, et de permixtis pedes perungues.

Phlomi uncias tres, rumicis uncias tres, ibisci uncias tres, cyclaminis uncias tres, myrræ tunsa unc. i. phlomum moles, & dices quamdiu moles, sumnum cælum, ita terra, medium medicamentum. deinde simul omnia cocta colabis & ex his pedes cum opus fuerit perficabis. Ad podagrum remedium de experimento sic. spermaticæ drachmas quatuor, lini seminis drach. quatuor, erucae seminis drach. quatuor, schœni drac. ii. castorei drac. ii. myrræ drach. ii. nardi spicæ drachmas ii. gummis æthiopici drachm. ii. salis drach. ii. piperis longi drach. unam, nucleorum pineorum drach. viii, satyreiæ drach. nouem. hæc omnia tunsa cibrata & in puluerem tenuissimum redacta, tritaç in unum permiscebis, & ex eo drachmam unam ad diem ieūno in potionē ex uini cyatho temperata dabis. Sambuci folia cum primum procedunt ad libram colliges & teres, plantaginis quoque radicem ad libram colliges & contundes, & axungiaæ ueteris libram purgabis & contundes, & postea simul omnia subiges, atq; inde pedes inlines, & caulis folium superpones, confessim præsens remedium ad sedandam podagrum experiere. Fimū ciconiarum sed de nido ipso dum ciconiæ pullos habent sumes, & cum axungiaæ uetustissima permiscebis & conteres, atque emplastri modo pedibus adpones, efficaciter podagrum sanabis.

Ad podagrum & ad omnes pedum uel manuum & aliorū membrorum dolores ex perfictione reuelados, bene facit hoc remedium sic. feno græci s. i. lini seminis 8. i. ibisci contusas radices quinq; hæc ante diem infunes in aquæ s. ix. deinde post diem decoques usq; ad tertias, postea colabis & succum omnem colliges atq; adjicies ei olei p. ix. & succi laurini id est, de folijs uel de baccis teneris lauri expressi s. i. deinde iterato decoques pariter, quo usq; omnis succus supra scriptus consumatur, & olei tantummodo summa residat, quod iterato colatur, & addūtur in eo oleo quod superfuit laricis — ix. terebinthinae unciae iii. balsami — ii. ita ut prius hæc in uaso duplice ad ignem lentissimum resoluantur, & sic permisceantur & diutissime coagitentur, atq; in usus supra scriptos necessarios ad perficandum reseruentur. Ad primos podagræ impetus molliendos. Atiariæ herbæ

partes duas contundes, & butyri unam partem permiscebis, & conteres atque ita pro unguento uel emplastro uteris. Vltimi cortex contusus diutissime & cum aqua marina usque adeo subactus ut malagmati similis sit, pro emplastro adpositus, sedat podagræ dolores.

Viuo lepori pes amputatus & alligatus ad podagram, uel eius pedis partibus quæ dolebunt, plurimum prodest. Vituli marini aut quod melius est hyænæ pelle facta calciamenta si quis in cotidiano usu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit.

Pueri inpubis detonsi super pedes dolentis capilli, atq; illic aliquan- diu compositi, compescunt dolorem. probatum remedium est felle caprino non manu sed pinna pedes perunctos confestim dolore reueuari.

Feniculi farina ex hydromelite decocta & inposita chiragræ medetur.

Podagræ ut sanare difficile est, sic incipienti inter initia occurrere promptum est. nam inter initia eius cum dolores asperimi sunt, si quis uena aduersa in brachio pungatur nō modo præsenti dolore reueabitur, sed etiam in posterum perpetuo liberabitur.

Vtiliter in dolore perunguntur pedes oleo in quo diu decocta sint intestina ranarum. ranæ quoq; rubetæ exustæ cinis, cum sambuci coliculis teneris tritis, & seu hircino ueteri permixto & decocto pariterq; imposito prodest. Folia cupressi contrita, cum panis mollis partibus duabus & axungia ueteri subacta, medentur doloribus podagræ.

Semen genestæ tunsu & cum axungia subactum doloribus genitulorum potenter adhibetur. Mustelæ uiuæ combustæ cinis, cum oleo rosaceo & aceto pinna inlitus, podagræ prodest.

Hedera contrita & cum oriza ac melle decocta atq; in unum pexmixta & denuo trita podagræ & chiragræ & iheruorum offenditionibus medetur inposita. Vrtica trita cum sanguine miluino aut palumborum permixta, atq; ex eo pedes inliti efficaciter sanantur. Mirificum podagræ remedium nec impendio sumptuosum sic. cupressi pilulæ duodecim, pastinacæ quam minimæ totidem decoquuntur cum turris tunsi uncijis tribus, cum olei sextario & aquæ hemina & axungiaæ ueteris uncijis vi. & ceræ tantumdem, quæ inspissata & conglutinata patino inlita pedibus adponuntur.

Podagræ calis Ad podagram cum feruore & tumore rubicundo quam calidam uocant, hæc faciunt primis diebus adhibita. herba urceolaris per se, & caseus mollis recens per se impositus, postea herba cui salis pusillum admiscere oportebit. Item bene facit apium uitide per se uel cum polenta adpositum. Nec minus utilis est portulaca atque plantago. spongia quoque rhodia uel aphricana mollis ex aqua frigida adposita iuuat. lanam etiam succidam tosa & uino infectam ponî conuenit. subinde autem hæc omnia mutari oportet priusquam calefiant.

Prodest & loimentum fabæ molitæ cum suis ualulis factum; aceto ac melle

ac melle dilutum atque ita impositum: educit enim sanguinem, & dolorem leuat. Belle faciunt & mala citrea quam maxima quinque cocta ex acetis sextarijs tribus, donec madida fiant: quibus tritis adiicitur aluminis fissi uncia una, myrræ uncia una, atque ita malagmatis more feruenti podagræ imponuntur. Benefacit & aloë acetō diluta & per pinnulam pedibus inducta opium quoq; lacte muliebri dilutum & similiter in litum iuuat. Mirifice hoc cataplasma podagræ cuilibet superpositum medetur, tollit enim triduo dolorem, lomenti more compositum sic. feniculi seminis cyathi duo, musci de stagno cyathi duo, polentæ tenuis cyathi duo, commiscentur hæc in unum contusa trita atque mollita, deinde conspar- guntur aqua pluuiali, & ita temperantur ne durum sit medicamentum, ne- ue sit aquatum nimis. quod impositum protinus leuat, id est intra tridu- um tollit dolorem. constat autem eum qui hoc medicamine ter in mense inter denos dies usus fuerit, in nocte non laboraturum podagræ dolore.

Ad frigidam podagram quæ sine tumore est, conficitur cataplasma sic ciceris nigri moliti sextarius coquitur ex aqua & diligenter teritur, cui adiicitur axungiae pauxillum, & dum calet medicamentum pedibus inponitur.

Fœnogræci semenis & hordei farinæ binos sextarios cribratos in unum miscebis, & decoques ex aqua, atque addes olei quod sufficiat, ac subinde calidum cataplasma pedibus adpones. bene facit & ibisci radix ex aqua mulsa cocta & imposta sambucum quoque cum axungia, & brasifæ cinis cum axungia inpositus plurimum iuuat. ubi autem impetus cesauerit, & in hoc & in priore genere podagræ, calida aqua marina diu foruendi sunt pedes: uel si hæc non erit, aqua pura feruenti, sale adiecto forueantur. post hoc malagmate uti oportet quod ad parotidas scriptum est: tollit enim cito reliquias podagræ per sudores, & in futurum confirmat nervos nec patitur facile uitiaris.

Ad utram libet podagram remedium sic. Torpedinem uiuam nisi Torpedo nixa gram cum admonuerit dolor, subiici pedibus oportet in litore non sicco, sed quod adluit mare, & tam diu premi donec sentiatur torpor per totum pedem & tibiam usq; ad genua. hoc & in præsenti tollit dolorem & in futu- rum remediat. hoc modo Anteros Cæsaris libertus supra fidem remedia- tus est. Malagma Narcissianum ad utramq; podagram egregium. ce- ræ pondo ii. resinæ pondo v. olei ueteris pondo vs. olei syriaci pondo is. aphronitri in pastillis pondo i. cardamomi puri pondo unum, iris illyricæ pondo unum, piculæ pondo i. agarici pondo i. fœnogræci pondo i. cen- taurei pondo i. apollinaris pondo i. alterci p. i. coques liquanda, quæ sunt tundenda in puluerem redacta miscebis, atq; ex his pastillos facies & in ca- psa noua repones, quibus diebus uiginti iugiter uteris.

Malagma quod & ad podagram & ad omnem collectionem bene facit accipit hæc ammoniaci uncias v. galbani unc. ii. picis duræ pondo v. resinæ

tcrebinthinae p.ii.olei ueteris p.1s.axungiæ uetustæ p.m. ceræ p.v.sulphuris uiui pondo v.hæc omnia decoques in patella fistili uel caccabo amplio &c. sulphur tamen & ammoniacum extra teres & sic immiscebis cum decoquere cœperis, sed agitabis instanter, ne subsidant in fundo quæ in pulu-

*Hygia con/
fessio* rem redacta mittuntur. Confectio medicaminis quod appellatur hygia facit ad chiragricos, ad arthritim, ad ilij dolorem, ad uétris molestias, ad neruorum contractionem, & ad omnes dolores qui sunt in corpore, conficitur XII. kalen. Iul. nō interest quo die, uel luna uel malina, dummodo supra scriptus dies obseruetur, quo medicamen fiat sic, olei p. xxv, sed optimi, uini optimi pondo xxv. quantum bonum fuerit uinum, tantum melius erit medicamentum. serpylli campestris fasciculos x. tam grandes quam manus viri recipere potest, sed supra scripta die collegi debet serpyllum, ut statim recens cum supradictis liquoribus coquatur, quod oportet tam diu coqui quo usq; ad olei mensuram liquor omnis ueniat. cum refrigeruerit colatur diligenter, & ubi nitidum fuerit, addes resinæ pityinæ pondo tria, opopanacis libram semis, galbani libram semis, ceræ rufæ libram semis, styracis librā, opobalsami — vi. hæc omnia confundes in isto oleo. styracem sanguinem pones in balneo & ibi solues atq; in mortario teres, & remittes omnia in uas æreum, ibi pones ad focum species suprascriptas, quæ tā diu coquuntur quam diu soluantur bene. deinde de resina puluerem facias & asperges medicamini dū adhuc coquitur, quo malagnatis loco cum opus fuerit ueris. Cerotum ad chiragram & parotidas & tumores diuersos & fistulas & furunculos accipit hæc cerussæ p.i.ammoniaci p.i.olei pondo unum, cerussa terenda in mortario diligentissime. deinde oleum paulatim supermittendum, & cum simul trita fuerint omnia, mittēda in caccabum uel trullam ut ferueant, & dum coquuntur sine intermissione agitāda, sed cum densum esse cœperit medicamē ad speciem ceroti, tum ammoniacum tritum diligenter supermittendum, coquendaq; simul omnia horis sex, lento igne ne adurantur, & sine cessatione dum coquuntur agitanda, cum uideris omnia bene mixta, defunide in aquam frigidam, & manibus subige uel perfrica & sic repone, & cum usus exegerit alutæ inline, & sic adpotie locis necessarijs.

*Aranearū te/
le ex cupresso* Remedium ad podagrā uel maxime ad arthritim sic. aceti optimi quantum uolueris, quod melius erit si ex uino styptico fuerit, telas aranearū que in cupresso inueniuntur, buxi summitates tenerimas, hæc in olla noua coquenda sunt diutissime, ex quo aceto posca temperāda paulo acrior quam ad bibendū, ex qua posca uel calefacta uel frigida prout causa postulauerit lauanda membra hoc est arthra uel iuncture quæ dolent, & deorsum id est cū humeros uel cubita laueris ad manus summas uel ad pedes summos destringendum deducendumq; medicamen postea uero q; hac posca laueris membra quæ lauati necesse est, adpones herbam quæ in aqua jugis

*Berula,
cardamine* decursu nascitur quam Latine berulam, Græce cardaminen uocant. hæc diligenter

diligenter purgatur, & teneritudo eius tunditur, & ita uel tepida uel frigida prout salubrius est, dolenti in modum cataplasmatis adponitur, & die bis aut ter uel quotiens siccari cooperit mutada erit. quæ si ruborem fecerit, tunc magis profuisse intelligetur. adhibendum dehinc parvum cerotum in *Parvum cerotum* scriptum sic. cerussæ, spuma argenti, ceræ puniceæ, olei rosei, olei mollis, rotum lacrymas ouorum. horum omnium pondera quæ placuerit miscebis, modus enim non est definitus. cera primum in oleo molli feruac tam diu donec stringatur, postea puluerem supra scriptarum specierum super addes. deinde oleum roseum uel lacrimas ouorum admiscebis, atque ita bene agitata & mixta omnia subcoquantur igni, quod medicamen repositum cum necesse erit in linteo inlithum membris dolentibus adponetur.

Farinæ triticeæ 8. unum, amyli uncias septem, ceræ uncias septem, olei rosacei æstate, hyeme autem olei communis 8 i. Italicum. sanè ut passio ipsa uel calidius uel frigidius medicamentum poscit fieri, ita facias. farinam ante diem infusam in aquæ 8 Italicum concoques admodum glutis, postea amylum separatim tritum in mortario & cerâ remissam in oleo supermittes, & simul omnia diligenter teres, & cum opus fuerit adpones in linteo podagræ cuilibet. Galbani semunciam, opanacis uncias duas, castorei uncias ii. ceræ p. ii. olei laurini uncias ii. olei communis p. i. olei ueteris ranidii p. i. aphronitri candidi pilulas duodecim, medullæ ceruinæ pondo unū, butyri p. i. clavos caligares de sterculinio collectos de dextra caliga viii. de sinistra septem, in singulis linteolis alligato, sic in æneum mitte. deinde ita cum supra scriptis decoque, ut emplastrum densum facias, pedibus cum uulneris adponendum. opanacem sanè cum liquaueris, galbanū postea liquabis. dehinc omnia reliqua cum coxeris colabis, & sic de permixtis omnibus emplastrum facies, miraberis remedium podagræ quia palmare est.

Ad impetum podagræ remedium quod Artemisius Dianio ostendit sic. croci denarios duos, pulueris asiani id est, de lapide magnesio qui in uenalibus difficile inuenitur unciam unam: sed si hic non sit pro puluere aphronitri — i. mittes & ouorum quatuor lacrymam, non medullam. hæc trita & mixta conponuntur in modum ceroti quo superlinuntur pedes de pinnula. Farinam de meliloto in lotio humano & axungia ueteri concoque, eamq; panno inline, & mox ubi dolor auspicabitur pedibus impone, pro certo statim eum mulcebit hoc remedium. Axungiae p. tria, resinæ terebinthine p. i. picis liquidæ p. i. ceræ communis p. i. sulphuris uiui. p. i. rutæ uiridis 3 iii. schœni — ii. bdellæ recentis — ii. cum omnia remittenda remiseris, & cætera miscueris, nouissime sulfur tunsum adiçies, & omnia iuxta ignem exagitata miscebis. hæc cōpositio præsidio seruata quamuis acré impetum podagræ orientis extinguit. Olei cyprini modium in æneū coniçies, cumq; primū feruebit mittes in illud uulpe masculū uiuū, & tam diu conques donec corpus eius surculo facillime transforetur, tunc oleū percolabis & adiçies

& ad hincies in id samsuci, saliuncę, cyperi, cardainomi, singularū rerū selibras, euforbię — IIII. adarces p. I. resinę p. III. cerę ponticę p. II. hoc cerotum mire podagram lenit. Vermiculos terrestres in aceto per noctē manere cura-

bis, ut sc̄ omni sorde purgent, mane eos siccabis, & ex his — IX. in librā axū ḡiae mittes & diutissime conteres ut unum corpus efficias, & pro ceroto uteris ad sedandos pedū quālibet molestos dolores.

Lapis Medius Medius lapis lacte mu-

liebri dilutus, & pellicula lupina colligatus portatusq; & in pr̄senti & dein ceps in futurum tempus podagram certissime submouebit. Columbinę pinnę maxime primū nascentes uſtæ cum urtica atq; inpositę podagræ do-

lores leuant. Terrestres lumbrici ad mensuram acetabuli in mellis cotyla

contriti & inpositi pedibus qui prius oleo rosaceo uncti fuerint, ac tertio die

soluti, & statim rursus impositi, & confessim dolorē leniunt & in posterum

tollunt. Vulpem ex aqua coquito donec mollescat, & ex aqua percolata

pedes adsidue foueto, quo facto doloribus facile careri hoc remedio quidā

frequenter experti sunt. Lenticula quæ in aqua nascitur quām tenerima

contusa, & antequam cubitū eat ei qui dolet pedes inposita, deinde interpo-

sito tempore sublata, & herba cuculus trita in reliquin partē noctis imposi-

ta, mire dolores podagræ sedat. Farina frumenti ex aceto cocta, dolorem

podagræ statim sedat imposta, sed lenius medicamē erit adiecto melle nō

multo. Pampini uitium triti & impositi tumorem pedum mirabiliter ex-

siccant. cinis quoq; uitium cum axungia ueterē subactus & impositus idem

præstat. nec non & ad hoc sal ammoniacus cum pari mensura picis & cerę

coctus imponitur. Plantago cum axungia subacta & imposta lenit pe-

dum dolores. limus quoq; aquaticus cum oleo subactus plurimū prodest.

Adepsursina cum seuo taurino & cera pari pondere decoquuntur, eoq;

ceroto podagra contacta lenit. nec non & radix cucumeris erratici ex ace-

to cocta & podagræ imposta succurrit. Potio quæ si anno integro fuerit

potata, podagra liberat laborantes, componitur sic. chamedryos p. I. cētau-

rei uncias tres, aristolochiæ rotundæ uncias tres, stoechados uncias tres,

agarici — I. cypeti seminis — III s. aloes — III s. hæc pondera singularū rerū

tunsa & cibrata adpendi oportet, & mellis attici libras VI. comprehendendi. Su-

mitur aut hæc potio à ieuiuo & maxime digesto, mēsura eius est argētei scri-

puli pondus, bibitur ex trib. cyath. aquæ calidæ, & si non continuati dies fue-

rint in accipienda potionē, anni tamen spatiū in dierū numero suppleatur.

Fel apti cū seuo quolibet positum, optime placat podagrum in præsens.

Carmen idioticum quod lenire podagrā dicitur sic. In manus tuas exspues

antequā à lecto terram mane contingas, & à summis talis & plantis usq; ad

summos digitos, manus duces & dices. fuge fuge podagra, & omnis neruo-

rū dolor de pedibus meis & omnib. membris meis: aut si alij præcantas, di-

ces illius quē peperit illa, uenenū ueneno uincitur, saliuia ieuiua uinci nō po-

test. ter dices hæc, & ad singulas plantas tuas uel illius cui medebete spues.

Remedium

Remedium ad podagrum sic.lanæ succidæ non lotæ p.i.uini ueteris uel amminei s.ii.olei omphacini s.i.aphronitri communis p.i.lanam infundes in uinum per triduum,dehinc exprimes lanam ueheméter,& admiscebis ui no quod expresseris aphronitrum tritum,addes & oleum,& sic miscebis omnia,& in uas uitreum mitteres,& seruabis. Cum autem opus fuerit medicamen,panem infundes in uinum uetus uel ammineum,qui cum bene molitus fuerit exprimendus erit,& terendum in mortatio,ac dū teritur supermit-tendum medicamentū quod in ampulla est,ita ut ad densitatē cataplasma-tis redigatur,addenda & olei rosei colearia duo.sic inducendū medicamen-tum in linteo & ad ponendum locis dolentibus.superposito uero linteo,salubre esse auctor remedij huius adfirmat,si uel ipsa lana quæ expressa est,uel alia succida supra cataplasma hoc ponatur,& leuiter obligetur. Con-fectio emplastri quod rex Ptolemeus inuenisse dicitur,accipit hæc,seu i tau-rini remissi colatiq; atq; in pastillos coacti p.v.resinæ frixæ p.v.medullæ cer-uinæ — vi.succi mentæ — ii.succi mælastri — ii.succi fœniculæ — ii.succi mar-tubij — ii.succi hyoscymami — ii.succi plætaginis maioris — ii.succi lapathi — ii.specularis cocti & quam minutissime triti p.i. quibus in ordinem prepara-tis,seuum & medulla lento igni in uascolo æneo remittentur.tum resina cō-minuta atq; trita sensim in seuum supermittetur,ut simul liquefacta permis-cere se possint.deinde in mortariū marmoreum diligenter colata mutabun-tur quæ adhuc tepentia diligentissime coiterentur.quæ cum densari cœpe-tint,dum adhuc calida erunt,ita ut calor sustineri manibus possit,succos su-prascriptarum herbarum superfundes,& iterum diligenter teres & prius quam penitus desinat calor,præparatū de speculati puluerem mitteres. Itaq; omnia simul mixta,& diutissime trita atq; ad summā leuitatē redacta,in ui-treo uascolo reponētur.hoc emplastrū utile his rebus ad podagrā,& neu-ro-dolores,cōtractionesq; ad luxa uel fracta,ad pustulas oēs,ad duricies o-mnia quolibet modo impressa,uel uetus uel recentia,ad lumborum & ilij dolorem,ad scapularū dolorē,ad phthisicos,ita ut emplastrū hoc inducat, & caldam aquā mulsam bibant.ad dentium dolorem,ad gingiuarū carcino-mata,ad capitīs & oculorum dolores,ita ut emplastrum dolentibus oculis superponatur.ad membrorum dolores contusionesq; ad omnia omnino,præcipue ad podagrum & ad neurorum offendentes placadas res saluber-tima est. Descriptio acopi quod diacisu dicitur accipit haec.baccas lauri acopum dia-virides c.cupressi c ix.herbæ sabinæ p.i.roris marini p.i.fœnigræci s.i.hæc aissu omnia diligenter tunsa atq; trita infundes in aquæ pluuiaris s.iii.& olei p. ix.atq; illic triduo commaceranda esse patieris.tū lento ne adurantur igni tam diu coquentur,quousq; mensura aquæ quæ missa fuerit excoquatur,tum omnia colabuntur,atq; his adiūcentur hederæ cōmunitis siccæ — iii.diligenter tunsa cibratæq; ,nec non & resinæ astlosæ p. iii.ceræ pondo ii.permixtis

Ptolemaei res
gis emplastræ

permixtis omnibus atq; igne liquefactis medicamentum paratum in utreō doliolo reponetur, ex quo si quæ doluerint corporis partes perunctæ & confricatae sanitati cito restituenrur, mulieribus etiam cum cessauerint tempora, si aut ad lumbos, aut ad imum uentrem ponatur, menstrua statim prouocabuntur, nec non & calculos mouet, si ex eo ilium aut uenter imus fricitur, podagræ quoq; prodest, si uel mane uel nocte pedes ex hoc medicamine perficitur. Descriptio ceroti siue emplastri podagræ & articulis & nervis & multis rebus infra scriptis satis utilis sic. seui taurini p. III. resinæ frixa p. II. specularis exusti p. II. ceræ ponticæ p. II. olei mollis p. I. succi marrubij — II. succi plantaginis — II. succi uerbenæ — II. succi mentæ — II. succi sym-

Phlomus, herba rabbos phoniacæ uncias duas, succi phlomi — II. quæ herba longa & lata & mollia & lanosa folia habet & thyrsus longum lanosum facit quæ græce dicitur hermu rabbos. seuum uel cera uel resina separatim lentissimo igne soluitur colanturq; & in caccabo postea cum supra scriptis speciebus miscentur, deinde simul decoquuntur, postea additur oleum & iterum modicum feniuentem dicit. deinde remoto ab igni caccabo, mittitur puluis specularis exusti & diutissime agitatur. Tum medicamen adhuc pseudocalidum diffunditur in mortarium, & illuc diutissime manibus subigitur. atq; inde in pyxide aut in doliolo uttreo reponitur, quod medicamentum ad omnes collectiones & glandulas & parotidas & strumas, & ad omnes tumores, & ad omnes pustulas, & ad omnia uulnera sananda potentissimum est, nec non & ad stomachi & uiscerum uitia & ad lateris & renium, & lumborum, & coxarum dolores efficacissimum est. Nervis quoq; placandis & luxaturis & fracturis solidandis utilissimum est.

LIBER V N V S

Quod natum Phœbus docuit, quod Chiron Achillem,
 Quod didicere olim Podalirius atq; Machaon
 A genitore suo, qui quondam uersus in anguem,
 Templa Palatinæ subiit sublimia Romæ.
 Quod Cous docuit senior, quodq; Abdera sua sit.
 Quod logos aut methodos simplexq; empirica pangit,
 Hoc liber iste tenet, diuerso è dogmate sumptum.
 Namq; salutiferas disponit pagina curas.
 Iste repperies per nomina, perq; medelas,
 Descriptas species & pondera mensurarum
 Congrua, quæ sapiens sumes moderamine certo.
 Ne fallare uide, neu quæ sunt parta saluti,
 Vertat in exitium non solers cura medentis.
 Sume igitur medicos pro tempore, proq; labore,
 Aetatisq; habitu, summa ratione paratos.
 Gramine seu malis ægro praestare medelam,
 Carmine seu potius, namq; est res certa saluti
 Carmen, ab occultis tribuens miracula uerbis.
 Quæ curis hominum physicorum inuenta pararint,
 Quæq; suis natura bonis terraq; mariq;
 Edidit illa suis altrix simul atq; creatrix
 Fœtibus omnigenis quos parturit, ergo salubres
 Suggerit impensas ponto & tellure creatas,
 Angue, fera, pecude, & fruge, alite, murice, pisce,
 Lacte, mero, pomis, lymphis, sale, melle, & oliuo,
 Succis, unguinibus, tædis, pice, sulfure, cera,
 Polline, farre, fabis, lino, scobe, uellere, cornu,
 Baccis, & balanis, lignis, carbone, fauilla.
 Floribus & uarijs herbis, holere atq; metallis,
 Sandice, & creta, psimmyto, pumice, gypso,
 Cadmia, chalciti, chalcantho, chalco & adusto,
 Cassitero molli, lepide cypria, atq; atramento.
 Prome etiam seu tunde prius seu contere gyro,
 Quod uiride hortus habet, uel quod carnaria siccum,
 Allia, serpyllumq; herbas, thymbramq; salubrem,
 Brassicaq; & raphanos, ac longis intyba fibris,
 Et mentam, & sinapi, coriandrum, prototomumq;
 Erucam, atq; apium, maluam, betamq; salubrem,
 Rutamq; & nasturcum, & amara absinthia misce,
 Pulegiumq; potens, necnon & lene cyminum.

y Palmula

MARCELLI LIB. VNVS

Palmula nec dēsint Idumes, nec pruna Damasci.
 Quæ cum multiplici contriuferis orbe terendo
 In patinis excocta dabis, aut grandibus ollis
 Verum adoperta coques, ne fumida iura saporem
 Corruptum reddant, quæ mox fastidiat æger.
 Adde & aromaticas species quas mittit Eous,
 Vel quæ iudaicis fragrant bene condita capsis,
 Tus, costum, folium, myrram, styracem, crocomagma,
 Aspalathum, gallam, elleborum, nigrumq; bitumen.
 Et nardum, & casias, & atomam, & cinnama rara,
 Balsama, peucedanum, spicam, crocum, atq; bedellam.
 Irim, castoreum, scillamq; opium, panaceam,
 Resinam, lepidum, euforbiūm, git, atq; pyretrum.
 Zingiber & calidum, mordax piper, & laser algens,
 Agaricumq; asarumq; potens, aloen, aconitum,
 Galbana, sandaracam, samsucum, psoricum, alumen,
 Acaciam, propolimq; & adarchen, cnicon, acanthum.
 Andrachnen, acoronq; opopanaca, pompholygemq;
 Cyperum, ladanum, sagapenonq; & tragacanthum,
 Scammoniam, cypen, malabathron, ammoniacon.
 Deniq; repperies istic quod lucis in ortu,
 Indus, Arabs, Seres, Persis diuesq; Sabæus,
 Vicino sub sole legunt, quod præbet Qrontes,
 Eximum ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
 Decerptum folijs, ramo, cute, cortice, uirga.
 Quodq; ab Idumæis uectum seplasia uendunt,
 Et quicquid confert medicis lalagea cataplus.
 Hæc quicunq; leges poteris discernere tecum,
 Agnoscenda magis siue exercenda rearis.
 Quisque tamen nostrum hoc studium dignabere, quæso
 Præstes iudicium purum, mentemq; benignam.
 Sic tua perpetuo uegetentur membra uigore,
 Et peragas placidam per multa decennia uitam.
 Sic non incuses ualidam placitâq; senectam.
 Nec tibi sit medicis opus unquam, nec tibi casus,
 Aut morbus pariant ullum quandoq; dolorem:
 Sed procul à curis & sano corpore uiuas,
 Quotq; hic sunt uersus tot agant tua tempora Janos.

Marcelli de medicamentis lib.
 bri finis.

INDEX TAM VOCVM QVAM RERVM

quæ apud Marcellum obseruatione digna sunt uisa.

A		
A		
Binthiati confectiones	216	Aranciarum tela ex cupresso
Ascalabotæ,stelliones	227	Arete epibematium
Aceti dia sciliu	149	Argematorum curatio
Acetum mulsum	214	Argemonia, Grecis Sarcocolla
Acharistum antidotum	146	Aristolochiæ digitalis usus
Achariston collyrium	73.54	Artemij dentifricium
Acme	190	Artemisia cinctus
Acopa ad articulos	235.238	Artemisius Dianio
Acopon ad confirmandos neruos	241	Arotellæ seminis usus
Acopon ad paralysim	170	Articuli perfricti aut fratti aut luxati cura
Acopon ex nouem rebus	241	Arteriarum remedia
Acopon podagricum	243	Asclepiadæ defensio
Acopi dia cissu descriptio	252	Asclepiadæ arteriace
Aegilopia	71	Asclepiadeus trochiseus
Africanæ mulieris mediceæ peritia	204	Afini iecoris usus
Aizoon, sedum	217	Afini renes
Alopecijs curandis	45	Afini splenii usus
Allij gallici usus	176	Asparagi spongie usus
Aluum mollientia	210	Atanasia antidotus
Ambrosia medicamentum	162	Attali regis medicamentum
Ambrofius Puteolanus	176	Atiariae herbae usus
Amuleta superstitionis	7	Augusti medicamentum
Amuletum ad unam	100	Aurium doloribus curandis
Anatis uenter ad quid conducat	190	B
Andronicos, cancer	89	Acani usus
Anginæ seu synanches remedia	104.105	Balaustij utilitas
Anguillæ sanguis	208	Barbaricum medicamen pro oculis
Ani uitiorum remedia	219 & inde	Barbaricum aliud
Anodynion medicamentum	170	Berula, alias cardamine
Anserum sylvestrium lingue	181	Bestiolarum in lapidicinis Casilini nascentium usus
Anteros Cæsaris libertus	247	Betacei
Antheræ herbae uis	89	Bilis morborum mater
Antidotum Philonianum	90	Bilis deducendæ purgatorium
Antidotus Cosmiana	141	Bilem reprimientia
Antidotus diacolocynthidos	205	Bilis atre curatio
Antidotum Hadriani	134	Bisexticilis olla
Anulisuperstitionis scriptura	149	Blatte pellis utilitas
Aphthe	206	Blattariæ herbae usus
Apostemata inguinum quo curanda	98	Blutthagio herba
Aque ferrate in Tuscia, que appellantur uescica rie	226	Britannicæ, herbae usus
Aque marine usus	175	Bromus cymarum sinapis sale arcetur
Aqua lixiua ad quid conducat	22	Bucculare
Aqua mulsa	117	Bugillonis radicis usus
Aque uescicarie	214	Bugillonis succi utilitas
Aquifolij baccarum usus	175	Buphagos antidotus
	217	Burdunculus est lingua bonis

y 2 Caballæ

INDEX

C		
C aballi		
Cacoethe & eius duritiae		
Cadiuis conuenientia	146	
Caducus morbus unde moueatatur	150	
Cæcis uisum restituens collyrium	65	
Cæpæ Astaticæ conditorie usus	85.204	
Cæpæ Cypriæ usus	105	
Cepariæ remedia	228	
Calculi remedia	183.184.185	
Calculorum remedium	175.176	& inde
Calliblepharion	59	
Calliblepharion ex lygnis sue fuligine	70	
Calliomarcus herba	121	
Calix Pisinnus	179	
Canabis succi usus	80	
Cancri marini usus	119	
Canthi quid Græcis	69	
Caput	16	
Capitis dolorum tam subitorum quam diutiniorum remedia	29. &c.	
Capitis dolori ex ustione aut frictione aut aliis/ de orto medendo	31.32	
Capitis ulceribus manantibus sanandis	33	
Capiti fracto	37	
Capiti ex frigore dolenti	37	
Capitis ulcerationibus	37	
Capitis reuma, purgatio, pituita, phlegma & cas/ tharrus quomodo currentur	43	
Capillis fluentibus, nigrandis & incrispandis 46. & 47		
Capparis spleni utilis	167	
Caprarum lactarium usus lichenosis	166	
Caprifici usus	87	
Carbunculus	71	
Carcinomata	42	
Carcinomatum & cacoethes curatio	135	
Carœni usus	185	
Caricæ africanae	115	
Carmen ad corcum	154	
Cassia dupla pro cynamomo	151	
Catantlepis	33	
Catapotium quid	115	
Catapotij cathartici confectione	216	
Catelli lactantis splen quid conferat	167	
Catuli lactentis usus	197	
Cawles haplofiles ad quid conducant	136	
Causistica compositio	103	
Cauſiticum medicamen	104	
Captio in sanguine narium sistendo	84	
Cedrie picis usus		169
Centaureæ, qua & fel terreæ dicitur descriptio, & usus		220
Centunculus gnaphalis		205
Cerasacra		311
Ceratis, uiola marina		188
Cerui pulmonis usus		119
Cerebellū canis, herba		56
Chalasticum cerotum		172
Chameacte, ebulus est		48
Chamæcypri usus		205
Chamelea, restis oliue		212
Chimation oxporium		146
Chiragre remedia		246.148
Choleram supprimenta		217
Cibos non continentibus remed.		135
Cicatrices usturarum quomodo currentur		138
Cicharba		41
Cyclaminis herbe usus		41.164
Ciconiarum fimus ad quid profit		245
Cimicum fumus ad quid conducat		128
Cimicis usus ex ovo forbili		115
Cineracium collyrium		63
Cineris flos ad quid profit		257
Clavis pedum curandis		135
Clavi caligares		249
Coclearum usus		39.141.148.152
Cochlea germanica		103
Cochlea salinarum ad quid conferant		109
Cœliacorum & torminosorum curæ		186.192
Coli remedia		222. & deinceps
Colicum prestantissimum remedium		204
Colice Bassi		225
Colice compositio		208
Colica suppositoria		209
Collutiones		4.37
Colocynthidis usus		211
Collyriorum variorum confectiones		52. & de/ inceps &
Collyria metallica quando profunt		71
Collyrium Cosmi		54
Collyrium nigrum		55
Componendi medicamina curæ		15
Conditum ad calculum		185
Conditum nephriticum		178
Conditum piperatum		166
Condylomatis articulorum curandis		234
Condylomatum ani remedia		219
Condylomatum inguinum remedia		225
Constrictio artuum remedium		124

Contemptus

IN MARCELLVM

<i>Contemptus glorie & pecunie in medico requiri-</i>		<i>Diasmyrnes collyrium</i>	73
<i>ritur</i>	24	<i>Diasmyrnones euodes</i>	63
<i>Cordis doloribus curandis</i>	154.155	<i>Diasmyron</i>	127
<i>Corone & amuleta</i>	55	<i>Diatestaron oxyporium</i>	147.159
<i>Corporis humani partes quatuor</i>	16.19	<i>Dictamni emplastri confectio</i>	49
<i>Corrigij canini cinctura</i>	201	<i>Digestioni paranda</i>	146
<i>Corrigium caprinum</i>	86	<i>Dionysianum collyrium quod & Theodotion uo-</i>	
<i>Corui marini sellis utilitas</i>	69	<i>catur</i>	64
<i>Corydaliseu alaudae usus in medicinis</i>	202.207	<i>Dionysianum oxyporium</i>	145
<i>Cosmi collyrium</i>	53	<i>Dioxus collyrium</i>	63.73
<i>Cosmi remedium ad anginam</i>	102	<i>Dispnce remedia</i>	156
<i>Cosmiana pertice</i>	140	<i>Dodecatheon medicamentum</i>	187
<i>Cosmiana potio ad dolores internos</i>	137	<i>Dolor diutinus quomodo curetur</i>	38
<i>Coxarum dolori curando</i>	171 & inde	<i>Dysurie curatio</i>	177
<i>Crapulae medicantia</i>	156	<i>Dysentericorum cura</i>	190.191.197
<i>Crete cimolae usus</i>	224		E
<i>Cribri portio</i>	117	<i>Brietati medentia</i>	32
<i>Crocodili usus</i>	174	<i>Ebuli radicis & baccarum usus</i>	165
<i>Cruditatis stomachi cura</i>	145	<i>Eccausis stomachi</i>	136
<i>Cuateri usus</i>	244	<i>Elaterijus</i>	212
<i>Cuculus herba</i>	250	<i>Elephantiasis curatio</i>	130
<i>Cucuma fistilis</i>	149	<i>Embamma</i>	144
<i>Cunile seu fatureiae usus</i>	161.212	<i>Embamma purgatorium</i>	215
<i>Cunicularis herbae usus</i>	103	<i>Emplasta ad dentium dolores</i>	93
<i>Cutiones, bestiolæ quæ multipedes & polypodes</i>		<i>Emplasta purgatoria</i>	215
<i>& uocantur, ad quid conseruant</i> 75.76.109.226		<i>Empirice medicine utilitas & laus</i>	25
<i>Cybium</i>	97	<i>Epatis uitiorum remedia</i>	156
<i>Cydonite oxyporium</i>	151	<i>Epatica catapotia</i>	156
<i>Cydonitis confectio</i>	197	<i>Epiphora dentium quomodo curanda</i>	94
<i>Cydoniorum oleum</i>	ibidem	<i>Epiphoris oculorum & lippitudinibus curandis</i>	
<i>Cymbalitis herba quid possit</i>	103	51.55.58	
<i>Cyme ruborum ad quid conseruant</i>	39	<i>Epiphoris uentris curandis</i>	194
<i>Cynicos spasmos</i>	135	<i>Equi lingua in medicinis</i>	164
<i>Cyperus iuncus</i>	92	<i>Equi salvia</i>	120
<i>Cyzicena emplastra</i>	79	<i>Equi spuma ad quid conducat</i>	225
	D	<i>Erui usus</i>	224
<i>Decamyri confectio</i>	241	<i>Escharæ quid, earumq; remedia</i>	50.63
<i>Delacrymatorium collyrium</i>	72	<i>Eutychianus archiatrus</i>	104
<i>Democritus</i>	240	<i>Exanthematis curandis</i>	130
<i>Denarij & drachmæ conuenientia</i>	25.26	<i>Excaldare</i>	178
<i>Dentium doloribus & uitijs curandis</i>	91	<i>Exemplum curationis ardentiss. febris</i>	27
<i>Dentifriciorum uaria genera</i>	96	<i>Exemplum curationis lachrymantium oculorum</i>	
<i>Dieta cibum non continentium</i>	136	infelix	28
<i>Dieta in stomacho soluto</i>	139	<i>Extalis prominentis curatio</i>	228
<i>Dialepidos collyrium</i>	72		F
<i>Dialibanos collyrium</i>	72.73	<i>Fabæ Aegyptiacæ pulpa quid sit</i>	78
<i>Dialoës collyrium</i>	63	<i>Faba humore inflata</i>	118
<i>Diamyros collyrium</i>	72	<i>Faciei maculis tollendis</i>	130
<i>Dia pisselæ compositio</i>	242	<i>Faucium remedia</i>	98.105.109
<i>Diapforicum collyrium</i>	75	<i>Febris ardentissima curate exemplum</i>	27

y 3 Febris

INDEX

<i>Febris incendium & restitutio</i>	27.28	<i>Gummi acanthini usus</i>	98.138
<i>Febrifugae utilitas</i>	122	<i>Gummimi Alexandrinum ad quid conferat</i>	98
<i>Feces uini ueteres ad quid conducant</i>	192	H	
<i>Fecula</i>	111.129	<i>Aemorrhoidum remedia</i>	219
<i>Fermentum sulphuris</i>	46	<i>Harenulae in cocheleis inuente usus</i>	94
<i>Ferri massulae in absynthiato extincte usus</i>	168	<i>Halycis utilia</i>	146
<i>Ficatum lupi ad quid conferat</i>	160	<i>Harmatis collyrij confessio</i>	63
<i>Ficus Africanae</i>	61	<i>Hedini lienis usus</i>	165
<i>Fici foliorum aridorum usus</i>	157	<i>Hemicranij dolorum remedia</i>	38.39
<i>Ficis curandis</i>	221	<i>Hemitritaica febres</i>	216
<i>Fistulis ani sanandis</i>	221	<i>Hepatica catapotia</i>	156
<i>Fistularum & furunculorum remedia</i>	248	<i>Hepsema, id est sapa</i>	178
<i>Foetor narium curatur</i>	86	<i>Herba in capite statuæ</i>	35
<i>Folia Persici quid profint</i>	151	<i>Herinacei lien ad quid conferat</i>	167
<i>Folia ulmi</i>	117	<i>Herinacei sellis usus</i>	179
<i>Folij Sphaera</i>	182	<i>Herinacei usus</i>	180
<i>Fomenta</i>	22	<i>Hermu rabdos</i>	252
<i>Forficis remedium</i>	91	<i>Herriosorum curæ</i>	228
<i>Formicæ Herculaneæ</i>	129	<i>Heterocranie curæ</i>	38
<i>Fungi lucernarum usus</i>	45.128	<i>Hiera maior</i>	57
<i>Furunculorum remedia</i>	236.248	<i>Hiera Paccij Antiochij</i>	170
<i>Furfuribus capitis</i>	41	<i>Hiera picro antidotus</i>	134
<i>Floris lapidis Assij usus</i>	165	<i>Hiera picro compositio</i>	136.140
<i>Fraxini foliorum usus</i>	75	<i>Hiera & hieræ minoris uis</i>	213
<i>Fraxini corticis utilitas</i>	83	<i>Hierobotanes. i. uerbenæ usus</i>	36.165.179
<i>Fraxini semen</i>	177	<i>Hippuris herba</i>	166
<i>Frigide in febrib. dande ratio</i>	28	<i>Hircus, alarum foctor</i>	128
G		<i>Hircini sanguinis usus</i>	156.177.181.182
<i>Alactice inunctiones</i>	55	<i>Hirundinum pulli ad quid conferat</i>	103
<i>Galerite seu alaudæ usus in med. 202.</i>	207	<i>Hirundo ripariola</i>	107
<i>Gallæ medium in interna pilula</i>	109	<i>Hordeoli</i>	71
<i>Gallarum ad encaustum usus</i>	164	<i>Humerorum & certicis doloribus curandis</i>	127
<i>Camalielis remedium ad splenem</i>	168	<i>Humores corpori luxta 4 anni tempora uel au-</i>	
<i>Gargarismi</i>	22	<i>gentur uel minuuntur</i>	18
<i>Garum excellens ad quid</i>	75	<i>Hydrocelicorum curatio</i>	228
<i>Gastrum</i>	55	<i>Hyænae pellis pes</i>	246
<i>Genarum scabrarum curatio</i>	131	<i>Hygia confessio</i>	248
<i>Gestationum per uiam myrtream utilitas</i>	124	<i>Hygra medicamentum</i>	62.64.73
<i>Geusiarum curatio</i>	90.93.110	<i>Hypochymata</i>	54
<i>Gingiuarum remedia</i>	88.89	<i>Hypochyses</i>	59
<i>Git, græci melanthion uocant</i>	35	<i>Hypocystidos usus</i>	124
<i>Gladioli herbe usus</i>	182	<i>Hysterice pñix</i>	187
<i>Gladiatoricie herbe usus</i>	122	I	
<i>Glandulæ</i>	111	<i>Anuarius medicus & eius cataplasmæ</i>	164
<i>Globuli purgatorij</i>	211	<i>Lapis draconis insignitus</i>	147
<i>Glutinum chartarum</i>	120	<i>Lassipidis Phrygiae acrizusæ usus</i>	169
<i>Glycea potio dulcis</i>	158	<i>Iecineris stricturæ curandis</i>	158
<i>Gramen herba nodosa</i>	180	<i>Iecoriticorum ueterum curatio</i>	160
<i>Grauedines narium quomodo tollantur</i>	84	<i>Ileos uitium uentris, & eius remedia</i>	194
<i>Grilli usus ad tonsillas</i>	106	202. & 205	
		<i>Impetiginibus</i>	

IN MARCELLVM

<i>Impetiginibus detergendi</i>	129	<i>Leporinae pellis usus mira</i>	193
<i>Incubo</i>	134	<i>Lepre extirratio</i>	129, 130
<i>Inguinum cura</i>	224. & deinceps	<i>Leptopyrexiarum curatio</i>	151
<i>Injectiones ad colicos</i>	210	<i>Leucadij herbae usus</i>	82
<i>Intertriginibus curandis</i>	219, 224, 225	<i>Lexipyretus compositio qualis</i>	114
<i>Intestinis ruptis glutinandi</i>	196	<i>Lichen siue mentagras curanda</i>	129, 135
<i>Intestinorum inflationis cura</i>	187, 199, 201	<i>Lien asini</i>	46
<i>Intestini prominentis curatio</i>	222	<i>Lienis seu splenis morborum cura</i>	161
<i>Inuentu difficultia, in promptu habenda</i>	22	<i>Ligula</i>	47, 122
<i>Iridis sylvestris usus</i>	169	<i>Ligulae mensura</i>	112
<i>Ischiadicorum curatio</i>	171, 172, 173, 174	<i>Liguistrisci usus</i>	125
<i>Iulij Bassi colice</i>	203	<i>Limacis calculus in capite</i>	35
<i>Iunij Crispi medicamentum pro phthisicis</i>	162	<i>Limus aquaticus</i>	250
<i>Insti medici remedium pro ischiadicis</i>	173	<i>Lingua uulpis</i>	66
L		<i>Lingue ulcerum cura</i>	88
<i>Acertus martenfis</i>	47	<i>Lingua syderata</i>	101
<i>Lacerta pisinnæ Arure</i>	61	<i>Linum Gaitanum</i>	56
<i>Lacerta uino cocta ad quid profit</i>	119	<i>Lipare rufæ usus</i>	219, 226
<i>Lacerta excæcata ut uisum recipiat</i>	57	<i>Liquamen catharticum quomodo fiat</i>	216
<i>Lacertus uiridis, grece sauros</i>	209	<i>Liua Augusta</i>	237
<i>Lacrimas restinguentia</i>	64	<i>Liua Augustæ medicamentum</i>	105
<i>Lana succida</i>	22	<i>Lixiuium coactiliariorum</i>	104
<i>Lana conchyliata</i>	75, 77, 80	<i>Lixiuia fraxinea matura</i>	41
<i>Lana purpurea</i>	75	<i>Lotij hominis in medic.usus</i>	196, 202
<i>Lana marino conchylio infecta</i>	80	<i>Lotij uaporis efficacia</i>	55
<i>Lanuginis de papyro usus</i>	237	<i>Lotij caprini usus</i>	81, 177
<i>Lapis bostrychites</i>	61	<i>Lotos unde tibie fiunt</i>	195
<i>Lapis in uetriculis hirundinū & eius usus</i>	36, 57	<i>Lucernaria herba, que & phlomon ad quid con-</i>	
<i>Lapis mediis</i>	47, 62, 250	<i>ducat</i>	139
<i>Lapis Parius</i>	96	<i>Lumborum doloribus curandis</i>	170
<i>Lapis ex uesica hominis quomodo tollendus</i>	183	<i>Lumbricos curantia</i>	155
<i>Lapides Glareæ</i>	195	<i>Lumbricis necandis</i>	198, 199
<i>Lapillus spongic Africanæ</i>	100	<i>Luna decimaseptima</i>	234
<i>Lapilli ex gallinacci uesica usus</i>	176	<i>Lune uires</i>	21
<i>Lapilli qui inuenitur in cauda scorpii marini usus</i>	181	<i>Lunarum septimarum uis</i>	39
<i>Lappa majoris i. herbae personaceæ usus</i>	125	<i>Lunaris luminis quantitas obseruanda in legen-</i>	
<i>Laridi usus</i>	79	<i>dis & componendis herbis</i>	21
<i>Lafer Cyrenaicum</i>	104	<i>Lupi marini usus</i>	109
<i>Laferis ueri usus</i>	153	<i>Lupi iecur ad quid conductat</i>	117
<i>Lateris doloribus</i>	157, 169	<i>Lupi iocineris usus</i>	159
<i>Lauriculi teneri usus</i>	218	<i>Lupi præde reliquiarum usus</i>	160
<i>Lendibus necandis</i>	41	<i>Lupi pellis aluminata</i>	171
<i>Lentiginibus tollendis</i>	132	<i>Lupi stercoris usus</i>	202
<i>Leporis marini usus</i>	110	<i>Luxaturis & fracturis solidandis</i>	252
<i>Leporis cerebrum</i>	181	<i>Lycium Indicum</i>	51
<i>Leporis uentriculus cum simo suo quæ usum pre-</i>		<i>Lychnites</i>	71
<i>stet dysenterico</i>	192		
<i>Leporis uiui pes</i>	246		
<i>Leporis talus ad quid utilis</i>	194, 200, 202, 208	M	
		<i>Acia grecis anagallis</i>	54
		<i>Magdalisa</i>	154
		Magidis	

INDEX

<i>Magidis instrumenti pistorij rasamen</i>	34	<i>Neruorum nodis quæ cura addibenda</i>	137
<i>Magnetes lapis duplex</i>	36	<i>Neruorum contractionis remedia</i>	241
<i>Malagma ad lateris contusionem, & ad uomicas suspectas</i>	169	<i>Neuis tollendis</i>	235
<i>Malagma purgatorium pro paruulis</i>	218	<i>Nigredini & maculis colli tollendis</i>	131
<i>Malandriosorum curatio</i>	130.136	<i>Niliacum malagma</i>	165
<i>Malanthium hepatico conuenit</i>	156	<i>Notia</i>	240
<i>Mali granati caliculorum usus</i>	74	<i>Numerus impar</i>	116
<i>Mammarum duricici tollende</i>	245	<i>Nux escharia</i>	45
<i>Marcellus quo tempore claruerit</i>	6	<i>Nucis testæ combustæ usus</i>	126
<i>Mastiche personatae usus</i>	216	<i>Nuces iuglandes</i>	42
<i>Mastiche ex ovo sorpta ad quid conferat</i>	118	<i>Nucleorum persicorum usus</i>	720
<i>Medendi gradus</i>	24	<i>Nyctalopes</i>	78
<i>Medicinae scriptores</i>	3.4.5.6.15	 O ctauie sororis Augusti imperatoris dentifricium	96
<i>Medici mores quales esse debeant</i>	23	<i>Oculorum doloribus uarijs curandis</i>	28.51
<i>Medicinae gradus seu curandi ordo</i>	24	<i>Oculorum tumoris & destillationi curande</i>	65
<i>Medicamentorum uires iuxta corporum diuersitatem esse efficaces</i>	239	<i>Ibidem & contra uaria carum ulceræ</i>	
<i>Mel lycium</i>	89.96.106	<i>Oesypi usus</i>	130
<i>Mel optimum</i>	22	<i>Oesypus ollaris</i>	248
<i>Mel stillatitium quomodo fiat</i>	79	<i>Oenæcum</i>	46
<i>Membrana ex uentriculo gallinacei</i>	81	<i>Oenogarum</i>	141
<i>Membrana de testa oui usus</i>	88	<i>Oleæ foliarum usus</i>	67
<i>Messalinæ Augustæ dentifricium</i>	96	<i>Oleum ex nuce iuglande capitum doloribus medetur</i>	35
<i>Mensurarum medicarum nomina & pondera</i>	14	<i>Olei gremialis usus</i>	127
<i>characteres II</i>		<i>Olei ranacei usus</i>	122
<i>Mentagræ cura</i>	129	<i>Oleum recens deferue factum odorem & uires ueteris prestat</i>	23
<i>Millefolium, Græcis polygonon</i>	35	<i>Oleum secundarium</i>	172
<i>Miluij sanguinis usus</i>	246	<i>Oleum uetus</i>	22
<i>Mironidos usus</i>	212	<i>Olympianum oxyporium</i>	145
<i>Mithridatica ad podagram</i>	244	<i>Olympianum chalasticum</i>	239
<i>Molligo</i>	179	<i>Opij Hispani usus</i>	209
<i>Monemeron collyrium</i>	54.72	<i>Opium uerum</i>	52
<i>Monœcus herba</i>	244	<i>Opisthotonus quis morbus, & eius remedia</i>	127
<i>Morbi occulti cognitio</i>	196	<i>Oritis uitijs curandis</i>	87
<i>Mori radicis succus</i>	95	<i>Os humanum contusum ad quid profitatur</i>	228
<i>Muli impetigines</i>	180	<i>Os pernae scrophine</i>	97
<i>Multipedum bestiolarum usus</i>	75.76.109.226	<i>Ossifragi uentris usus</i>	145.180
<i>Muria lacertorum</i>	92	<i>Ossifragi intestini unius mira uis</i>	202
<i>Muris aranei fatum</i>	107	<i>Ouum corui in medic.</i>	48
<i>Muris aranei usus</i>	225	<i>Oua formicarum ad quid prosunt</i>	82
<i>Musculus de stagno quo conductat</i>	246	<i>Oua aceto macerata ad quid prosunt</i>	195
<i>Myconij passi usus</i>	125	<i>Ouum tortum</i>	196
<i>Myrmecides quomodo curentur</i>	257	<i>Ouorum putridissimorum usus</i>	209
 N			
<i>Nardum liquidum, est nardinum</i>	80.85	<i>Qua sepiarum</i>	179
<i>Narium uitijs curandis</i>	83 & deinceps	<i>Oxyfera alienis bibenda</i>	167
<i>Nasturcium animatum</i>	114	<i>Oxymelitis confectio</i>	22
<i>Nephriticum conditum</i>	178	<i>Oxymeli dia scillu</i>	147
<i>Neronianum oxyporium</i>	145	 <i>Oxymyrsinæ</i>	

IN MARCELLVM

Oxymyrsine, scopa regia	176	Podagre frigide remediis	247
Oxyporium	142.144	Podicis remedia	219
Oxyporium quo Nero usus est ad digestionē	145	Potentiae confectio	22
Oxyporia uaria	145.146.151	Polygonos uerbena	83
Ozena quid, & quomodo ei medeatur	84	Polion herba, alias libanotis	139
P		Pollici contuso	237
Paccij Antiochi remedium mirificum	133	Porri uirgines	74
Paccij Antiochi hiera	170.	Porriginis seu pityriasi	40.41.43
Palmularum dactylorum usus	160	Porrigo ani quomodo curanda	222
Pancharianum oxyporium	145	Porrigitū intertriginum interficiende	226
Pancratiani pulueris confectio	220	Portulacē usus	148
Paniculi	50	Polyarchium	154
Paniculae Grecis phygethon, quomodo curen-		Polygonum sanguinalis	75
tur	223.224	Polygonon multa uocabula latina habet	80
Panis nautici usus	197	Polypi remedia	86
Panni rustici descriptio	146	Polypodij herbæ usus	215
Panni menstrualis usus	241	Publij pastillus colicus	206
Paracme	190	Pueri inuestis lotium	60.75
Paralysis linguae	101	Pugni mensura	60
Paralysis cura	135.240	Pultis fabaceæ usus	58
Paregoricum remedium	242	Pultarium	72
Parietalis herba	96	Purgandi & uenam secandi ratio	210
Paronychie curatio	128	Pustulis & suppurationibus ulcerum	42
Paristhmiorum cura	240	Pustulis papulicē de facie tollendis	132
Parotidum curatio	107.110	Pheon collyrium	52
Parulis & epulis qui morbi	89	Phasiani in uino enecti usus	197
Parygrum cerotum	249	Philonium antidotum	156
Pastilli uarij ad tussim	112.113.114	Phlomisci usus	252
Pastillus ex odoribus	114	Phœnicius pannus	56.161
Pastillus loco cauterij	186	Phthisis & syntaxis unde	102
Pastinace usus	176	Phthisicorum habitatio	119
Pediculis necandis	43	Phylacterium	100
Pedum morborum curatio	236	Physsalidis baccarum usus	184
Pedunculi capitis quomodo currentur	43	Pleuriticis curandis	114.168.169
Perichristarium medicamentum	53	Plumbum oculorum	67
Periclymenos, sylue mater	161	Prænotio morborū qui à capite, pectori, uentre	
Perunctiones stomatice	101	aut uesica oriri solent	17
Pecus utero immortuum	51	Procliani potionis pro epaticis	160
Picis flos, piffelon	76	Profluuiō uentris sistendo	194
Picis dure usus	156	Propolis	112
Picea ex aloë compositio	137	Prosdochii medici remedia ad colum	210
Pili caprini	180	Proserpindis, dracontion, gigarus	86
Pili leporis	86	Proserpinalis herbæ usus	106
Pilis noxijs palpebrarum extirpandis	70	Proteus collyrium	74
Pyra Syriaca ad quid conferant	87.189	Protropum passum	137
Pestus	17	Prunorum in sepiibus nascentium usus	185
Piso marmoreus	56	Psittacinum collyrium	55
Pityriasis cura	40	Pсорicum	59
Podagre remedium	242.245.244	Pteridis herbæ usus	174
Podagre calidae remedia	246	Ptolemeus	

INDEX

Ptolemaeus Euergetes	102	Scarabæus viridis	61
Ptolemai regis emplastrum	151	Scolopendri usus	173
Q		Scoria quid	84
Q Vinquefolium fragiferens	93	Scorpij piscis fel	67
Quartarius	75.109.118.171	Scriplus	62
R		Seminis abundantie paranda	218
R Adix edulis	96.97	Senecio tegularum, herba	243
Radix Syriaca	201	Sepie os	159
Ramicoforum cura	228	Septimmarum lunarum uis	39
Rana rubeta	85	Seri caprini usus	165
Ranarum adeps	75	Seriphij usus	199
Ranae uiue usus in medic.	196	Serpentis exuuij usus	126
Ranarum intestina quo conducant	246	Serpillum, gilarus	88
Rasamen pastæ	34	Sicosis & eius curatio	64
Raucedinis remedia	98.103	Signa bonæ ualitudinis ex urinæ colore	19
Resinæ astrose usus	252	Sil Gallicum	193
Restis suspensoriae usus	206	Silis pictoriij usus	184
Renibus curandis	175	Sinapi non excastratum	50
Rhagadas quomodo cures	90.222	Sinapismus	161.162
Rhinenchytes	30	Singultui inhibendo	126
Rhodiæ herbæ usus	131	Sitifendæ	126
Rhoæ oxcis	76	Smilion emplastrum	242
Rhus erythros, quis dicatur	203	Smyrnij usus	157
Rhus marinus ad quid conducat	191	Solia sanguinis humani	193
Rosa pro rosaceo	29	Sonchos, cucurbitæ radix	92
Rosaceum collyrium	74	Soranus medicus quo remedio 200 homines cura-	
Rosæ syluaticæ baccarum usus	191	rari mentagra laborantes	129
Rubia Græcis polygonon	35	Sordes aurium	77
Rubiaæ infectorum usus	165	Sordes cardinum hostij ad quid conducant	201
Ructus amaros sedantia	145	Spathomela	49
Rumex moraferens	95	Spermatica herba	245
Rumex moraferens ad quid conducat	115	Sphragis Antigoni, collyrium	64
Ruta pontica usus	125	Spine albæ ramus	35
S		Spina in capite nullorum	179
S Abanum i. pannus crassus	43.49	Spine extrahendæ	236
Salis cathartici confectio & usus	215.219	Splenis seu lienis curatio	161
Salificationem cordis pellentia	155	Spondogos quid, & eius usus	195
Saliva hominis	81	Spodiacon collyrium	25
Salutaris herbæ usus	124.164	Spongæ Africanae usus	86
Sambuci coliculorum usus	218	Spongæ rubi rosarij usus	186
Sambuci liber ad quid conducat	153	Spongæ pruni sylvestris usus	196
Sambuci uiae utilitas	79	Spongæ Rhodiæ, Africanae	246
Sanguini narium fistendo	84	Spuma equi ad quid conserat	83
Sanguini uulnerum fistendo	85	Stacton	59
Sanguinis eruptioni medentia	124	Stactum collyrium	73-74
Sanguisuga uorata	121	Stercus asinæ	86
Santonicaæ herbæ usus	198	Stercus aurium	118
Sardarum usus	236	Stercus infantis primum	67
Sardarum salsarum usus in medic.	108	Stigmatibus obducendis	150
Sape confectio	186	Stomachi	

IN MARCELLVM

<i>Stomachi uitiorum remedia</i>	133.135	<i>Testium tumentium, & pendulorum cura</i>	227
<i>Stomachi eccausis</i>	136	<i>Testudinis aquatice usus</i>	174
<i>Stomachi carbunculo reprimendo</i>	141	<i>Thalassomeli</i>	153
<i>Stomachi fastidio tollendo & solitaneis doloribus</i>	142	<i>Thorax</i>	23
<i>Stomachi crudelati</i>	144	<i>Tineis necandis</i>	199
<i>Stomachi perfrictioni</i>	149	<i>Tineae capitis quomodo curentar</i>	46
<i>Stomachus acsesens</i>	142	<i>Tiniaticae herbae usus</i>	123
<i>Stomachus solutus</i>	159	<i>Tolles quidsanet</i>	108
<i>Stomaticae perunctiones</i>	101	<i>Tonsillarum remedia</i>	106
<i>Stomaticae compositio</i>	102	<i>Torminosorum pharmaca</i>	186 & deinceps
<i>Stranguriae doloribus sedandis</i>	180	<i>Torminosorum cibi</i>	190
<i>Stratioticum collyrium</i>	59.64	<i>Torpedinis usus</i>	247
<i>Stridori dentium tollendo</i>	94.95	<i>Torpedinis nigrae usus</i>	31
<i>Strigil</i>	74	<i>Tortionibus subitis curandis</i>	194
<i>Strophi intestinalium doloris remedia</i>	203	<i>Tosta caldaria</i>	173
<i>Struma</i>	111	<i>Trachomaticum collyrium</i>	73
<i>Strumosorum ingratorum talio</i>	109	<i>Traumata</i>	50
<i>Strumis curandis</i>	107.108. & 109.235	<i>Tremulorum curatio</i>	237
<i>Strumæ exploratio</i>	108	<i>Trifolium gallice usumarus</i>	40
<i>Strutio, radix lanaria quid conserat</i>	31	<i>Trigonis acus ossæ</i>	168
<i>Subfragium medicamen</i>	147	<i>Triobolus herba</i>	182
<i>Submeiulorum curatio</i>	184	<i>Trochiscus Asclepiadeus</i>	190
<i>Succini ueri usus</i>	110	<i>Trochiscus dielectru</i>	121
<i>Succinum cerasi</i>	191	<i>Tubi strangulatio</i>	112
<i>Suffocatio de uulua curanda quomodo</i>	32	<i>Tunicæ ueteris exustæ fumus ad quid profit</i>	87
<i>Suggillationibus liuoribusq; detergendis</i>	151.152	<i>Tura & antura herbae</i>	67
<i>Suppositoria colica</i>	209	<i>Turundi subdititij</i>	213
<i>Superstitiosa medicamenta</i>	56.58.70.71 85.86. 89.93.100.103.104.105.110.111.112 128.143.144.155.156.167.171.179.200.206 207.208.210.214.215.251	<i>Tusis remedia</i>	111.112 & deinceps
<i>Suspiciois quomodo succurrentum</i>	122	V	
<i>Sycios agrios</i>	243	<i>V Aruli</i>	71
<i>Syderatio duplex</i>	135	<i>Vas eris rubri</i>	90
<i>Symphyton, halum & eius usus</i>	87	<i>Venerem conciliantia</i>	227
<i>Symphyton, inula rustica, & allum gallicum idem</i>	124	<i>Venula sub lingua</i>	106
<i>Symphoniæ herbae usus</i>	67	<i>Venter</i>	17.20
<i>Synanches remedia</i>	108	<i>Ventrism fluxus remedia</i>	192
<i>Synchrismata</i>	33	<i>Ventrism incontinentie remedium</i>	194
<i>Syringij remedium</i>	222.223	<i>Ventrism rosus remedia</i>	200
T		<i>Ventri resoluendo</i>	210 & inde
<i>T Alparum capita</i>	108	<i>Ventriculi gallinacei membrana</i>	116
<i>Tamarici usus</i>	161.180	<i>Verbena polygonos</i>	83
<i>Tenesmi remedia</i>	198.203	<i>Verbena hierobotane</i>	86
<i>Terre contactus amuletis nocet</i>	56	<i>Veratrum, bulbus idem</i>	96
<i>Terre amplitidis raritas</i>	49	<i>Vermes arboris putridæ</i>	42
<i>Testa locustæ ad quid conducat</i>	191	<i>Vermes ulcerum</i>	ibidem
<i>Testiculileporini usus</i>	172	<i>Vermes ex viperæ putrefacta</i>	62
		<i>Vermes unde coecus tingitur</i>	192
		<i>Vermium terrenorum usus</i>	240
		<i>Vermiculus in candone</i>	93
		<i>Vermiculi dentium</i>	94
		<i>Vernetus herba</i>	83
		<i>Vertigo</i>	

INDEX

<i>Vertigo Grecis scotoma eiusq; cura</i>	39	<i>Vlcera faui modo</i>	43
<i>Verris virus</i>	81	<i>Vlcera serpentina</i>	<i>Ibidem</i>
<i>Veru ferreum</i>	85	<i>Vlcera pestilentiosa</i>	90
<i>Verrucaria, heliotropium</i>	132	<i>Vlceribus capitis</i>	42
<i>Verrucarum curatio</i>	132.233	<i>Vlcisculorum capitis cura</i>	52
<i>Verticis laesi curatio</i>	99	<i>Vnguiculorum paronychia & sublunum quomo-</i>	
<i>Vesica</i>	17.20	<i>modo curentur</i>	128
<i>Veterosorum seu lethargicorum aut phrenetico-</i>		<i>Vomicarum expurgatio</i>	125
<i>rum cura</i>	35	<i>Vomicis suspectis curandis</i>	169
<i>Victoriatus argenteus</i>	44	<i>Vomitui reprimendo</i>	325.317
<i>Victoriatus dimidium drachmæ</i>	125	<i>Vrcolaris herbe usus</i>	76.96
<i>Victoriati pondus obolorum trium.</i>	78	<i>Vrine significationes</i>	19
<i>Victoriati nota</i>	138	<i>Vrine incontinentiam medicantia</i>	184
<i>Vinum aruisium</i>	187	<i>Vftura animalium, siue in cineres redactio, quo-</i>	
<i>Vinum lybicense</i>	209	<i>modo fiat</i>	22
<i>Vinum maleum</i>	102	<i>Vua caniculata</i>	103
<i>Vina factitia</i>	139.190.215	<i>Vuuæ & faucibus medendis</i>	98
<i>Vini picati ueteris usus</i>	125	<i>Vulnerum sanguini fistendo</i>	85
<i>Vincaperuinca</i>	311	<i>Vulpis pulmo</i>	122
<i>Vindiciani remedium ad tußim</i>	121		
<i>Violarum agrestium usus</i>	159	X	
<i>Violarum noxia</i>	207	<i>Erocollyrium</i>	55
<i>Viola luteæ radicum usus</i>	166	<i>Xerocollyria ad dolores oculorum</i>	59
<i>Vipera uiua usta</i>	61	<i>Xerophthalmia & eius cura</i>	59
<i>Viperae incantatio</i>	72		
<i>Viuerræ tostæ usus</i>	156	Z	
		<i>Zona, herpes, & eius cura</i>	89.136

Marcelli indicis finis.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XXXVI